# BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE ZARAGOZA

SIGNATURA: I –156


*Pio II. Papa. Epistolae in Cardinalatu editae. Romae. 1477.*

26-5. N. 172.

172 I 171
156

Æneæ Siluij ats Pij 2i Epistolæ.

Illustrium Orator Orationes ad Innocentium 8m.

Mahumetis Magni Turci Epistolæ.

1 Imperatori reſiſterunt ſtatis qui eius peccatis prouocatus fuit

Aenee Siluij Piccolominei qui & Pius ſecundus fuit Epiſtole in Cardinalatu edite Lege foeliciter.

d Iuo Imperatori Federico Auguſto domino ſuo Aeneas ſacroſancte Romane eccleſie tituli ſctē Sabine Preſbiter Cardinalis & Epiſcopus Senenſis. S. P. D.

Quod iamdudum optaſti ꝓcuraſtiq; Ceſar in perſona mea | nunc demum completum eſt. habes tota quod mente petiſti. Nam quod ſancte memorie Nicolaus Papa Quintus tue manſuetudini ſepe pollicitus eſt | Beatiſſimus pontifex Calixtus. iij. impleuit. Qui non meis meritis | nulla enim me uirtus honore dignum efficit. Sed ſua incredibili bonitate que uſq; ad indignos protenditur & tua potiſſimum interceſſione his diebus ad Cardinalatus ordinē cū quinq; aliis Venerabilibus & magne auctoritatis Epiſcopis me prouexit. Intelligo quantū debeo tue ſublimitati At vnde perſoluere poſſim debitum non intelligo. Conabor tamen dum ſpiritus hos reget artus ita me gerere ut omnes intelligant. ad hanc me dignitatem tuo fauore ac ex tua curia perueniſſe. meq; theutonicum magiſq; Italum Cardinalem eſſe. Tuum erit nihil mecū remiſſius agere q̄ prius. Nam ego pro tua maieſtate | pro ſacro Imperio | pro inclyta domo Auſtrie | pro tuis quibuſq; caris nullos unquam labores | nullas curas effugiam. Nihil unq̄ tue manſuetudini negabitur. quod mea opera effici poſſit. Vale. Ex Vrbe. viceſimaſecunda Decembris. Mcccclvi. |

N.° 21.543

Pertinet ad Conventu Cesaraugusti Discalceatoru S. P. N. Augustini

UNIVERSIDAD ... BIBLIOTECA

Ereniſſime Imperatrice Leonore Auguſte
domine ſue Eneas ſacroſancte Romane ec⸗
cleſie tituli ſancte Sabine Preſbiter; Cardi⸗
nalis & Epiſcopus Senenſis. S. P. D. Non
meis meritis que nulla ſunt. ſed tua & conſortis tui Diui
Federici Romanorum Imperatoris Auguſti interceſſio
ne ad cardinalatus honorem ſuperioribus diebus pietas
apoſtolica me prouexit. multa extant tua in me beneficia.
Sed hoc maximum eſt ꝙ hac dignitate me dignum iudi⸗
caſti & ut illa; conſequerer nihil omiſiſti. quando & ſum
mo pōtifici ⁊ ſacro collegio & auunculo tuo Regi Ara
gonum potentiſſimo me ſepius commendaſti. Habes igit
apud ſedem apoſtolicam hominem tue manſuetudini de⸗
ditiſſimum. qui pro te tuoq; ſplendore gloria| amplitudine
omni tempore curioſus erit. neq; enim ullus me unq̃ gra⸗
uabit labor quem tua cauſa ſuſceperim. tue maieſtatis de
inceps erit ita me uti quemadmodum ingentia que mihi
contuliſti beneficia depoſcunt. vale ex Roma die. xxij. de
cembris. Mccccl vi.

Ereniſſimo & potentiſſimo ṗncipi Ladiſlao
Hungarie ac Bohemie Regi. Eneas Car⸗
dinalis Senenſis. S. P. D. ꝙ me ſummus
Pontifex his diebus ad Cardinalatus ordi⸗
nem accerſiuerit tua interceſſione magna ex parte factum
non ambigo. cum ſepenumero & litteris & nuntiis apo⸗
ſtolice pietati me commendaueris. Scio igitur me obnox
ium quoad uiuam & facultas adſit tuis omnibus deſide
riis morem gerere neq; id negligam quidem. Nam ſi qd
eſt ꝙ noua dignitas mihi credita uel tue amplitudini uel
ſubditorum tuorum utilitati conferri poſſit| id tm̄ negabit



quantum ipſe requirere poſt poſueris nec mihi res ulla io
cūdior fuerit q̃ tue voluntati ꝯplacuiſſe. tuiſq; regnis et re
liquis principatibus uſui aliquando fuiſſe. Vale ex vrbe
Roma die. xxij. decembris. Mccccl vi.

Neas Cardinalis Senenſis Alfonſo Regi
Aragonum. S. P. D. Serui qui modo quo⸗
cunq; peculiū augent Rex ſereniſſime ac po
tentiſſime Infideles damnandiq; fuerint. niſi
dominis ſuis rationem lucri reddiderint. eam ob cauſam
cum hodie maximus pontifex Calixtus. iij. me uel minus
merentem ad cardinalatus honore; prouexerit. peculiūq;
quodammodo meum adauxerit| officii mei eſſe putaui id
tue maieſtati cuius ſum mancipium q̃uis inutile tamen fi
dele| notum efficere. u[illegible] enim ea dignitate mihi cre
dita uel utilitatis uel de[illegible] totum tuum eſſe noueris.
ad me labor tantum moleſtiaq; ſuſcepti officii pertinebit.
in quo tanto magis affligendum me ſcio| quanto indigni
or hoc muneris ſum cōſequutus. Ex vrbe Roma die. xxiij
decembris. Mccccl vi.

Neas Cardinalis Senenſis Nicolao piſto
rienſi doctori utriuſq; iuris Salute; P. dicit
Nihil nobis eſt dubii te ut ſcribis noſtra pro
motione letatum eſſe. quis enim amicus eſt et
amici honore; non libenter intuetur? Scio quo te loco ha
bemus & quanti te facimus. quid ni? ergo leteris nos au
ctos dignitate eſſe| cum & tu vna creueris. ſi modo creui
mus. etenim nobis nondu; liquet letari an flere potius de
beamus ad tante dignitatꝫ culmen euecti. Nam quid| mi⸗
ſerius eſt q̃ id officii gerere cui nequeas ſatiſfacere. onus

grauiſſimuʒ & humeris noſtris omnino impar ſubiuimus niſi miſertor dominus qui dedit honorem & retinendi facultatem prebuerit. Intelligimus quantum imminet precipitium atq; idcirco de nobis ipſis neſcimus ferre iudiciuʒ utcunq; ſit noſtra erga te beniuolentia nunquam minuetur nam qui te dileximus in epiſcopatu| in cardinalatu magis ac magis amabimus. famulos quos pollicer| recipere nõ poſſumus ſupra quam noſtra res ferat onerati. Tibi vero ſemper erit in domo noſtra ſeruatus locus ſi ſaltem dignaberis apud nos eſſe & nos illi ſimus qui tibi uſui poſſimus eſſe. optamus mulam aliquam perquiras pro nobis & reſcribas precium antequam emas ut tibi per banchum de miraballis pecuniam mittamus. Vale & dominum Ambroſium ac dominum Alexium noſtrum iubeto ſalutare. noſq; illis offerto & dato Alexio amplius dicito ne omnino fidei renuntiet q̄uis indies indignos ad maiores aſſumi dignitates animaduertitis ut nobis modo factum eſt Nam diuina potentia tum potiſſime demonſtrat cum ſubleuat que ſunt minima & conſilia eius noſtra non poſſunt ingenia attingere. Iterum vale. datum Rome die. xxiiij. decembris. Mcccclvi.

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Cardinali ſancti Angeli. S.P.D. Quod annis iã plurimis reuerendiſſime pater tuo filio concupiuiſti. queſiuiſtiq; nunc demum completum eſt. ſumma enim concordia ſacri collegii Calixtus pontifex maximus ad cardinalatus ordinem me uocauit atq; aſſumpſit. ſcio quanto altius ſum euectus q̄ merui ſed ita ſuaſiones tue preceſq; Ceſaris effecerunt. nõ ſum ego qui



gratias agere poſſim tue erga me caritati. nam quid preſtare tanto domino ſeruus poſſit. voluntas mea iam dudũ tua eſt| quecunq; poſtmodum acceſſere illam ſequũtur. fui tuus cum eſſem pauper preſbiter. neq; me manu tua epiſcopatus eripuit. ſum tuus etiam cardinalis. habes in collegio complures amicos & me ſeruum niſi me ueluti mancipio utaris nihil in me culpe fuerit. ſi uelut emancipatus filius aut manu emiſſus ſeruus| minus agam q̄ par fuerit Vale optime Ex urbe Roma die viceſimaſexta. decembris. Mcccclvij.

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Cardinali Papienſi. S.P.D. Si qua mihi voluptas eſt ad cardinalatus honorem eſſe aſſumptum Inde tantuʒ eſt ꝙ tua dignatio mihi collega & pater & dominus traditus eſt. quo cum viuere dulciſſimũ erit. nunc tui labores ſua premia ſuſceperunt. nunc tue uirtuti quod ſuum erat creditum. ſcio quid lucri acceperit ſacer ſenatus ex tua promotione. magnum lumen Romana ſuſcepit eccleſia tua nobilitas tuaq; doctrina meam ignorantiam & ignobilitatem obteget. ſub ſcuto indignus ego ſecurus militabo. veni igit ſitibundi expectamus omnes reditum tuum. Iam ſatis Alamania Galliaq; & Hõgaria te tenuit. Italia nunc & ipſa mater orbis Roma te perfrui uult. niſi redieris cito etiam ipſe Tyberis maledicet abſentie tue. non fuiſti in bello & uiciſti. Scies que pugna ſacra eſt cum redieris. Nulli unquam Cardinales ægrius quam nos collegium intrauere. iam enim rubigo cardines ita obduxerat ut uerti hoſtium & aperiri non poſſet. Arietibus & omni machinarum genere uſus eſt

Calixtus pontifex ut ualuas aperiret· demumq; arte non modica belli ferratos poſtes portaſq; refregit· Vale ex vrbe die·xxvi·decembris·Mccccl vij·

Neas Cardinalis Senenſis·Nicolao Cardinali ſancti Petri ad vincula· S·P·D·Placuit ſanctiſſimo domino noſtro Pape Calixto per hos dies me longe immeritum ad cardinalatus ordinem aſſumere· ueſtroq; ſacro cetui aggregare·ſcio quantum ponderis ſubiui·nec video quo pacto credite mibi dignitati ſatiſfaciā|niſi fortaſſe tua reuerēdiſſima paternitas ad curiam redierit· tunc enim inſtructus ab ea ſecurius in hoc procelloſo mari nauigarem·Precor igitur ſi preces ſeruitoris audiende ſunt & iam demum in patriaʒ redeas·Nam cardinali ſola Roma patria eſt eti am ſi natus apud Indos is fuerit·aut recuſaſſe pileū oportuit·aut certe receptum Rome geſtare·& matri omnium ſedi conſulere· neq; illa excuſatio ydonea eſt· non audior recta monens·mutantur eniʒ tempora & qui olim contēptui fuit nunc precipue honoratur·veni igitur obſecro veni· neq; enim tua uirtus eſt que inter niues & vmbroſas clauſa valles langueſcere debeat· ſcio complures eſſe qui te videre audire & ſequi cupiunt· inter quos me ſemper auditorem diſcipulumq; obſequentem inuenies·Vale optime ex vrbe Roma die·xxvij·decembris·Mccccl vij·

Neas Cardinalis Senenſis magiſtratui Balie Senenſis·S·P·D·Nō me virtus que ſcio quam tenuis eſt· ſed bonitas ſummi preſulis Calixti & interceſſio diui Ceſaris Federici ad cardinalatus honorem me prouexit·non eſt cur ex hoc meus turgeat animus·Nam dignitas minus merenti credita oneri potius eſt quam honori·itaq; non ueluti iactabundus collegio ueſtro promotionem meam ſignifico· ſʒ quia dignum exiſtimo quecunq; mihi obueniunt uobis nota efficere· nam ſi qua erit in hac noua dignitate mea uel honoris uel emolumenti id totum deſugat dulciſſima patria uolo|ad me nihil niſi labores moleſtieq; pertinebunt· datum Rome die·xxvii·decembris·Mccccl vij·

Neas Cardinalis Senenſis Diuo Federico Ceſari·S·P·D·Audies a latore preſentium q̄ mirabilia & incredibilia damna fecerit terremotus in regno Apulie· nam multa opida funditus corruerunt·alia magna ex parte collapſa ſunt·in Neapoli omnes fere eccleſie & maxima palacia ceciderunt·plus·xxx·milia corporum oppreſſa ruinis traduntur· populus omnis habitat in tentoriis Rex Aragonum qui aberat audito nouo incidit in febreʒ & colicam paſſioneʒ ferebatur· curatus nunc dicitur recidiuaſſe & vita eius in periculo eſſe creditur·quod ſi moriatur tātus rex quod abſit|nō fruſtra cometem vidimus cū Turci fugati & magna ex parte ceſi fuerint·Gubernator Hungarie & frater Iohannes obierint·comes Cilie interfectus occubuerit et Prefectus Vrbis Comes Taglacozius vita ſūctus ſit ſed velit pietas diuina tantum regem adhuc diutius terriſ concedere· cuius obitus magnam Italie atq; Hiſpanie partem conturbaret· Datum Rome die·viceſimaoctaua· Decembris· Milleſimoquadringēteſimoquīquageſimo ſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Cam=
piſio Epiſcopo Placentino·S·P·D·Audiui
ſti ex aliis opinamur nos cardinalatus ordi=
nez adeptos & quamuis indigni hoc honore
ſumus|id tamen tibi gratum eſſe confidimus· quis enim a
micus eſt & amici exaltationem non querit· at pro merito
dices amicum amici dignitatem expetere· Iſtec amicitia
Stoicorum fortaſſe dictauerit· amicitia noſtra ex media
philoſophia eſt & pingui quadaz minerua res metitur ſu
as·utcunqz nobiſcum actum eſt noſtram promotionem ti=
bi dulciſſimam fuiſſe confidimus cum ad eam nuntium ei
us delatum eſt·vellemus id primi enuntiaſſe patri amantiſ
ſimo·ſed nulla litterarum uelocitas eſt que famam imita=
ri poſſit·audiſti ex aliis nobis cardinalatus creditam dig=
nitatem audi & nunc ex nobis & perſuade tibi nos eos eſ
ſe erga te qui Papie Mediolani Baſilee Romeqz fuim⁹.
& nobis pro ueteri amicitia tanquam fratre amantiſſimo
utere· Ex Roma die·xxviij· decembris· Milleſimoqua=
dringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis ſenatui Senenſi
S·P·D· Que credimus expedire ut ueſter
ſenatus intelligat non tacebimus dum poteri
mus honeſte litteris aut nuntiis committere·nūc quod ſig
nificemus hoc eſt·Rex Aragonuz grauiter egrotauit de
inde conualuit·modo relatum eſt eum recidiuaſſe·neſcim⁹
an verum id ſit·comes Taglacozius pridie mortem obi
it que res non nihil nouitatis paritura uidetur·nam comes
auerſus hereditatem petit· Abbas Vrſinus contra nitit
comes Vrbinas belluz fertur indixiſſe malateſtis·hec ad

alios ptinent·in rebus ueſtris hec ſunt·Orator ducis Me
diolani communicato nobiſcum conſilio enixe communi=
tatem ueſtram ſummo pontifici commendauit·quod habu
erit reſponſum ab eo ſcietis· Dominus Rihes pro cuſto=
dia montis acuti petit aureos trecentos·dicit enim ſe tenu
iſſe famulos plures pro cuſtodia· cui cum diceremus non
fuiſſe neceſſe|replicauit penitus oportuiſſe pro ſecuritate
paſcuorum·id quid ſignificet ipſi intelligitis·nunc de no=
uo Reuerendiſſimus cardinalis de Vrſinis petiit a ſanc=
tiſſimo domino noſtro aureos trecentos quos mutuauit
ſibi tempore exercitus·papa vero reſpondit illos pertinere
ad rationes ueſtras· ſcitis in hac re quid agere debeatis·
nobis conſultiſſimum videtur ut oratores ueſtros hic ha=
beatis qui loqui aperte valeant·nobis non licent omnia·iu
uabimus tamen oratores ipſos cum hic fuerint ſumma fi
de· Veſtreqz rei publice quantum facultas tulerit nunquā
deerimus·Datum Rome viceſimanona decembris·Mil
leſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Bichio
Senenſi Salutem plurimam dicit· Scientes
quantum pro nobis conatus es in magiſtratu
illo tuo Capitaneatus populi|reprehenſibi=
les fuerimus niſi nos ipſos gratos oſtendamus· ſed hoc
modo preſtare non poſſumus·quippe qui nō verbis ſed re
bus reddendas eſſe gratias non ignoramus at ſi quando
facultas ſeſe obtulerit|cognoſces nos tui amantes eſſe &
accepti beneficii memores·nūc non eſt aliud quod ſcriba
mus niſi qȝ e re publica vr̄a cenſemus apud hūc pontificē
oratorēs vr̄os ꝯmorari·qa multa idies occurrūt pōderoſa

& ueſtram ciuitatem tangentia ſcio quia non omnia nobis licent· ſed oratoribus fideliter aſſiſtemus· ex vrbe Roma die· xxix· decembris· Mccccl vij·

Neas Cardinalis Senenſis Bindo Bindio Senenſi ſalutem plurimam dicit· Credimus ut ſcribis promotionem noſtram tibi iocunditati fuiſſe· ita enim expoſcebat vetus amicitia noſtra· nos autem ex hac dignitate neſcimus triſtari debeamus| aut letari· Nam ſublime decus non merenti traditum| oneris potius quam honori eſt· venit in mentem illud Apollinis preceptum quo iubet ut nos ipſos cognoſcamus· conſideramus imperfectū noſtrum & dum hinc paruitatem noſtram| inde altitudinem dignitatis adepte metimur· horreſcimus ac trepidamus· Nam quanto altior eſt aſcenſus tanto perículoſior caſus· Inter hec tam anxie mentis dubia| nullum occurrit nobis aliud remedium niſi ad deum ipſum recurramus & ei ſupplicemus ut qui dedit honorem ipſe conſeruet· & nos eam vitam ducere donet que tante dignitati par ſit· tu vero de nobis perſuadeto tibi quoniam illi erimus erga te qui ſemper fuimus & amicitie iura incomminuta ſeruabimus· Vale & amicos illos noſtros Neapolitanos noſtro nomine ſaluere iubeto Anthoniū Panormitham Matheum Maſeritum Bartholo meum Facium Matheum Iohannem & reliquos Quibus nos offerto & dato· Ex Vrbe Roma die viceſimanona decembris· Milleſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Leonardo beneuolenti· S· P· D Si quicquam amicitie noſtre detractum arbitreris quoniam aucti honore videmur longe falleris· Nam verā amiciciam nulla dignitas tollit· ſumus qui fuimus dum pedibus ſimul peteremus Romam ſi potuiſſet adiici beniuolentie noſtre aliquid Cardinalatus noſter profecto addidiſſ; ſed plena que ſunt uaſcula nihil amplius admittunt· Nos igitur erga te iidem erimus uita comite nec de te aliter arbitramur· de domino| prepoſito nepote tuo ſumus memores & quoniam breui Senas uenire non poſſumus| cogitabimꝰ quomodo hic rem illam diffiniamus· erimuſq; illi fauentes quantum feret equitas que comes amicitie inſeperabilis eſt· vos viri ſenenſes more ueſtro prouidi fueritis, ſi hac in curia ſedulo habebitis oratores qbus & nos magna fide aſſiſtemus· Vale Laurentium ſini noſtrum iube ſaluere & nos ſibi offerto & dominū Galganum pari modo| quia· ſcribere omnibus non poſſumus· ex Roma die· xxix· decembris· Mccccl vij·

Neas Cardinalis Senenſis Petro Cardinali ſancti Marci· S· P· D Refero gratias humanitati tue que ſe taʒ benigne obtulit in materia camerariatus ſacri collegii· voluntatem pro facto ſuſcipio· At cum intelligaʒ id alteri officium deberi· Supplico ne ulterius rem promoueas quia nulli reuerendiſſimorum dominorum meorum uel grauis uel iniurius eſſe volo· maloq; pauper amari q̄ꝫ diues odiri· ſpero tamen tuo auxilio & ſanctiſſimi domini noſtri clementia ita mihi aliquando prouiſuʒ iri ut honeſte uitā traducere poſſim· Ex vrbe die· xxix· decembris· Mccccl vij·

**N**eas Cardinalis Senenſis comiti Iacobo
piccinino·S·P·D· Illuſtris & magnifice co-
mes amice cariſſime· accepimus humaniſſi-
mas litteras tuas quibus de promotione no-
ſtra ad cardinalatum congratularis·offers officia et ope-
ras tuas ad beneplacita noſtra & te ipſum nobis efficis
commendatum·rogans ut negocia tua ſi quando requira
mur gratioſo fauore proſequamur· reſpondebimus breui
ter homini arma tractanti·qui facta magis q̃ꝫ verba requi
rit·de congratilatione quam ſincero ex animo prodire nõ
ambigimus|gratias agimus idemqꝫ pro tuis oblationi-
bus dicimus·ſentientes nos propterea tue magnificentie
plurimum obligatos honori tuo & commodo ubi per nos
aliquid agendum occurrat|bono animo fauebimus· velle-
mus inter te & ſenenſes eam vigere beniuolentiam que in
ter eos clareqꝫ memorie genitorem tuum olim uiguit· ſic
enim liberiori & promptiori animo & loqui & ſcribere
& ſubſeruire alter alteri ualeremus· Datum Rome die·
xviij·Ianuarii·Mccccluij·

**N**eas Cardinalis Senenſis Iohãni mirabal
lo equiti Neapolitano·S·P·D·Non ſcripſi
mus tibi ſtatim cum audiuimus dilectiſſimuꝫ
filium tuum mortem obiiſſe· neqꝫ enim conſo
lari magnificentiam tuam poteramus ipſi conſolationis
egentes·nihil enim minus nos afflixit prudentis & orna-
tiſſimi viri raptus|q̃ꝫ te eius parentem· quippe tu filii mor
tem ut natura iubet grauiter & acerbe tuliſti·nos & illiuſ
obitus & tuus meror non mediocri dolore affecit· at nũc
paululum ad nos reuerſi & humanaꝝ rerum conditiones



animo reuoluentes|arbitramur te pro tua ſapientia finem
lucrui poſuiſſe·neqꝫ uelle amplius angi ſuper his que mu-
tari non poſſunt· omnibus vna conditio poſita eſt tandem
mori·Lex nature eſt immutabilis & ineuitabilis que licet
vnum quam alterum ſerius apprehendat|bono tamen viro
nunquam tempeſtiuior pudenda eſt·qui ex tenebris tranſit
ad lucem·ex laboribus ad quietem· ex miſeria ad felicita
tem· Cum ergo filius tuus uitam mundam atqꝫ optimam
duxerit· congaudere illi debemus qui terrena & tranſito
ria pro celeſtibus atqꝫ eternis bonis permutauit· Gratuſ
igitur ut queſtibus ac lacbrymis modum ponens et te et
reliquos filios tuos hilaritatem ſumens conſoleris· Neqꝫ
enim nobis & ipſi proli tue quicq̃ꝫ gratius aut receptius
preſtare potes quam tuam uitam cum iocunditate & leti
cia traducere quod certe facies cum cogitabis diuinaꝫ pie-
tatem te donis innumerabilibus cumulaſſe· Nam & uitã
longam & opes ampliſſimas et regum gratiam & ſobo-
lem clariſſimam et nomen bonum et inter omnes italos ae-
qꝫ extremos maximam reputationem· Deus ipſe magnus
ac miſericors cum ſapientiam antea donaſſet· liberaliter
elargitus eſt·Datum Rome die·decimaoctaua Ianuarii
Mileſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

**N**eas Cardinalis tituli ſancte ſabine Epiſco
pus Senenſis Magiſtratui Balie ciuitatis ſe
nenſis·S·P·D·Decreuerat p hos dies ſanc-
tiſſimus dominus noſter certum Oratorem
ſuum ad uos tranſmittere qui vobiſcum ad ea intenderet·
per que pax ueſtre ciuitatis & ſecuritas libertatis ac re-
giminis ueſtri ſoli dari poſſet·Et quamuꝫ eius mentẽ cape

potuimus·ſua ſanctitas non aliena eſſet ad certam nobiſ-
cum intelligentiam habendam· per quam & ueſtra erga
eam deuotio & ſua in nos protectio confirmaretur auge
returq;· Ad quam rem etiam nos ſuam pietatem hortati
ſumus· Veretur tamen ipſe Pontifex Maximus ne ſuus
Orator fruſtra de his apud nos ageret· Que res non eſſz
apoſtolice ſedi honorifica· atq; ideo ſuſpendit eius miſſio
nem· Quod ſi ueſtre magnificentie ad hoc animate ſint
cupiantq; veram & efficacem cum ipſo ſummo paſtore in
telligentiam habere· id quoq; nobis ſignificauerint· Spe
ramus ita efficere quod Orator predictus ad nos tranſ-
mittatur & ad effectus huiuſmodi operas ſuas interpo-
nat· Nos autem aduertentes animo quantas ſuperioribꝰ
diebus ueſtra reſpublica paſſa eſt calamitates & ad ea ſe
dulo intendentes per que ueſtrum regimen patrie noſtre
ut quidem putamus ſaluberrimum conſoneatur & ſtabili
atur· Nihil arbitramur utilius q̄ hoc tempore ciuitatem
ueſtram cum omnibus bonam amiciciam & vicinitatem
cum ſummo vero pontifice ſpecialem habere intelligentiā
qua ille nos ut filios tuetur & nos eum ut patrem reuene
ramini· Super qua re veſtrum reſponſum preſtolamur·
Datum Rome die·xxij· Ianuarii· Mcccclvij·

Neas Cardinalis Senenſis· Iohāni Bichio
Ciui Senenſi·S·P·D· Videbis que ſcribi-
mus magiſtratui Balie cognita ſuper illis &
nobis reſcribe· Nos ſalutem ueſtri regiminis
in eo conſiſtere arbitramur ut & cum vicinis omnibus bo
nam amiciciam tenentes cum ſummo pontifice ſpecialem
intelligentiā habeatis· Etenim nos cū Papa patre omniū



communi ſpecialiter colligatos nemo infeſtabat· de aliis
autem ueſtrum ſit cogitare· preterea non habebunt locum
rebelles ueſtri· vnde quouis pacto nos offendant ſi Pape
iuncti eritis· verum hec cogitari nullo pacto queunt niſi res
pecuniaria a vobis abſoluatur· ſuademuſq; ne cū illo qui
vobis libertatem tutatus eſt & in futurum tueri poteſt &
uult ſi uos uolueritis· de pecunia modica cōtendatis· nos
inſuper ſcientes tibi commiſſam eſſe expeditionem crediti
noſtri commendamus eam rem amico optimo & ſingula
ri quem ſcimus nobis non defuturum· Ex Roma die vice
ſima ſecunda· Ianuarii· Milleſimoquadringenteſimoqui
quageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Chriſtofero ga
brielis ciui Senenſi· Salutem plurimam dicit·
Scribimus magiſtratui Balie aliqua que cre
dimus ad utilitatem rei publice pertinere ea
uidebis & intelliges· ſcimus magiſtratus ueſtros omnia
melius per ſeſe intelligere quam nos cogitare poſſimus·
tamen ut hi qui patrie noſtre tenemur| cogitamus que cre
dimus eſſe ſalubria eidem· Rogamus examines omnia &
que uobis melior videntur nobis ſignifices· nos enim ubi
uiderimus patrie noſtre & preſenti eius regimini bene cō
ſulere| non deerimus· inſuper quia tibi commiſſa eſt & ali
quibus aliis expeditio noſtri crediti· petimus ut tanq̄ ami
cus noſter de quo plurimum confidimus operas tuas im-
partiaris cum effectu ut nobis fiat ſatis quia multis urge
mur oneribus· Datum Rome die viceſima ſecunda Ianu
arii· Milleſimoquadringenteſimoquinquageſimo ſepti-
mo·

Neas Cardinalis Senenſis Leonardo de
Beneuolentibus ciui Senenſi. Salutem plu-
rimam dicit. Sepe loquuti ſimul ſumus de re
publica Senenſi fuitqꝫ noſtra ſi recte memini
mus ſententia expedire ciuitati Senenſi cum vicinis om-
nibus pacem habere illiſqꝫ morem gerere ubi ſine detrimē
to magno id fieri poſſet. cum papa vero omnium commu-
ni patre amplius atqꝫ amplius ſeſe intelligere. Nam pape
colligatos nullus Italie potentatus uexare audebit. ſecuſ
autem ſi alterius principis aut populi ueſtra res pub. fede
ribus implicetur. Perſeueramus nos eo ipſo in propoſito
atqꝫ ideo dominis de Balia ſuper ea re ſcribimus fac ro-
gamus ut reſponſum detur. Namqꝫ ſi ueſtros animos ad
eam rem volentes inuenerimus| arbitramur rem ſalubrem
procuratum iri ciuitati & patrie noſtre & potiſſime regi-
mini preſenti. auferreturqꝫ ueſtris hoſtibus nocendi facul-
tas. verum de his difficile eſt aliquid tractare niſi res pe-
cuniaria componatur. & que pape & que piccinino debet
nec nobis aut honorificum aut utile videtur ueſtris magi
ſtratibus cum eo de pecunia contendere qui ciuitatem ip-
ſam ueſtram de morte reuocauit ad uitam. de propoſito
tuo curabimus ea fieri que digna ſunt. Iamqꝫ capitulo no
ſtro ſcripſimus reſponſumqꝫ preſtolamur. Datum Rome
die viceſimaſecunda Ianuarii. Milleſimoquadringente-
ſimoquinquageſimoſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis Scene de curte
Salutem plurimam dicit. Expectauimus in-
ſignis eqnes poſt noſtram ad Cardinalatus
aſſumptionem duos menſes ſi forte aliquid

nobis ſcriberes. videbatur enim nobis a te ſcribendi initi-
um ſumendum. ne gloriabundi nouam dignitatem nobis
creditam tibi ſignificare uideremur. neſcimus quid fac-
tum ſit. nulle ad nos tue littere allate ſunt. nec de te quic-
quam audimus. fatemur nos uictos eſſe ſilentio tuo neqꝫ
poſſe tam diu tacere q̃ diu ipſe taces. fortaſſe tibi equius
uidetur nos ante ſcribere debuiſſe. cedimus tibi & ab op-
timo ſingulariſſimoqꝫ amico non egre vincimur. Habeto
igitur has litteras quibus nou promotionem noſtram quā
multorum cognouiſti litteris ſed animuꝫ noſtrum erga te
illum eſſe ſcias qui ſemper fuit. amauimus te vnice in epi-
ſcopatu amamus & in cardinalatu nō minus tu noſti na-
turam & morem noſtros. non tumemus nouis honoribus
quos nobis oneri eſſe cognoſcimus. Horremus cuꝫ eo lo
co nos euectos cernimus quem uiris clariſſimis debitum
intelligimus. veremurqꝫ ne gradus noſtra virtute altior|
ad ruinaꝫ nobis ſit. atqꝫ ideo ſi unq̃ amicis eguimus| nūc
potiſſime illorum nobis copia neceſſaria eſt. & quoniam
te ueracem & amantiſſimum experti ſumus| non poſſumuſ
te pro ueteri conſuetudine non colere & obſeruare. cupi-
muſqꝫ idem erga nos te agere & eundem eſſe modo qui
fuiſti hactenus. Expectamus litteras tuas quibus de tua
fortuna & tui principis. id eſt domini ducis optima ua-
litudine atqꝫ felicitate certiores nos efficias. Gratum au
tem nobis fuerit ſi nos ipſi domino Duci commendaue-
ris. & quanta ſit noſtra in eum deuotio demonſtraueris.
Et enim ſi quis principum eſt Italici nominis cuius pro-
ſperitati faueamus his unus eſt cuius ingenii uirtute &
clariſſimis rebus geſtis noſtrum ſæculum illuſtratur.

Habet ille in hac curia plurimos ſeruitores nobis quidē
circumſpectione doctrina auctoritate preſtantiores· at fi-
de & affectu qui nos erga eum ſuperet neminem atq̃ hoc
te illi noſtro nomine dicere & affirmare optamus· vale ex
vrbe Roma die· iij· Februarii· Milleſimoquadringenteſi
moquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Frunt
Prothonotario Colonienſi· Salutem pluri-
mam dicit· Accepimus litteras tuas quibus
rem tue Prepoſiture nobis efficis commen-
datam amamus te & ſemper loco fratris amauimus nec
modo de noſtra mente decidiſti nec decidere potes dum
fruimur aura obtulimus procuratori tuo noſtras operas·
ſi quid erit quod ille ex nobis petierit haud quaquam fru
ſtrabitur· ſi modo res erit que uires noſtras non ſuperet·
cupimus te videre atq̃ amplecti aliquando ſi deus dede-
rit antequam de hac luce migremur· ex veteribus enim ue
ris & ſolidis amicis quos Baſilee dileximus pauci tecum
ſuperſunt· & uita noſtra inſtar rapidi fluminis abit· nõ poſ
ſumus tenere lachrymas cum priſce beniuolentie noſtre
mentio incidit· Itaq̃ iam Vale & Reuerendiſſimo do-
mino Colonienſi commendatos nos effice nam ſui ſumus
Tilmanno Prepoſito ſancti Florini & Iohanni Polart
noſtro nomine ſalutes dicito· ſimulq̃ Iohanni Vinden-
rot· noſq̃ illis ad queuis beneplacita offerto· Iterum Va
le Ex Roma die tredecima Februarii· Milleſimoquadri
genteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Theodor[i]co
Archiepiſcopo Colonienſi· S· P· Dic· Scio
ſemper me carum atq̃ acc[e]ptum fuiſſe digna
tioni tue poſtq̃ Germaniam incolui· ex quo
tempoꝛ iam quatuor & viginti anni decurrerunt· plurima
enim beneficia plurimoſq̃ fauores impēdiſti mihi· ſed nõ
ualui rependere uicem· quid enim ego uermiculus erga tã
tum principem preſtare poteram· non fui tamen ingratus
ſiquidem gratia ſolo etiam animo rependitur· colui ego
dignationem tuam amaui obſeruaui ſupra ceteros noſtri
ſeculi principes· & cum aliud nihil poſſem nomen tuũ quo
cunq̃ diuertebam & ſi non paribus uirtuti tue at ſaltem
quibus poteram laudibus extollebam· nihil eſt quod ultra
tunc principi de me optime merito exhibere quirem· nunc
fortaſſe & ſi minimũ eſt quod valeo aliqd tamē plus dig
nationi tue conferre quam prius licebit· quando cardinala
tus honorem non meis ullis meritis ſed diuina pietate &
ſummi preſulis beneficẽtia ſum conſequutus· atq̃ hoc eſt
quod his litteris tue dignationi notificare libuit· nam ego
qui tuus clericus ⁊ preſbiter & epiſcopus fui tuus quoq̃
cardinalis eſſe non deſinam· vtatur me igitur dignatõ tua
neq̃ mihi ullo in tempore ullo in labore ignoſcat· nam tũc
me uiuere iuuabit cum pro re tuis conſanguineis & ami-
cis exercebor· Datum Rome die tredecima· februarii·
Milleſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Nicolao An-
thonio petri collenſi· S· P· D· Tam iocunde
fuerunt nobis littere tue quibus de ſuſcepto
cardinalatus honore congratularis quã tibi

gratam reſponſionem noſtram eſſe cōfidimus·nihil nobis
dubii eſt & Anthonio & tibi noſtrum omne decus ſum-
mopere acceptum eſſe·ſed utinam dignitati ſatiſfacere poſ
ſimus & ita nobis deus agere uitā tribuat· ne munus qđ
nobis ſplendori eſt|ex nobis polluatur·quandoquidem im
pares ſumus qui hoc gradu potiri debeamus · ſperamus
ſi deus annuerit eſtate proxima patriam reuiſere· tumq;
& Anthonium & te illic conuenire atq; amplecti quos a
mamus & amabimus dum preſenti fruemur aura·Neq;
enim uera beniuolentia superuentu dignitatis aufertur ·ro
gaſti ut reſcriberemus fecimus nō inuiti·& manu propria
quod iam nobis perrarum eſt· breuem hanc epiſtolam ex
arauimus·ſumus in ſcribendo breues|in loquendo longi-
ores erimus·Vale & nomine noſtro Anthonium ualere
iubeto·Ex urbe die uiceſimaprima februarii·Milleſimo
quadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Dorothee ſanc
ti moniali ſorori ſue conſobrine·Salutem plu
rimam dicit· Cariſſima ſoror & filia in chri-
ſto amantiſſima letati ſum⁹ tuis litteris quas
tua uice uidemus·conſolatur nos uita tua deo ut confidi-
mus accepta·perge & ſeruito deo qui ſeruos ſui regni cō
ſortes facit congratularis nobis pro dignitate cardinala
tus·nos graue pondus accepimus & maius q̄ȝ noſtri que
ant humeri ferre·tu ancilla dei fac quod dicis·roga ꝓ no
bis deūȝ·idem quoq; ut relique ſorores tue faciant exhor
tare·niſi enim nobis diuina opituletur gratia|non eſt ꝙ tā
tam ferre ſarcinam ualeamus·confidimus in orationibus
tuis & aliarum perſonarum deo dedicatarum prioriſſam

ſuam ut noſtro nomine ſalutatam reddas uolumus·quam
ſanctam eſſe uirginem & matrem accepimus & optime fi
lias ſuas in monaſterio gubernare placet deo placet ciui-
tati & nobis perſeuerare omnes· breuis eſt uita & quam
uis labor eſt incluſas eſſe|non ſunt tamen paſſiones huius
ſeculi que mō comparari poſſint ad futuram gloriam que
reuelabitur in nobis·Gregorius Lollius frater tuus & no
ſter nobiſcum eſt & bene habet noli eius cauſa te ipſam af
flictare·Bene uale·Ex Roma die uiceſimaprima·februa
rii·Milleſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo

Neas Cardinalis Senēſis magiſtratui Ba
lie Senenſis·Salutem plurimam dicit·Reti-
nuimus caballarium ueſtrum in hāc uſq; dieȝ
ut ſi poſſemus rei noſtre melius conſuleremuſ
& circa negocia tritici & circa montem acutum· ſed non
potuimus aliud obtinere quam prideȝ· immo neſcimus un
de procedat·S·dominus noſter qui prius ait uelle pecuni
as ex paſcuis prouenientes conuerti in ſolutionem cuſto-
die caſtri nunc mutatus eſt neq; audire uult uerbum itaq;
ſicut in aliis litteris uobis ſcripſimus· utile nobis uidetur
mitti huc aliquē oratorem laicum qui audacter loqui poſ
ſit·nam ſua ſanctitas ſtatim nos tacere iubet cum de hac
re loquimur & dignum eſt nos obedire·oratori ueſtro ali
ter eueniet cui & nos aſſiſtem⁹·& ꝓfecto quanto plus hec
materia mōtis acuti differt|tāto peius eſt·ſperamus ſi mit
teris oratorem·fortaſſe dn̄s de Urſinis contentabitur de
paſcuis·ſi tn̄ preueniat ſolutio eoꝝ alioquin ꝺ burſa pape
nihil extrahetur·in mora periculum eſt multis reſpectibus

Videbitis que ſcribit dominus noſter in breui ſuo· & ta-
men de paſcuis mutatum eſt ut prefertur· de tritico non eſt
mirum ſi haberi nequit· Nam nec peruſini ſubditi eccleſie
tractam ut petebant habere potuerunt· & Franciſcus Ve
nerio ob rem frumentariam male adminiſtratam in carce
rem coniectus eſt· itaqꝫ deſperata eſt huiuſmodi materia·
ſcripſimus nuper de domino Gregorio facietis nobis rem
gratiſſimam ſi eum abſolueritis ab impoſitis ſibi calump-
niis· neqꝫ enim dignum eſt ut ad relationem nefarii homi
nis & in tortura loquentis ac de audito aſſerentis non de
uiſu vir bone fame doctor inſignis & ciuis non ex ultimis
dehoneſtetur· cui ſi cetera deeſſent illud ſibi ſuffragari de
beret quod noſter frater eſt & uiuit nobiſcuꝫ qui ueſtre rei
publice non uulgariter ſeruiuimus & in futuruꝫ ſi uita co
mes fuerit poſſumus aliquando prodeſſe· quod fecimus et
faciemus omni tempore animo volenti· Mittimus uobis
quittantiam pape per ſuum breue nobis directum · & co-
mitis Iacobi per publicum inſtrumentuꝫ· ſupereſt ut de fu
turis ſolutionibus in tempore prouideatis· Datuꝫ Rome
die viceſimaprima februarii· Milleſimoquadringenteſi-
moquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Roderico Car
dinali ſancti Nicolai · Salutem plurimam di
cit · Terne iam mihi reddite ſunt littere tue
ſuo more ſuauiſſime & ab amantiſſimo pec-
tore prodeuntes· Prioribus reſpondi nõ ut debui ſed ut po
tui· quis eniꝫ tam euiſcerate caritati ſatiſfacere poſſit? ſcio
quod debeo facio quod valeo· ad ultima ſcripta propero
non repero que de beniuolentia ultro citroqꝫ dici poſſent·
meus animus tuus eſt ſtabunt aliquando teſtimonia non
verba ſed opera· ſummo preſuli non deſino de cariſſimo ſi
bi nepote cum ſe offert occaſio loqui nec pretereo in tactaꝫ
cancellariam· nihil adhuc ſolidi eſt · manet ut arbitror alta
mente repoſtum conſilium· non omnia prodit ſenex que ta
citurus eſt· cum negat tunc maxime cupit· non ceſſabo cum
licebit iterum atqꝫ iterum perloqui · fama hic eſt uacaſſe
Epiſcopatum Tullenſem· Epiſcopus eius loci monaſte-
rium commendatum habuit· cuius annuus ualor mille &
quingentorum aureoruꝫ eſſe fertur· ſub ditione ducis Bor
gondie· dominus noſter id tibi cõmendaturum ſe ait· Ro
thomagenſis eius rei promotor fuit· Ex uſu erit illi ſcribe
re & rogare eum uti rem peragat· quod ſi feceris noli me
quoquo modo nominare· atqꝫ hec ſecreta ſint· ita enim ex
pedit· intellexi que ſcribis de preſidatu Fabriani rogo ut
uelis hortari ciues eius oppidi ut ex nunc eligant Bartho
lomeum maſſanuꝫ legum doctorem & affinem meum nep
tis mee virum· pro ſex menſibus ſequentibus amicum ma
giſtri Simonis· electio enim ſolet fieri poſt introitum pote
ſtatis noui intra duos menſes· itaqꝫ utile fuerit preuenire·
ſcio illos complaciturος eſſe dignationi tue· ſummus pon
tifex bene ualet· datarius ut fama eſt theſaurarius creabi
tur· & Bartholomeus Regatius prothonotarius digni-
tatem aſſequetur· cardinalis Papienſis infra biduum ad-
uenturus fertur· de Neapolitano nihil eſt certi· cuꝫ rex ille
non omnino cum pietate apoſtolica cõſonet· Florentini ar
bitrali domini noſtri ſententia in decemocto milibus aure
oruꝫ damnati ſunt dominis de Gambacurtis ob certa que
illis oppida abſtulerant· nihil plus noui eſt· commendamꝰ
nos tibi cui ſeruire preſto ſum· Ex vrbe die· viceſimatertia

febrnarii·Mcccclvij·

Neas Cardinalis Senenſis Franciſco Pto
lomeo·S·P·Dicit·Accepimus tuas litteras
triplicatas|ad priores reſpondimus quibus ꝺ
locatione epiſcoparus mirari videris nihil eſt
quod inde commouearis· nos clero noſtro nunq̃ fuimus
onerosi·nec volumus eſſe quippe qui plebem non modo cle
rum affectu colimus ſingulari|non diſponemus ut putamꝰ
de illo regimine ante aduentum noſtrum & tunc faciemuſ
ut bonum paſtorem decet·qui oues non commendat lupis
placet quod feciſti cum clero ſumuſq; de ducentis ducatis
contentiſſimi·ſcientes inopiã in qua eſtis· placet quoq; diſ
ferre adtempus exactionem medie partis·volumus ut no
ſtro nomine ipſi clero gratias agas & dicas nos ſemper
futuros ad ea que illis conducant paratos· miramur capi
tulum in facto prepoſiti non aliter de nobis q̃ ſcribat fi-
dem habuiſſe·nec ſcimus an uelimꝰ hoc onus iudiciale ac
cipere & ſtrepitum illum audire cupimus leonardo bene-
uolenti hec ipſe referas in re Gregorii laudamus diligen
tiam tuam utq; continues hortamur donec bonus allu exi
tus·nam Gregorius ut vidimus ex copia citationis pror-
ſus eſt innocens·ait enim qui eum criminatur· Anno dñi
Mccccliiij·menſe Aprili·locutum eſſe Gregorium cum a
liquibus in ſancto deſiderio iterũ eodez menſe pauloPoſt
fuiſſe in domo Gini de bellantibus·iterũ eodez menſe pau
lopoſt fuiſſe ut audiuit accuſator ipſum Gregorium in do
mo oratoris veneti & ibi ſcripſiſſe cum aliis Iacobo pic-
cinino·vides cum non ponatur dies menſis rem protendi
veriſimiliter ad quintumdecimum uel vigeſimum diem



Aprilis anteqũ ſcriberetur piccinino· at Gregorius quar
ta menſis die ex Senis abiit ad Regem Aragonum·ac-
cuſator inſuper de audito loquitur· iſta nõ coherent· prop
terea velis hominem innocentem iuuare & potiſſime no-
ſtro intuitu immo iuſſu·tibi eniz precipimus ut prelatus tu
us ne quo pacto hanc defenſionez pretereas·ſcimus viros
magnificos Iohannem Guccij & Franciſcum Lucium ꝛ
Chriſtoferum nannis amicos eſſe noſtros nobiſq; fauere
hos atq; alios adito & cura hanc cauſam pro noſtro deſi
derio terminari· quandoquidem nos ſemper ad ea tendi-
mus que ſunt illi regimini utilia & honorifica· Vale Ex
Roma die vigeſimatercia februarii·Milleſimoquadrin-
genteſimoquinquageſimoſeptimo· De nepte noſtra dici-
to cum parentibus nos manus lauimus·

Neas Cardinalis Senenſis Bartholomeo
maſſano Salutem plurimam dicit· Intelligi-
mus eximie doctor & fili noſter amantiſſime
que ad nos ſcribis de fratre noſtro Gregorio
non tuo ex iudicio prodiſſe ſed alium quempiam ut ad noſ
ea ſcriberes ſuaſiſſe· Reſpondebimus tamen tibi breuiter
Gregorium nos iniuſte damnatum non arbitramur mo-
do ſed ſcimus Si tamẽ pena ea eſſet que tollerari ab eo poſ
ſet ſuaderemus collum ſubmitteret & fortune nouercanti
cederet · Sed quid tibi uidetur ducentos aureos ſoluere
& in Viginti annos relegari quo argento Papiam Gre
gorius petat· uir omni ære uacuus & nihilominus auro
multatus· faciet ille quod ſibi libuerit· Nos impoſſibilia
non ſuadebimus·Quod ſi patria nobis idcirco indigna
bitur |ſi populi ſenenſis fauore priuabimur | ſi maledictis

& obprobriis ſubiciemur|non erit hoc primum·ſufficit no-
bis |conſciencia noſtra · ſcimus indigna nos eſſe paſſuros
& id quidem uerum eſt· omnes qui pie ac iuſte uiuere uo-
lunt|perſecucionem paciuntur·ſeruiuimus hactenus patrie
magnis in rebus & fideliter & utiliter | non meremur hec
premia fratrem noſtrum in domo noſtra manentem uiruʒ
bonum atqꝫ innocentiſſimum de re publica optime merituʒ
tam atroci ſentencia opprimi·putabamus etiam ſi noxius
idem fuiſſet |ob noſtra tamen in patriam merita | eundem
nobis condonari·& tu bone uir timeſne popularem auraʒ
& plebis rumuſculos amittamus: utentur arbitrio ſuo Se-
nenſes nunquam in nobis cauſam inuenient cur nos ode-
rint·ſi Gregorius ius ſuum apud Romanum preſulem ꝓ-
ſequetur & auxilium petet oppreſſus|uir eſt etatem habet
pro ſe reſpondebit · nos nihil mali eum agere arbitramur
qui iudiciali uia ſuam innocentiā oſtendere conatur· ſcrip-
ſimus Balie & ciuibus pluribus nihil ualuere preces no-
ſtre·patimur nec proptetea populo indignamur· at ſi po-
pulus contra nos ipſe mouetur ·deus inter nos diiudica-
bit·tu ut videris ſenis perſeuerare uis procul a propoſito
de quo olim loquuti ſumus ut ad Stefanum ſcribis·vin-
cat tuus ſenſus & tibi habe delicias Senenſes·nos Rome
etiam ſine te tuiſqꝫ uiuemus·nunc proficiſcitur ad nos epi-
ſcopus Reatinus Legatus pape·Iube eum in domo no-
ſtra recipi·& ſibi cuncta miniſtrari pro perſonis ac iumen-
tis dum ibi manſerit·Vale Ex Roma die quarta marcij·
Mcccclvij·

Neas Cardinalis Senenſis Lodriſio Cri-
bello Mediolanenſi·S·P·D·Accepimꝰ car-
men tuum Lodriſi nobis amantiſſime·non ſi-
ne animi ſingulari uoluptate q̄uis nobis plu-
ra tribuis quam debita ſunt·ſcimus imperfectum noſtrum
& quam procul ab eo ſimus homine quem deſcribis non
ignoramus·at ſi peccare erga nos aliquem opoitet|mali-
mus laudando quam uituperando metas ab illo tranſgre-
di·feciſti quod amantes cōſueuere·dixiſti de nobis nō mo-
do que ſciebas|verum etiam que uoluiſſes eſſe vera· Per-
mittimus omnia dilectioni tue·neſciebamus ante hos di-
es ubi locorum eſſes uel que te fortuna teneret·nunc certi-
orati ſumus & tuis ſcriptis & ducalis oratoris verbis eſſe
te optimo loco apud illuſtriſſimum & magnanimum du-
cem Mediolani ab eoqꝫ diligi·id eſt ſupra modum nobis
gratiſſimum·videmus enim tue virtuti quam ſemper mag-
nifecimus ſuum locum eſſe tributum·dignus eſt ille cui ſer-
uias· nam cui hoc tempore honeſtius famuleris quam ei
qui totius italie ſplendor eſſe & ſingulare decus omnium
iudicio exiſtimatur·Perge oramus & illi ut tua probitas
te hortatur indefeſſe tuos prebe labores·neqꝫ enim ſinet il-
le tuam uirtutem iacere· cum autem facultas aderit |nos
illius excellentie commendatos efficies qui pro ſingulari
munere feremus·ſi quando aliquid accidat in quo ſibi ſer-
uire ac prodeſſe poſſumus·Vale Ex vrbe Roma· die·xx
vi·februarii·Mccccclvij·

Neas Cardinalis Senēſis Bartholomeo ꝓ-
curatori ſuo·S·P·D· Venit in pātriarum ad
ciuitatem Senenſem reuerendus pater Dn̄s

Angelus Epiſcopus Reatinus ſanctiſſimi domini no-
ſtri Legatus pro nōnullis rebus arduis & inter cetera eti
am de Gregorio noſtro verba faciet. Volumus igitur ut
eum in domo noſtra recipias. ſibiq; & familie ſue immen-
ſisq; honeſtas ac decētes miniſtrare ſtudeas expenſas dū
ibi manſerit & ita te ſecum habeas & cum ſuis ut in redi
tu eius optimam de te relationem habeamus. tu quoq; &
vicarius noſter ſibi in agendis aſſiſteris. ita tamen ut non
meticuloſe ut ſoletis. ſed ardenti animo & audaci mente
cauſam que iuſtiſſima eſt gregorii tueamini. & ita noſtro
nomine ipſi vicario dices. ſcripturas inſup de quibus ſcrip
ſiſti noſtras per ipſum epiſcopum ad nos remittere poteri
cogitauimus de tritico ſonicille. utile uidetur id adhuc nō
alienari niſi aliud ſcripſerimus. & ita illi preſbitero iube-
bis. Datum Rome die quarta Marcii. Milleſimoqua-
dringenteſimoquinquageſimoſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis Lodouico Car
dinali ſanctorū quatuor Coronatorum Le
gato Bononie. S. P. D. nihil ſcripſi. R. pater
nitati tue ab ea die qua hinc receſſiſti uſq; nūc
nihil enim erat ſcriptione dignum. fuit tamen animus me-
us erga dignationem tuā ſemp intentus memorq; ſuauiſ
ſime conuerſationis noſtre nec modo quicquam eſt quod
magnopere memorandum ſit. ſed vincendum fuit ſilenti-
um ne taciturnitas affectionem diminutā ſignificaret. cu
pio noſſe que ſint tue. R. D. ſucceſſus. neq; ego quicquam
audiam libentius quam pro uoto cuncta tibi ſuccedere.
hinc quod ſcribam nihil aliud eſt Sanctiſſimum dominum
Noſtrum bene optimeq; ualere & rei publice pro ſua



conſuetudine utiliter preeſſe. ſi qua ſunt in quibus dignatō
ni tue aut ſuis utilitate eſſe poſſem. cupio p Impio tuo me
utaris ad mandata paratiſſimo. amicum Ambroſii noſtri
Spannochii digneris cōmendatum habere quia ambo tui
ſunt nec plura. Commendo me iterum atq; iterum tibi. Ex
Rome die. viij. marcii. Mccccl vij.

Neas Cardinalis Senenſis magiſtratui Ba
lie Senenſis. S. P. D. Que de Iacobo pic
cinino ſcribitis|accepimus etiam aliunde| ſed
abſq; fundamento| neq; putauimus dignam
rem eſſe quā ſcriberemus. nunc quoq; nō arbitramur futu-
rum hoc ipm. ſed accepimus aliquos ex comitiua illius vē
turos in auxilium comitis Auerſi contra Vrſinos quam
primū herba uireat. Paxalia & neſcimus quis alius pedi
tū ductores. multi ſunt dies. caſſi ſunt non a capitaneo. ſed
ab ipſo dño noſtro cū nimis multa peterent. an hi ſint qui
cum luca Sclauo territorium veſtrum inuadere conentur
ignoramus. utile eſt oportune prouidere & rei publice be
ne conſulere. nos papam alloquemur ut petitis & reſpon
ſum ſignificabimus. gaudemus de aduētu Leonardi ora
toris ueſtri quem uirum & ſolertem & circumſpectū noui
mus. utilis erit eius mora in hoc loco. d Gregorio noſtro
longe aliter quam uos ſentimus. non enim miſericorditer
ſed ſeuere & dure ſecū egiſtis nec ſatiſfacit quod dicitis
menſem datum ad purgationem. ſi qui ſe uelint innocentes
oſtendere niſi id fieret in loco tuto. videbimus tamen quo
modo reſpondebitis oratori apoſtolico & ſi quid valent
dicta pape & preces noſtre. Datum Rome. viij. Marcij.
Mccccl vij.

Neas cardinalis Senenſis ſacre Impiali Maie-
ſtati· S·P·D· Referrit ad maieſtatem tuam vir
bonus & honore dignus Henricus Senftleben
ſublimitati tue & impio ſacro deditiſſim⁹· mihi aũt ſingu-
laris amicus & q iuſſu tuo promotõem meã magna fide|
exacta diligentia|ſingulari prudentia proſequutus eſt· nõ
eſt cur eum tuo culmini commendem quem ſcio acceptiſ-
ſimuʒ· is referet que apud nos aguntur· omnia ex vero ha-
bet in mandatis hortari ſerenitatem tuam in expeditiõem
contra Turcos· perſuadeo mihi eam rem tue glorie per-
ſuaſam eſſe· nam profecto nihil eſt quod nomini tuo auc-
toritatiqꝫ auguſtali magis cõueniat q̃ꝫ pro defenſione ca-
tholice fidei & chriſtiana ſalute arma & ſcutum ſumere|
cum omnes in tuam maieſtatem oculos ita intentos habe-
ant ut ea proficiſcente profecturi· ea quieſcente quieturi vi-
deantur ſcribo hec pro fide qua tuo ſolio ſum aſtrictus· ni-
hil heſitans|omnia in partem recipi meliorem verum ſere-
niſſime Ceſar cum ego tuo munere ad cardinalatus hono-
rem aſſumptus ſim nihilqꝫ magis mihi in hoc officio incũ-
bat q̃ꝫ ea gerere que putem glorie tue conducere· reliquuʒ
eſt ut d: meo ſtatu cogitare digneris ut habeam unde vi-
uam· nam ego hactenus ſatis fui diues & quamq̃ꝫ pauca
poſſidebaʒ|erant tamen illa dignitati mee ſufficientia|nũc
vero pauperrimus ſum & iam primum quid ſit miſeria ex-
p:rior· tua ſublimitas abſqꝫ damno ſuo inopie mee conſu-
lere poteſt· ſi patieẽ aliqua beneficia ex ſuis territoriis me
impetrare quemadmodum prefatus henricus latius man-
ſuetudinem tuam alloquet· cui precor in his que meo no-
mine dix:rit plenaʒ digneris fidem & benignas aures ad-
hib:re· Ex Roma d:e· viij· marcii· Mcccclvij·

Neas Cardinalis Senenſis Iohãni Cardi-
nali ſancti Angeli· S·P·D· Perſuaues & ut
optaui longas epiſtolas tuas accepi redditaſ
B ıde duodecima ianuarii die cognoui que
ſcribis de conflictu turchorum illum ſcilicet non ſine cura
& diligentia tua diuinitus datum· nec ego ſecus arbitra-
bar q̃ꝫuis ſcripſerim dignationem tuam meam opinionem
egre ferre· quod ubi geſta res eſt non interfuiſti· non eſt qꝫ
ijs· addam aliquid· doleo obiiſſe chriſtiani exercitus duceʒ
Iohannem Vainodam· ſiue ut aiunt humatem nam mor-
te illius ſpes quoqꝫ noſtra interiiſſe uidetur· nil enim reliq
chriſtianorum principes cogitare uidentur· nemo apponit
pro ſalute noſtra manũ· Pontifex maximus clamat & nõ
auditur minatur & non timeẽ· & qđ ſua beatitudo pt̃ non
ſufficit tante bellorum moli· Rex Portugalie aduenturus
fertur· ſed timeo ne aliorum deſidia illius diligentiam im-
pediat· quid enim ſolus agat ex ultimis terrarum & occi-
dentis finibus in Greciam Aziamqꝫ profecturus ꝰniſi da-
tis operam ut Theutones Bohemi Hungari communi
animo copias parent· nõ intelligo quid alii acturi ſint· hec
dixi patri optimo Papienſis Cardinalis ex Almania de-
cretaqꝫ ſibi prouincia reuerſus· ait Theutones ad expe-
ditionem inclinatos eſſe ſua opera· ſed modo conuentus a-
gere permittantur ſine conuentibus nihil putat eos actu-
ros· Cardinalis Neapolitanus propedieʒ ingreſſurus cre-
ditur· cum Rege Aragonum non eſt ea ſinceritas quam
noſtra negocia requirerent· ex Francia multa referuntur
que mihi pro nugis ſunt· Rex veſter Caſtelle in Granateñ
ducturus copias dicitur· patitur & decimas & indulgen-
tias in ſuis regnis predicari· medietatem pecuniaruʒ inde

prouenientium ſibi in id bellum recipit·alteram medietatē
contra turcos pape largitur·domino·S·Marci cardinali
commiſſum eſt ut de uacatione ecclesie Prageñ· ſe infor-
met ut illi preficiatur in archiepiſcopum Datarius Pape
hec habe ex nobis & dilige tuum Eneam ut ſoles· tuam
omnem familiam cum dignatione tua optime cupio vale
re·Ex vrbe·viii·die Marcii·Mccccl vii·

Neas Cardinalis Seneñ Vlrico Ep̃o Gur
cenſi·S·P·Dicit·Reuertit ad te Henricus
Senftleben utriuſq; noſtrum amiciſſimus·nõ
eſt cur multa ſcribamus· ipſe noſtra erit epi-
ſtola qui nouit animi noſtri ſecreta·qui fuimus olim erga
te illi iidem ſemper erimus nec obliuiſcemur neq; ſuauiſſi
me conſuetudinis noſtre nec immemores erimus tuorum
erga nos meritorum·cupimus ſi qua ſunt que tibi grata
poſſimus facere|ne nobis ignoſcas·Confide in hac curia
nullum habes qui maiori affectu tua negocia ſit acturus
q̃ nos q̃uis plurimi ſunt tui amantes qui plura q̃ nos poſ
ſunt ſed quid agimus? iniuriam Henrico facimus du; tot
ſcribimus|ipſi omnia committimus· illud tantum addimꝰ
ut nos diuo Ceſari & modo & ſemper commendare ue-
lis|cui omnia debemus cum a deo omnia habeamus·Da
tum Rome·die·x·marcii·Mccccl vii·

Neas Senenſis Diue Leonore Imperatri-
ci·S·P·D· Nihil eſt ſereniſſima auguſta q̃d
nunc aliud velim niſi manſuetudinem tua; be
ne valere & pro ſuo deſiderio felicitate poti-
ri·ego qui conſortis tui diui Ceſaris rogatibus ad cardi-

nalatum nil meritus ſum uocatus debeo tanti doni tantiq;
boni omni tempore memoriam tenere & ita facio quide;
atq; idcirco & ſibi & tibi ſepius ſcripſi & nunc ſcribo ſcri
bamq; frequenter ut opera mea tanquã fideliſſimi manci-
pii omnibus in rebus utamini·nam tunc me beatum exiſti
mabo cum ueſtris in negociis exercebor· nil aliud his lr̃is
volui· commendo me ſublimitati tue quam diuina pietas
conſeruet ad uota feliciter obſecro·Ex vrbe Roma die·x·
Marcii·Mccccl vii·

Neas Cardinalis Seneñ· Iohãni vngnadio
Imperiali Camerario·S·P·D·Reuertitur
ad Ceſarem venerabilis vir Henricus Senft
leben cui papa non nulla commiſit ceſareo cul
mini referenda ſuper expeditione contra turcos ducenda
velis ſuadere ceſari ut circa rem illam animum intendat ſu
um quoniam ita glorie ſue competit·omnes enim in ſuam
maieſtatem oculos direxere & niſi ſua maieſtas aliquid
agat timendum eſt ne xp̃iani plaga magna affligantur·in
ſuper aliqua noſtro nomine dicet tibi idem henricus uelis
ei benignas aures & fauores ut ſperamus gratos impar
tiri·Datum in Roma die·x·Marcii·Mccccl vii·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Nihili
Aſtronimo Bohemo·S·P·D·Ex Henrico
Senftleben intelliges que apud nos aguntur
& quid rota ſomniet in eccleſia Prageñ·&
que de tua diſpenſatione acta ſunt nos tui commodi ſem-
per erimus a uidi eque ac tu ipſe|perge & nos ama ut ſo-
les ſi quid Henricus noſtro nomine ex te petierit aſſiſtito
ſibi & facito ꝑ nobis ut cõſuouiſti·vale ex roma die·mar
cii·Mccccl vii·

Neas Cardinalis Senenſis Dioniſio Cardi
nali Strigonienſi·S.P.D. Que fuerit mēs
mea quis ante hac animus erga te non igno-
ras nam ſemper dignationem tuam optimi
patris & benigniſſimi domini loco veneratus ſum· ita enī
tua bonitas merebatur·veruꝫ ſi unqꝫ tuus fui uel filius uel
ſeruus|nunc potiſſimum id me preſtare oportet quando ad
eum ordinem ſine meritis ſum vocatus·in quo tu iure op-
timo iam dudum ſedes·placuit apoſtolice pietati me car-
dinalium collegio nil merentem aggregare·ſentio quantū
& tue dignationi & ceteris reuerendiſſimis patribus de-
beo·precor igitur meam voluntateꝫ amplectaris & me ue
terem ſeruitorem iam factum nouum mancipium tuum in
telligas imperes mihi omni tempore ſi quid eſt in quo ibi
obſequi poſſim·nam mihi voluptas erit quotiens videro in
tuis aut amicorum tuorum negociis me poſſe exercere·cu
pio inſuper sereniſſimo regi & domino communi aliquan-
do me commendes ut ſit memor ſua maieſtas antique de
uotionis & fidei erga ſe mee|quia omnibus meis ſcriptis
& verbis ubicunqꝫ fui ius ſuum in regno Hungarie con-
tra Polonos tueri ſum conatus· Valeat optime dignatio
tua cui me humillime commendo· Ex Roma die·x·mar-
cii·Mcccclvij·

Neas Cardinalis Senenſis· Nicolao liſcio
S.P.D. Gratiſſime fuerunt nobis littere tue
quas de nece Comitis Cilie ad nos ſcripſiſti·
non ꝙ mors illius nos letificaret·neqꝫ enim a
licuius malo gaudemus·ſed ꝙ rem geſtam ex ordine nar
raſti·quam prius confuſam acceperamus·ecce q̃ uana eſt
huius ſeculi pompa|q̃ caduca gloria q̃ breuis potentia·

Cecidit qui ſuo nutu maxima regna rexit et qui ſanguinē
ſitiuit|in ſanguine periit·percuſſit gladio alios & ipſe gla
dio percuſſus interiit nō poteſt ueritas noſtra mentiri que
ait gladio ferientes| gladio perituros· ſed ignoſcat illius
anime deus & regno Hungarie conſulat ne diſcidiis agi
tetur·ſcribimus procopio aliqua de archiepiſcopatu Pra
geñ· fac ut ipſe ad nos reſcribat· res enim in periculo eſt·
inſuper cupimus des operam ut regia maieſtas· S· domi
no noſtro & ſacro collegio de noſtra promotione gratias
agat ꝙ ad ſuas preces nos extulerint· cupimus etiam ad
uertas ut quando ſcribitur de negociis hungaricis domi-
no noſtro & cardinalibus ita efficias ut videamur ꝙ ſu-
mus ipſi ſcilicet regi eſſe affectiſſimi·nam ſunt quidam qui
nos ſuperare uelle nituntur| tanq̃ magis regii ſint q̃ nos·
putamus tamen ſuam maieſtatem non eſſe oblitam noſtre
erga ſe deuotionis ac fidelitatis & eorum que ſibi puero
ſcripſimus & quomodo ɔtra Polonos omni tempore ius
ſuum defendimus·impar fuerit ſi noui recenteſqꝫ locuꝫ no
ſtrum inuaſerint·hec rogamus agites cuꝫ reuerendiſſimis
dominis noſtris ſtrigonienſi cardinali & epiſcopo Vara
dienſi·quibus nos commendatos reddas· Vale in eccle-
ſia Colocenſi fecimus quecunqꝫ potuimus ut plane refer
re poterit nuncius ad cauſam miſſus·iterum vale ex Ro-
ma die·decima Marcii· Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Procopio can-
cellario Bohemie·S.P.D. Perrare ſunt litte
re ad nos tue·vellemus frequentius ſcriberes
qui te vnice amamus & tuas epiſtolas ueluti
apollinis oracula ducimus·ſcripſimus tibi quid egerimus
in re Bohemica neqꝫ abs te reſponſum habemus· Interea

tuus notarius homo multivolus & magnivolus| ex Bohemia procuravit afferri poſtulationem ad Pragenſem eccleſiam cuiuſdam datarii apoſtolici boni quidem viri Sed cathelani & ſermonis Bohemici prorſus ignari| poſtulationem attulit Lucas tibi notus monachus· quem Luterfaſum appellare ſoles· impediuimus huc uſqꝫ promotionē huius rei ne rei noſtre nocumentum inferret · timemus ne diutius impedire poſſimus· nam datarius plurimos fautores habet & notarius die noctuqꝫ hos atqꝫ illos adit· Suadens nihil regno eſſe utilius quam promotionem hanc fieri velis de his & regem & gubernatorem commonefacere ut ſciant quibus in terminis res ſunt & an iſta placeant eis· nos certiores facito· nam regi & regno ueſtro ſeruire preſto ſumus· cupimus des operam ne rex de noſtra promotione ſummo pontifici & ſacro collegio gratias agat· idqꝫ quamprimum |& quotiens aliquid emergit| ut nobis ſcribatur| quia maieſtati ſue ſemper erimus ad ſeruiendū proni & voluntarii· Ex Roma die decima Marcii· Milleſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Varadienſi Epiſcopo· S·P·D· Scripſimus nuper de noſtra ad cardinalatum aſſumptione quam tua promotione factam non ambigimus· quātum tibi teneamur id etiam tum diximus· non eſt cur modo dicta repetamus· nos in hac dignitate conſtituti| quantum Hungarie regno quantum regie perſone quantū dignationi tue debeamus ante oculos ſemper habebimus· tuum erit opera uoluntarii hominis uti· nobis in tuis negotiis exerceri uoluptas eſt· interea rogamus regie ſublimitati nos commendes· ſuadeasqꝫ ut de noſtra promotiōe ſummo pōtifici & ſacro collegio gratias agat· cum pro nobis ſepius ſcripſerit· Vale optime & nos ut ſoles ama · nam nos dignationem tuam uti patrem colimus & obſeruam⁹· Ex urbe Roma die·xi·Marcii·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis· Ladiſlao Hūgarie· atqꝫ Bohemie regi ſereniſſimo· S· P· D· Nonnulla meo nomine referet Maieſtati tue Henricus Senftleben decanus Vratiſlavienſis que concernunt partim regnum tuū Bohemie| partim me ipſum· Rogo ut illi plenam credentie fidē preſtare digneris & in agendis eum fauorem quem de tua ſublimitate mihi perſuadeo· poſtremo me ipſi regie manſuetudini & dedo & ꝯmēdo· Ex Roma die·x·marcii· Mcccclvij

Neas Cardinalis Seneñ Io· Troſter theutonico· S·D·P· Ingrata eſt nobis eque ac tibi que te fortuna exagitat· vellemus tibi quietum eſſe locum in quo tibi & muſis vivere poſſes & aliquando nobis· nunc tamen ꝙ apud archiepiſcopum Salczburgenſem diuertiſti· ſperamus rem tuam meliorem futuram· neqꝫ enim ille eſt qui ſuos amicos iacere ſinat· dabitur tue uirtuti premium· & tenebras ſequetur aliquando lux· cupimus ipſi Archiepō commēdatos nos efficias & offeras· quecunqꝫ poſſumus ad eius nutū eſſe parata· tu vero quid vides poſſe nos tibi preſtare| ſcito id facile obtentu eſſe| & perſuade tibi te nobis eſſe cariſſimum· Iohannem quoqꝫ Lanterbacenſem noſtro nomine ſaluū eſſe iubeto· Ex Roma die·xi· Marcii· Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senẽſis Bartbolomeo Factio Genuenſi. S. PD. Iocundiſſime fuerunt nobis littere tue quibus amiciciã inter nos Neapoli contractam ex tuo latere affirmas incõcuſſam ſolidamqꝫ permanere. idem tibi perſuadeas uolumus ex noſtra parte fieri. neqꝫ enim nos ſumus qui more adoleſcentulorum nunc amemus nunc odio babeamus nõ ſumus in contrabenda beniuolentia faciles. at neqꝫ poſtq̃ contracta eſt illaȝ leuiter diſſoluimus. dileximus te poſtq̃ nouimus quanti eſſes. neqꝫ decepti ſumus in eo quod de te iudicium fecimus. itaqꝫ par eſt amorem erga te noſtrum dum uixerimus duraturum. quando & tua virtus te minime relictura eſt. quod ſcribis in eo quem de viris illuſtribꝰ eui noſtri compoſuiſti libro. datum nobis eſſe locum | non meritis noſtris ſed tue caritati aſcribimus. & in boc quidem fatemur imbecillitatem noſtram | non tam inuiti ſupra meritum laudamur quam uituperamur. ita enim natura cõparatum eſt ut nulli laus oneroſa uideatur. nos eum libruȝ cum uolueris cupide uidebimus legemuſqꝫ. nunc quod tibi aliud ſcribamus nibil ſe offert. cupimus Antboniũ Panormitbam illuſtrem Poetam & Matbeum Malferituȝ iuriſconſultum egregium & ſi quando candidum Oratorem preſtabilem offenderis noſtro nomine ſaluos dicas. cariſſimum quoqꝫ fuerit ſi quando maieſtati regie nos cõmendaueris quam pre ceteris noſtri ſeculi poteſtatibus et ueneramur & colimus. Ex Vrbe Roma die Vigeſima quinta Marcii. Milleſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis Ludouico Putio magiſtro de Monteſio. S. P. D. Quannis & Vulgato ſermone & litteris biſpanicis ad nos ſcribis. plurimum tamen oblectant nos littere tue. multum enim ſalis in illis multum beniuolentie ad nos oſtenditur. ſcimus nos amari a te & id quidem nobis eſt iocundiſſimum. diligimur enim a magno et probato viro & ab eo ipſo quem nos pro ſua ingenti uirtute proqꝫ ſuis in nos meritis & amamus & obſeruamꝰ unice | quod refers de caritate erga nos regia quamuis reſpõſo egeat reſponſum tamen non inuenit. nam quid nos vermiculi dicamus cur tanti regis gratiam adepti ſumus. ſuperat bec non verba ſolum verum etiam cogitationes. vtinam poſſimus aliquando vna ſaltem in re monſtrare quantum nos illi excellentiſſimo regi debere fatemur. verum cũ ſciamꝰ nibil eſſe innobis cur ab eo culmine diligamur. petimus rogamuſqꝫ ut tu banc nobis gratiam conſeruare ſtudeas. etſi enim indigni ſumus | quos primꝰ noſtri ſeculi rex amet | nollemus tamen non amari & tantum bonum perdere. quod ſuades eius maieſtati ſepius ſcribamꝰ | parebimꝰ conſilio tuo & nunc quidem cum bis litteras noſtras babebis quas regie manſuetudini noſtro nomine reſtituas. eiqꝫ nos & commendes ſimul & des. nam mancipii loco nos ſemper babebit. nepoti tuo nobili & modeſtiſſimo viro quotiens ab eo requiſiti fuerimus | nunquam deerimus nec minus eius curioſi erimus quam tu ipſe Vale optime Ex Vrbe Roma die vigeſimaquinta. Marcii. Milleſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis Alfonſo Ara-
gonum regi·S·P·D·Si maieſtati tue rarius
ſcribo nihil obſecro uel negligentie uel aduer
ſe uoluntati aſſcribatur· cupio ſiquidem fre-
quentes litteras meas in manus tuas dari· nam ſic potiſſi
me memoriam mei tua manſuetudo tenacius apud ſe ha
beret·uerum materia quam ſcribere uellem non occurrit·
que occurrit hanc ſcribere nolo· neq; enim tutum eſt om-
nia mandare litteris & hoc preſertim tempore quãdo nec
qui recte incedunt ſuſpitione carent·ceterum que hac in cu
ria geruntur ſunt complures qui tue ſublimitati ea conſcri
bunt & illi quidem multo plura & ſecretiora quã ego no
uerunt·de Germania tantum eſt ſicut arbitror quod emu
lante nullo ſignificare poſſim·curabo igitur quotiens illis
ex regionibus ad me aliqua referantur notatu digna|ne ꝑ
me tuam maieſtatem lateant· nunc uero que habeam pau
cis explicabo· Vlricum Cilie comitem apud albam gre-
cam quam uocant aliam albam|occiſum iampridem acce
piſti·hoc oppidum noſtri belgradum uocitant apud vete-
res Taurinum dictum inuenio qui ſanum fluuium miſce
ri Danubio apud Taurinũ tradunt·in quo loco nunc Bel
gradum iacere conſtat·occiſorem comitis·non eſt ambi-
guum Ladiſlaum fuiſſe filium Iohannis humatis eius q
ſepe Turcos debellauit| & hoc anno ſuperbiam Mahu
metis apud eundem locum confregit·creditum eſt non mi
nus filium profuiſſe rei publice Chriſtiane in occiſione co
mitis| quam patrem in profligatione Mahumetis· Cum
Mahumetes & comes hoſtes religionis eſſent· ille exter
nus iſte domeſticus·memorabilis hic annus eſt quo Tur
ci debellati ſunt·& magnus Comes magni regis guber-
nator obtruncatus·Comes qui uiſus hoc anno eſt opinio
ni que de ſe fuit|abunde ſatiſfecit·apud Taurinum nanq;
que dicta ſunt patrauit· terram in regno tuo ſupra quam
auditum antea ſit horribiliter mouit·in pleriſq; ciuitatibus
ſeditiões excitauit·maxime apud Senam vrbem vnde nõ
parua ciuium pars excluſa eſt·peſtis multis in locis de ba-
chata magnam populi partem & preſertim in Hungaria
deleuit·Caritas annone non Italiam modo ſed Germani
am Greciam & orientis plurimas regiones afflixit· Sed
maiora ſunt que uel aſtrorum periti uel uates timenda pre
dicant·quos ut deus ipſe mendaces arguat optandum eſt·
ſed ut ad Germaniam redeam morte comitis apud Au-
ſtriam cognita|non parua de hereditate eius controuerſia
ſuborta eſt·que fuerunt illi bona ſub corona Hungarie ad
Regem Ladiſlauꝫ ſine contentione pertinent Que ſub
imperio iacent multi petiuere·alii ab inteſtato alii ex teſta
mento heredes ſe dicitantes ut Albertus & Sigiſmun-
dus auſtrie duces tum Michael Comes Madeburgen-
ſis & Vlrici comitis Garicie filii ſed potiſſimum ius ad
Imperatorem ſpectare viſum eſt·concilium prelatorũ ba
ronumq; & ciuitatum Styrie Carinthie Carnioleq; &
Marchie Sclauonice haberi placuit apud Grezium Ba-
ioaricum In eo audiri omnes ſunt qui Comitis Cilienſis
hereditatem petiuere· deniq; diffinitum eſt· Oppida ca-
ſtella arceſque que Comitis Cilie ſub Imperio fuiſſent in
manu Imperatoris tradi· Tum ſi quis ius in illis ſibi
competere dixerit ab eo petendum eſſe· Atq; hoc pacto
prefecti Vrbium locorumque quorumcunque poſſeſſio-
nem Imperatori tradidere· Itaque multo melior hodie

Ceſaris cōditio eſt q̃ pridem fuit quando non ab boſte ſo
lum liberatus eſt peſſimo|ſed que fuerunt illi vires ibi acceſ
ſerunt·bec volui ſcribere ſerenitati tue baud ignarus cunc
ta ei eſſe gratiſſima que ad gloriam ceſaree maieſtatis ce
dant·Imperatrix ipſa auguſta optime ualet de apparatu
contra turcos in bungaria cum nibil certi babeā|nibil ſcri
bo·ſanctiſſimus tamen dominus noſter & Germanos &
bungaros nunc litteris nūc nunciis excitare atqꝫ urgere co
natur·mibi non magna ſpes fuerit niſi viderim celſitudinē
tuam claſſe inſtructa in magne illius memorandeqꝫ nauis
puppe armatam ſignum profectionis contra turcos dare·
nam reliquis orbis principibus & ſi uoluntas eſt|non adē
facultas qua Greciam inuadere poſſint·tue ſublimitati ſi
uoluntas affuerit nibil deerit·neqꝫ plura modo·commen-
do me tue manſuetudini a cuius mandatis nunquam diſce
dam·Ex Roma Sexto kalen·Aprilis·Mccccluii·

Neas Cardinalis Senenſis Iobāni Solerio
electo Barcbinonenſi·S·P·D·Quamuis ra
ro preſentia tua fruimur|eius tamen memoria
apud nos dulciſſima eſt·quotiens eius conſue
tudinis que inter nos Nenapoli fuit recordamur quod qui
dem ſepe contingit·neqꝫ enim obliuiſci poſſumus amicitie
ſuauiſſime & boc quidem lucrum eſt quod ex Neapoli re
portauimus·exiſtimamus enim magni tui beniuolentiam
nos eſſe conſecutos·cupimuſqꝫ ea ut perpetua ſit q̃uis nō
aliť credere debeamus·cum vera ſit amicitia noſtra ex bo
neſta conuerſatione nata·amicitia uero que deſinere po-
teſt ut Hieronimo placet uera nunq̃ fuit·ſed de bac ſatis
cupimꝰ nos aliq̄n regie manſuetudini ꝯmendatos efficias

Sumus enim nō minus ſui q̃ illi qui ex Aragonia uel Ca
thelania nati ſunt|q̃uis illos naturale quoddam ius regi
obnoxios teneat·nos beneficia que ab eo recepimus obli
gauerint verum illorum aliqui fortaſſe abſqꝫ ſcelere ſe ni-
bil regi debere dixerint·nos abſqꝫ ingratitudine quod eſt
uiciorum peſſimum id dicere non valemus·ſciat igitur per
te clementia regia nos fateri debitum & cupidos eſſe id
perſoluere·etſi obligatio maior eſt q̃ per nos dilui poſſit
inſuper dominum de monteſio amamus ardenter qui no-
bis amiciſſimus fuit·rogamus & illi noſtram operam ad
queuis eiꝰ beneplacita offeras·poſtremo ſi quid eſt quod
tui cauſa efficere ualeamus ſcis nos eſſe quibus uti pro vo
luntate poſſis·eccleſiam Barcbinonenſem confidimus tan
dem tuam eſſe futuram etſi modo aliquid ſub eſt impedi-
menti|tempus omnia domat·Vale Ex Roma die·viceſi
maſexta·Marcii·Mccccluii·

Neas Cardinalis Senenſis Io·Miraballo
equiti Neapolitano·S·P D·Referunt qui
ex Neapoli ad nos ueniunt magnificentiam
tuam adbuc meſtam eſſe & cōſolationem nul
lam accipere de morte filii|id nobis moleſtum eſt roga-
muſqꝫ ne temet affligas|non eſt ſuper ea re dolendū que
amiſſa nequit recuperari·ſunt tibi alii filii uirtute fama bo
nore preſtātes·iſti tibi in terra ſeruiūt ille locum in celo pa
rat·age cogita quid eſt buius mundi gloria caduca ſunt
omnia que in terris acquirimus·nibil ſtabile certum nemo
ſibi boram uite promittere poteſt·nemo de craſtino babet
noticiā fugit cras|fugit omnis terrena voluptas|nibil ba
bemus niſi preſens & id momentaneum eſt·Quid igitur

triſtamur ſi priuamur momentaneo bono· dicimus hec ſa-
pienti viro & qui optime iſta nouit·liber tamen dicere ho-
mini amico & bene de nobis merenti· precamur ne dein-
ceps in hac re ſcribere cogamur|quid tunc fiet cum tuam
magnificentiam hylarem atq; iocundam eſſe audiuerim⁹
alioquin non poſſumus tacere cu3 tua meſticia noſtra ſit
moleſtia·cupimus te indulgere bone ualitudini & uiuere
animo leto ſic enim & nos & reliquos amicos tuos con-
ſolaberis· Albericum filium tuum optamus bene ualere·
Alexander florentie bene valet ut audim⁹· vir magni pre
cii·& verus tuus filius in quo tui mores expreſſi ſunt·vale
ex Roma die·xxv·marcii·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Vrbano Epõ
Sibenicenſi·S·P·D· Ex Iadra tue ad nos lit
tere deuenerunt quibus de noſtra ad cardina
latum vocatione congratularis·non eſt noua
tua erga nos caritas·ſcimus te nos amaſſe ab eo tempore
quo vienne ſimul uerſati ſumus uſq; hodie abſq; ſimulatio
ne|nec nos minus te dileximus & diligimus·itaq; ſi quid
honoris nobis acceſſit & tibi aucta dignitas eſt quando in
ter amicos veros omnia eſſe communia decet·tu itaq; de-
inceps cardinalatum nobis creditum & tibi communicatũ
pro noſtra inuicem caritate iudicabis· quod ſperas ampli
us de nobis rogamus ex cerebro tuo procul amoueas·nã
q hue euecti ſumus plus eſt qua3 meruimus & utinam ita
nos geramus auxiliante deo ne dedecori dignitati ſimus
liberationem tuam audiſſe priuſq; captura3 uoluptati fuit
nam ſi prius te captum accepiſſemus non caruiſſemus grã
di moleſtia·nunc euaſiſſe te periculum dulce eſt & tibi ali

quando ſuaue fuerit meminiſſe laborum·vale & nos ama
ut ſoles·Ex Roma kalen·Aprilis·Mcccclxii·

Neas Cardinalis Senenſis Roderico car-
dinali ſancti Nicolai Salutem plurimam di-
cit quod nihil tuarum litterarum iam pridem
acceperim cauſa3 eſſe arbitror ingẽtes ac gra
uiſſimas occupationes tuas & illarum terrarum pericula
ego tamen gaudeo q in aduerſis & arduis rebus tua vir
tus elucet·nam qui ex agro piceno ueniunt tua cura dili-
gentia ſtudio & ſingulariſſimo ingenio ex grauiſſimo diſ
crimine ſeruatam prouintiam aiunt· In ſenatu apoſtolico
magnificis ſummi ſacerdotis uerbis tua dignatio commẽ
data eſt·ſenatus ipſe omnis ſe obnoxium probitati tue fa
tetur cum tua opera ciuitas eſculana ſaluata ſit·qua per-
dita non marchia ſolum ſed omne patrimonium beati Pe
tri ibat peſſum·perge igitur incumbe communi cure inten-
de neruos pro conſeruatione rerum eccleſiaſticarum ut fa
cis·hinc enim gloria|hinc ſempiternum decus|non tue ſo-
lum dignationi ſed uniuerſe Borgiorum familie redunda
bit·prothonotarius tuus alloquutus me eſt tuamq; illam
erga me caritatem mihi quidem notiſſimã conatus eſt am
plius atq; amplius inculcare·ſ3 ita mihi pſuaſus eſt amor
tuus ut pſuaderi magis non poſſit·ait ille cupere dignatio
nem tuã huc reuerti·utinam id detur & quã celerius·eteni
utiliſſimus eſſet reditus tuus·cõſolareris grandeuu3 illum
ſummũ pontificem patrem tuũ|qui aſſiduis curis intentus
nullum habet leuamen·Prenſentia autem tua in primis le
tificaret eũ·neq; enim ſine dulcedine quadã mentis & aĩe
ſuo ſanguini ſanguis heret exinde partem cura⁊ ſuſcipes

B.D.L.O.Z.

Nec oporteret illũ omnia ſoluȝ ſubire onera·curia quoqȝ
vniuerſa tuo aduentu exultaret·habens hominem ad queȝ
poſſet vrgente neceſſitate recurrere·nam modo multi fru-
ſtrantur non valentes aditum habere pontificis q̃uis au-
dientie die noctuqȝ ſua ſanctitas ſine intermiſſione intẽta ẽ
neſcio quid deliberabitur de reditu· ego quidem ſi quid in
eam rem potero non ero deſes ſcripſeraȝ uſqȝ huc cum tue
mihi littere reddite ſunt eloquio plene ſuauiſſimo·mirabar
prius non te ſcribere nunc vero demiror in tanta reruȝ mo
le qua premeris id ocii fuiſſe ut ad me dare litteras potue
ris·ſed nihil eſt amanti difficile omnia vincit amor· nullus
grauis labor eſt qui non leuiſſimus ei videatur qui ex amo
re operatur·Intelligo igitur non eſſe vanaȝ opinionem me
am qui me amari a te arbitror & mihi ipſi prorſus ſuadeo
ſed de hoc fortaſſe nimis inter ueros amantes·queris que
ſint apud nos nouitates eas reſcribam·dicam breuiter qd
audio·Iacobus Piccininus ad pontificeȝ miſit qui ſe pur
garent·in eſculanis inſidiis nihil a ſe prodiſſe· Pontifex re
ſpondit id magno regi Aragonum ſuadendum eſſe qui ei
us expromiſſor fuit·ſunt qui putant comitem Iacobum ue
lut indignabundum·nam ei ſtipendia denegata ſunt·aliqd
noui patraturum incendii·alii referunt eum ad maieſtateȝ
regiam profecturum·ſiue ut ſe expurget·ſiue ut alia exqui
rat in rem ſuam·vtrumqȝ ſit vigilandum eſt ne quid detri-
menti ager eccleſie patiatur·inter Comitem Euerſum &
Vrſinorum domum feruet diſcordia· concordia ſepius a
gitata in lucem non prodiit·nocte ante hãc diem tertia trã
ſiuerunt copie comitis euerſi per hanc vrbeȝ | deceptis por
tarum cuſtodibus·premiſerunt enim quatuor viros qui ſe
Germani tui illuſtris capitanei famulos dicerent ſumptis

ueſtibus que fidem facerent·ad morem eorum qui capita
neo ſeruiunt & hi intromiſſi captis cuſtodibus ianuas ape
ruere uenienti exercitui comitis euerſi· hee autẽ copie ꝓ
fecte ad opidum cui Monticello nomen eſt· illud cuȝ arce
feruntur occupauiſſe | non habemus rem compertam· ſepe
enim plura in hac vrbe dicunt que ab ipõ vero procul ſunt
& id quidem uitium eſt late patens apud omnes gentes·
de Turcis hec feruntur Deſpotus Raſcie ſenior mortem
obiit·filii eius ad turcos defecere·turci magnas parãt co
pias rurſus Hungariam inuaſuri· in hungaria non eſt pa
ratus exercitus nec auxilia expectantur ex Alamania que
cito illuc pergere poſſint·in Gallia & ſuper Rhodanuȝ tri
remes ſiunt· breuiqȝ armande credunt ut in turcos eant·
Rex portugalie in propoſito perſeuerat·neſcio tamẽ quid
facturus ſit·ubi uiderit paucos ſecum principes ituros·do
minus noſter pro ſuo more feruet deſiderio exterminandi
Mahumeticam ſuperſtitionem & que ab ea pendent ſum
ma cura proſequitur·de beneficiis ſum curioſus ut tibi &
mihi conſulam· ſed decipimur fallimur falſis rumoribus·
is qui apud Norimbergam obiiſſe ferebatur proximis die
bus hic fuit & mecum pranſus eſt·ſimiliter & Tullenſis
epiſcopus·qui apud nouam ciuitateȝ auſtrie defunctus vi
ta affirmabatur | ad ducem Borgundie incolumis rediit·
ero tamen attẽtus ſi quid vacet·ſed tua dignatio habet op
timum procuratorem dominum noſtrum ſanctiſſimum &
puto iam tibi aliqua monaſteria commendãda eſſe per ꝓ
motionem cuiuſdã prothonotarii de monteferrato ad quã
dam abbaciam ditiſſimam·ſpero etiam cum rege Arago
num ſi vera ſunt que feruntur concordia fiet dignatõni tue
ad modum utilis·nec plura modo· cõmendo me dignatõi

ue cui cupio cōplacere omni tempore. Ex Roma die pri-
ma Aprilis. Mccccluii.

Neas Cardinalis Senenſis. Iohanni cardi-
nali ſancti angeli. S.P.D. Quamuis nihil
modo ſcriptione dignum ſe offert. ne tamen ſi
ne meis litteris ad tenuncii ex hoc loco pertin
gant ſcribam pauca ex his que apud nos aguntur. ſummuſ
ſacerdos corpore & mente ita ualet ut ante complures an
nos. animus illi ad exterminationem Mahumetice ſecte
magnus eſt ⁊ ardens. nihil ab eo pretermittitur ex his que
ſuo ex arbitrio pendent. utinam principes eius deſiderio
ſatiſfacerent. ſed quid Germani Galli Hiſpani Hungari
Poloni faciant. tu melius quam ego nouiſti Italia ipſa pa
ce fruitur duobus tantum in locis bella fremunt apud Ge
nuam ligurum caput. & circa nos inter comitem Euerſuꝫ
& familiam Vrſinorum. queſita concordia nondum in-
uenta eſt. ſumma tamen pontificis ſapientia hanc rem op
timo ſedabit termino. comes Iacobus Piccininus his die
bus delatus eſt ad pontificem tanquam eſculum furto uo
luerit occupare. is ſeſe multis argumentis purgat. nonduꝫ
tamen pontifici fideꝫ fecit. timor eſt ne quies italica turbe
tur. nimis enim diu quieuimus & a noſtro more procul fu
imus. hec ex Italia. Cupio dignationi tue ita bene eſſe ut
cupis. ſcio duram eſſe prouinciam tuam neqꝫ aliud ab initō
putaui. nunq̄ꝫ meo iudicio res hungarica bene a turcis de
fendetur. niſi Rex & Imperator unum ſapiant. pereant q
diſcidii ſunt auctores. hec uolui ſcripſiſſe Vale optime ex
vrbe Roma kalendas Aprilis. Milleſimoquadringente
ſimoquinquageſimoſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis Nicolao liſcio
Volaterrano. S.P.D. Scripſimus ad te iaꝫ
pridem itidemqꝫ procopio Cancellario de re
Bohemica. ex in ſperauimus non nihil in eo ne
gotio fieri poſſe. nihil audimus miramur & ferimus mo-
leſto animo tot nos incaſſum ſubiiſſe labores. periſſeqꝫ ſa-
lutiferum & neceſſarium opus. fortaſſe ita deo placitum
eſt. de Pragenſi eccleſia multi ſermones habiti ſunt. amit
tenteqꝫ rotatu noſtro cauſa commiſſa fuit cardinali ſancti
Marci ut plebi Bohemice datarius pape preficeretur epi
ſcopus. eſt ille quidem uir bonus & doctus & quem dig-
num hoc honore putamus. nobis tamen non eſt uiſum ad
talem eccleſiam quemquam promoueri niſi conſulto rege
ideoqꝫ quoad ualuimꝰ differri promotiōem conati ſumus
tu hec procopio dicito & curato ut reſponſum habeamus
vellemus regia ſublimitas pro ipſo cancellario inſtaret. ar
bitramur enim non fruſtra conaretur. que nobis de comite
Cilie ſcripſiſti cognouimus & cōmunicamus non ſine tua
laude plurimis. optamus ſepe ad nos ſcribas & nihil ſub
ticeas. de turcis & de rebus aliis cognitione dignis. apud
nos timor belli futuri eſt. credimus tamen ſummi preſulis
ſapientia obuiam ibit. rogamus procopium regie maieſta
ti nos efficiat commendatos tu uero reuerendiſſimis do-
minis Strigonienſi Cardinali & Varadienſi Epiſcopo
commendabis. ex Vrbe kalendas Aprilis. Milleſimo-
quadringenteſimoquinquageſimoſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis Henrico ſenft-
leben. S.P.D. Credimus te ad Curiam Ce-
ſaris incolumem perueniſſe. idqꝫ cupimus

Rogamus igitur imperatorie maieſtati nos commendatos efficias. ceſar enim eſt quem in terris vnice colimus ⁊ illi pre ceteris qui uiuant obligati ſumus. loquere ſecuꝫ de rebus commiſſis diligentie tue maxime autem horteris ſuam excellentiam ad bellum contra turcos gerendum. excitandoſqꝫ Germanie populos quando ipſe primus eſt queꝫ chriſtiani reſpiciant. hic enim rumor eſt non ſine auctore certo magnas apparere copias Turchoruꝫ dominum ut rurſus hungariam inuadat. quod niſi Teutones preſidio fuerint actum de regno illo non dubitatur. hec agito cum reuerendo patre noſtro epiſcopo Gurcenſi & ſingulari amico prepoſito friſingenſi quos noſtro nomine iube bene valere. rem Varmienſem curabis pro tua prudentia expedire. neſcimus quomodo ad aures procuratoris delata eſt prutenorum. ille tamen non oſtendit ſe credere. mora periculoſa eſt. nos ſi difficultas eſſet in reſeruatione propterea quia in cardinalatu ſumus|offerimus apoſtolicas litteras obtinere. quibus reſeruatio auferatur quemadmodum & plures alie fecere cardinales in Almania & Gallia reliqua committimus prudentie & amicitie tue. vale optime ex Roma quarta Aprilis. Mcccclvii.

Neas Cardinalis Senẽſis Vlrico epiſcopo Gurcenſi. S. P. D. Que ſunt apud nos nouitates ſcribimus ceſari nõ reperimus que illis in litteris uidebis. precamur nos ceſareo culmini commendes. eiqꝫ contra Turcos expeditionem ſuadeas. ita enim expoſcit chriſtiane religionis neceſſitas. dilationem a creditoribus tui predeceſſoris obtinuit Henricus ſenftleben ſicut ab eo relatum tibi non ambigimus. Si qua amplius ſunt que cupias ex nobis tantum aderit uoluntas quantum ſinet poteſtas. ſcimus enim nos eſſe tibi obnoxios & cupimus aliquando partem debiti perſoluere. vale ex Roma quarta aprilis. Mcccclvii.

Neas Cardinalis Senenſis Vlrico Ridter S. P. D. Henricus Senftleben tuus ⁊ noſter apud te eſt & que ſunt apud nos ſcitu digna tibi expoſuit. non eſt cur fatigemus aures tuas. cum etiaꝫ poſt eius obitum nihil noui emerſerit ſcitu dignum. Rogamus ut exhorteris ceſaream maieſtatem ad bellum cõtra turcos. ita enim ſuus honor ⁊ reipublice chriſtiane ſalus expoſcit. Nam turci ut fama nõ uana eſt| proxima eſtate rurſus Hungariaꝫ ſunt inuaſuri. ſi qua ſunt que cupias ex nobis|ſcis nos eſſe tui amantes & cupere uoluntati tue morem gerere. velis nos magiſtro camere commẽdatos facere & Artongum noſtro nomine ſaluum dicere Ex Roma die quarta aprilis. Mcccclvii.

Neas Cardinalis Senenſis diuo Federico Imperatori. S. P. D. Que nũc ſcribam pauca ſunt. fama hic eſt deſpotum raſcie ſenioreꝫ obiiſſe mortem. filios eius ad turcos defeciſſe iamqꝫ chriſtianis inſidiari. ſi ita eſt non latet maieſtatẽ tuam. accipio illorum ſororem eſſe in caſtro Cilie que fuit uxor comitis. cauendum eſt ne mulier fraternam labem ſequatur. id puto ſublimitatem tuam non negligere quia tamen aliqui iuſſerunt hoc me ſcribere non fuit conſilium reticere. in partibus iſtis metus eſt futuri belli & multa eius rei ſigna ſunt deus melius conſolat. ciuitas ſenenſis diſcor

diis ciuilibus agitatur·Rex Aragonum ſuo more uena-
tionibus operam dat fuitqꝫ ut aiunt in periculo proximis
diebus ne per aprum interficeretur cum cecidiſſet in quo ſe
debat equus·Rex portuſgallie uenturus cum claſſe affir-
matur menſe proximo quod mihi non fit uerifimile cū nec
terreſtris per hungariam paretur exercitus· nec ex Italia
claſſis alia paranda putetur niſi apoſtolica·indigemus dei
auxilio ſi bene optamus noſtras res dirigi·commendo me
tue ſublimitati ad eius mandata promptiſſimum· Ex Ro
ma die quarta aprilis · Milleſimoquadringenteſimoquin
quageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Inder-
bachio·Sa·P·D·Ex fratre tuo credimus te
noſſe que hic aguntur·nos rem tue prepoſitu-
re abſoluimus apud dominuꝫ noſtrum de pre
bendā Ratiſpanenſi faciemus que poterimus· ſed durus
eſt aduerſarius tuus & fauorem habet Cardinalis Cꝫa-
morenſis quem noſti dominum eſſe immutabilem·nos ta-
men ut amicum decet tuas partes iuuabimus · nouitates
que apud nos ſunt ſcribimus ceſari·videbis litteras nr̃as
non eſt cur laborem ſumamus inanem· utinā annꝰ iſte pre
terito & quietior ſit & melior·mendaceſqꝫ uates & aſtro
logos faciat quoruꝫ iudicia raro aliquid boni preſagiunt
nos ea tempora optauerimus que aduerſa ſint prophetha-
rum & aſtrologorum iudiciis·cupimus amicos noſtros
Iacobum de Lodrono nobilem equitem & Iohannem ni
hilo aſtronimum preſtabilem noſtro nomine ſaluos dicas
Imperatrici autem auguſte nos humillime commendatoſ
facias·cui parere & uoluntarii & accincti ſumus quotiēs

nobis imperauerit quod in noſtra fuerit facultate·vale Ex
vrbe Roma die quinta aprilis·Mileſimoquadringenteſi
moquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni ſolerio
S·P·D·per grate fuerūt nobis littere tue qui
bus bonam ualitudinem tuam & animum tu
um erga nos eum eſſe qui prius fuit abunde
intelleximus·illud quoqꝫ nobis iocundiſſimum fuit ꝙ regi
am maieſtatem paruitatis noſtre memoriam tenere ⁊ nos
amare aſſeueras·nihil eſt enim quod magis cupiamus q̃ꝫ
inter eius ſeruitores connumerari·quandoquidem ipſe rex
unus eſt qui noſtrum exornat ſeculum·vnus enim inter p̃n
cipes doctus eſt & litterarum cultor· vnus liberaliſſimus·
vnus in armis peritiſſimus·vnus qui domi belliqꝫ magnus
euo noſtro uideri poſſit·vnus deniqꝫ qui religioni indefeſſe
ſeruiat·quod ſi animum ad perdendam turchorum perfi-
diam intenderit ut ſepe profeſſus eſt·non modo qui nunc ui
uunt regibus preferendus erit·ſed omnes procul dubio an
tecedet quos priſca ſecula inclitos commemorant uiros·
eſt igitur nobis dulciſſimum cum tanti regis ſeruitores &
ſumus & credimur·de re tua non minus cupidi ſumus quā
tu ipſe·immo uero tanto magis quanto tu per humilitateꝫ
tuas uirtutes extenuas·nos per ueritatem illas magnifica
mus·ſcimus enim que ſunt merita tua & que tibi debeant
premia & que poſſint tibi dignitates committi· quod ſi ali
quando ut ſperamus res tua in mediū adducetur audient
cardinales quale de te iudiciū faciamus·nullus tñ eſt qui
probitati ac doctrine tue nō ſit affectus·illud ſolum impedi
mento eſt ꝓmotioni tue ꝙ alia negocia nō cōponunt atqꝫ

ita fit ut utile per inutile uitietur·quod leges abhorrere ſo
lent· putamus tamen his rebus breui modum imponi &
honori tuo conſultum iri·ſuadendū eſt ſublimitati Regie
ut in promotionibus eccleſiarum ea media amplectatꝰ que
tollerari poſſint·valde autem conducit chriſtiane reipubli-
ce hos duos principes eſſe caritate coniunctos & qui diſci
dium querunt neutrū amant·Audiuimus libenter que ſcri
bis de uoluntate regia erga Senenſes· Alterum uero qđ
ſubnectis ut Senenſes ipſi cauti ſint neqꝫ ſe ipſos implicēt
malis quibus cum uelint explicari nequeant·Salubre con
ſilium eſt·ſed nos multum illi rei publice timemus·Tum &
ciuilis diſcordia populum exagitat· tum q̄ preſidia que-
rūt qualia forſitan fugienda eſſent·ſed ipſi uiderint nos pa
trie & ſi bene uolumus illi tamen conſulere non poſſumus
quibus non creditur·Cardinalis ſancti angeli ſcribit turcū
proxima eſtate in Hungariam maiori conatu quam pri-
us uenerit rediturum·non eſſe Hungaros ad reſiſtendum
potentes·niſi externa habeant auxilia·petit claſſē apoſto
licam augeri & infeſtare maritimas turcorum oras· no-
ſtro iudicio regis opus hoc magis quam pape fuerit· nec
plura modo rogamus ſublimitati regie iterum atqꝫ iterū
nos commendes & dominum de Monteſia ſingularem
amicum noſtris uerbis ſaluere iubeas· Vale Ex Roma
die quinta Aprilis·Milleſimoquadringenteſimoqnqua-
geſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Alfonſo Ara-
gonum & Sicilie Regi·S·P·D·Hac ipſa
die Rex indite ac potentiſſime allate ſunt litte
re ex Hungaria que ſummum pontificem om

nemqꝫ curiam conturbarunt·referunt enim Mahumetem
turcorum dominum cum Soldano egipti cū caramanno
Cilicie cum Tartharo Scythie icto federe coactis ingen
tibus copiis rurſus in Hungariam properare·Albam ali
am quod alii belgradum uocant·ſummis uiribus obſeſſu-
rum·Iamqꝫ iter accepiſſe·nec dubium eſſe quin diebus qn-
decim cum toto exercitu ante oppidum ſeſe collocet·ferūt
quoqꝫ iuraſſe eum etiam ſi Aſie maiorem partem amiſſā
audierit non ſe retro abiturum·Hec albenſes legato apo-
ſtolico ſcribunt pleni metu·quippe quibus ſpes ſola de celo
eſt·neqꝫ enim tam ſecuri homines dei quam humanum ex
pectant auxilium incredulum eſt mortale genus·neqꝫ illud
pendet quod ſcriptū eſt in ſacris eloquiis·Maledictus ho
mo qui confidit in homine·Sed miſerendum illis eſt ſi ſe-
mel diuinitus liberari rurſus pietatem diuinam temptare
uerentur· percuſſit de celo deus hoc anno turcos neqꝫ enī
humana uictoria fuit que apud albam parta eſt·voluit ex-
periri deus quidnam reges agerent ceteriqꝫ chriſtiani po
puli rectores profligauit hoſtes·occidit qui ferociores ui
debantur·abſtulit innumerabiles machinas· ſpacium de-
dit quo ſi uellent chriſtiani populi ſeſe accingerent·reditu-
roqꝫ turco armati occurrerent·ſed quanto magis indulget
deus tanto negligentiores ſumus abutentes ocio ecce re-
dit hoſtis & nemo eſt qui laboranti Hungarie opem fe-
rat·vereor uereor ne Hungaria peſſum eat & nobile illud
regnum hoſtilis gladius euertat·quod ſi tulerit cadit mu
rus noſtre religionis & itinere plano per carnos & forum
Iulii in italiam turcorum turme decurrent·ad hec accedit
filiorum olim gubernatoris hungarie captura qui per re-
gem in arce Budenſi deprehenſi cuſtodiuntur· Cumqꝫ his

non parui nominis prelatus interceptus eſt Iohannes va-
radienſis epiſcopus·feruntqꝫ & aliis pleriſqꝫ nobilibus in
dira uincula·incōperta eſt adhuc cauſa ſed uero ſimile eſt
neceꝫ comitis Cilie hoc peperiſſe·infelices chriſtiani quos
tanta cecitas exagitat ut nec prementibus hoſtibus|dome
ſtica deponant odia·ſurgat igitur tua ſerenitas ⁊ quod po
teſt huic periculo remediuꝫ adhibeat·ceteri principes in tu
am ſublimitatem cuncti fere contorquent oculos·eam ip̄aꝫ
quicquid egerit ſequuturi·neqꝫ enim rex eſt in orbe chriſtia
no apud quem plus auctoritatis quam apud te ſit qui reg
norum potentia|rei militaris peritia experientia multarum
rerum & incredibili ſapientia ceteros Europe principes
antecellis·Hec pro mea in tuam manſuetudinem fide dic
ta ſunt·Datum Rome die ſeptima Aprilis·Milleſimo-
quadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohāni Solerio
S·P·D·Scribimus aliqua de turcis ſublimi
tati regie·ea cupimus ſibi offeras legaſqꝫ·ni
ſi enim ipſe laborāti chriſtiane religioni opeꝫ
ferat id imminet diſcrimen ex quo uix alius liberare nos
poſſit·nūc opus eſt arte ingenio & uiribus uti nec apud eū
niſi inueniamus ubi perquirenda ſint ignoramus Uale ex
Roma die ſeptima Aprilis·Milleſimoquadringenteſi-
moquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Seneñ·Nicolao Liſcio
Volaterrano·S·P·D·Audiuimus uario re
latu inclitum Hungarie regem viennam redi
iſſe & nobis placet pro quiete ipſius regis ut ſit extra tur-
binem Hungarie·dolemus tamen regnum illud niter ſe di
uiſum eſſe ueremurqꝫ ne chriſtiane diſſenſiones turcis ape
riant ianuas·deus meliora ꝓmittat·nos in italia magnis
etiam affligamur malis Rex Aragonum cum genuenſi
bus bello implicitus eſt·magnā Romani agri partem vr-
ſini & comes euerſus uaſtant·Senenſe diſcidiuꝫ indies au
getur nouiqꝫ indies ciues aut plectunt̄ aut in exilium agun
tur nec uidemus quo pacto quieſcere poſſint·aiunt cancel-
larium ad nos ex bohemia rediſſe·dicito illi multas noſtro
nomine ſalutes·commendamus tibi laurentium rouarel-
lam nuntium apoſtolicum qui has tibi reſtituet·non fuit in
auſtria prius commonito eum atqꝫ inſtruito in agendis ſi
non eſt dimiſſus epiſcopus Varadienſis hic pro eo uerbū
faciet & litteras affert quarum nos promotores fuimus
pro ueteri amicitia·& quia innocentem eum eſſe confidi-
mus Vale ex vrbe die tertia iulii·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Nihili
S·P·D·Que ſcripſiſti de curia noſtri ceſari
iam pridem noueramus ſuit res nobis permo
leſta agimus deo gratias qui perſonam Im
peratoris cuſtodiuit·credimus imperatricem animo cōtur
batam eſſe·eiuſqꝫ compatimur adoleſcentie que ad calami
tates in Germaniaꝫ uenit perferendas putamus tamen eā
ipſam ſibi cōſulere ⁊ cōſolatōes querere cōflictatiōes hun
garie didicim⁹·omnia ſunt ad turcoꝝ potentiaꝫ agendam
ferenda ſunt que deo uolente fiunt·ille ex malo bonū elicit
ſi dabit̄ aliqñ facultas cogitabimus de te non aliter quaꝫ
de nr̄o fideli & ſingulari amico Laurentium rouarellam
qui cum preſentium ad te ueniet nuntium apoſtolicum tibi

cōmendamus ut aſſiſtas ei ⁊ conſulas ſi quas ex te q̄ſierit
Tu quoq; ſi aliquod monaſterium uel propoſituram bo-
nam uacare perceperis fac nos q̄ primū certos·potes per
venetias mittere litteras·illinc enim frequentes ad nos cur
runt tabellarii·mercatorum querenda ſuffragia ſunt·vale
Ex Roma die tertia·iulii·Mccccluii·

Neas Cardinalis Senenſis·procopio raben
ſteyno·S·P·D·Ex viēna tuas accepimus lit
teras cum Bohemiam peteres·neſcimus an
redieris·audiuimus inſignem fratrem tuum
& amicum noſtrum ſingularem iohannem equitem extre-
mo die functum·credimus te turbido & amarulento eſſe a
nimo·nam & nos tali ſocio priuari nō dolore uehementer
non poſſumus·ſed quid agamus trita eſt hec uia aut non
naſci oportet aut natum mori·nobis parentes periere fra-
tres neceſſarii ſorores amici pauci admodum ſunt·cū qui
bus iam uiuere delectet·nam etate graues parare nouos a
micos neſcimus & ueteres paucis demptis mors abſtulit
nec modo aliud expectamus niſi aut eripi nobis eos quos
amamus|reliquos aut nos auferri ab illis·at quādocunq;
dies illa uenerit|non erimus inuiti ut olim quibus ad ma-
iorem amicorum cumulum erit eundum·credimus te iſta
etiā meditari nec egere conſolatione ideo preterimus hec
accipimus turbulentas eſſe res germanie neq; Imperato-
ri bene eſſe cum rege Hungarie·dolemus nam res peſſi-
ma eſt & noxia non modo Auſtrie·ſed uniuerſe reipubli-
ce Chriſtiane·deus meliora permittat·Cupimus de rebus
Bohemicis fieri certiores ſi quid ſperandum ſit·Lauren-
tium Rouarellam qui has ad te deferet

cupimus tibi commendatum eſſe·frater eſt Archiepiſcopi
Rauennatis tibi amiciſſimi conſilium tuum optabit in re-
bus agendis ne deſit ſibi rogamus prudentia tua· Vale
& Nicolaum noſtrum pro tua conſuetudine commenda-
tum habe·Ex Roma die tertia iulii·Mccclvii·

Neas Cardinalis Senēſis Iohanni Inder-
bachio·S·P·D·Ex Hiſtria litterē ad nos tue
venerunt·iam prius in fauſta ceſaris nouitas
peruenerat·ita ſe humane res habent nunc ia
cemus nunc in alto ſumus·deo laus qui ceſarem ex maxi-
mo omnium periculo liberauit·dolemus uicem Gurcenſis
epiſcopi noſtri amici optimi·commiſereſcimus & vngno-
dio cui non dubitamus admodum nocere diuitias·facta
ſunt hic que fieri potuere·executoriales miſſe littere ⁊ mo
do nuntius apoſtolic⁹ eo pergit ſacre theologie profeſſor
Laurentius Rouorella quem tibi commendamus ſi eum
uideris·Ambroſio noſtro diximus que iuſſiſti expectabit
ad aliquantulum & ſi moleſte fert tam diu ſe ſuſpenſum te
neri·de de prepoſito Berteſchaden expectabimus quid a-
gas·cupimus ſi quid monaſteriorum uacare contigerit id
nobis ſignifices ut tandem aliquid conſequi poſſimus quo
lenior fiat noſtra paupertas·in cauſa prebende tue uexa-
mur maxime ob dominum Czamotenſem qui tuum aduer
ſarium tuetur·iuuamus tamen te quoad poſſumus·vale et
Senatui Tregeſtino Epiſcopoq; ac prepoſito Piſini no
ſtro nomine ſalutes dicito·Ex vrbe die quarta iulii·Mil-
leſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Cardi
nali ſancti angeli·S·P·D·Scripſi nuper reue
rendiſſime pater & domine mi colendiſſime nō
paucas litteras dignatōni tue·neſcio an ad te
potuerint penetrare·cū audieriꝫ te dimiſſa Hungaria Boſ
nam petiuiſſe· nunc pauca ſubiiciam & caſui mea ſcripta
cōmittam· nam que littere tot montes tot flumina tot bar
baras nationes niſi caſus inopinatus pertranſire iubeat?
ſcripſiſti mihi de Pragenſi eccleſia tuo more pauciſſima
verba ſed preter conſuetudinem mordentia dicis enim nos
hic omnia bene expedituros nec dubium eſt quin ſermo tu
us ironicus fuerit· non dicam amplius & ſi opinor quor-
ſum ea verba tendant me non ignorare· ego pro mei ani-
mi libertate ſemper aperte cum dignatione tua ſum loqu
tus & ita faciam ſi quando redieris· quod deus breuiſſi-
me concedat cum ſoſpitate & honore· tunc ſi quid erit qđ
mihi uelit tua paternitas ſubiicere|audiam pacienter ⁊ uel
obiecta purgabo uel petaꝫ ueniam·niſi quod pleriqꝫ agūt
alta mente archanum tuum includere uolueris & de hoc
ſatis audiui ut dictum eſt de tuo tranſitu credo fuiſſe urgē
tem cauſam·ſed doleo armis plenam eſſe hungariam qui
bus non in turcos ſed in ſeſe barones eius terre depūgnēt
illud quoqꝫ moleſtiſſimuꝫ eſt ꝙ Imperatorem inter & hū
garie regem uetuſte contentiones reuireſcunt·mallem tua
ſtudia huic morbo mederi & que ſunt in uiſceribus noſtriſ
auferre mala conari potius quam que cutem attingunt ſed
cuncta optime nouit prudentia tua cuius iudiciuꝫ nunquā
meo poſtpoſuerim·venio ad res Italicas·dominus noſter
bene ualet ad cruciatam totis intentus animis apud eſcu-
lam latrones cum Loſia & Octauiano arcem quandam
muntiſſimam eccleſie occupauere·legatus adductis eo co
piis omnes in deditōnem accepit·Vrſini cū comite Euer
ſo contendunt & Columnenſes qui hactenus quieuere no-
uiſſime ſe bello immiſcuerunt·Rex Aragonum cum Ge-
nuenſibus bellum gerit de pace nullum verbum·Dux Me
diolani quieſcit & Veneti ꝗ̄uis nuper nōnulli ciues in ex
ilium acti ſint & aliqui manus amiſerint· Senenſes inteſti
no morbo laborant·Piccininus regis homo eſt nec puta-
tur hoc anno arma ſumpturus· ex regno audimus aliqua
que non placent·neſcio an erunt uera·papa nuper me roga
uit cur non impedires reſpondi ut ſoleo libere· ſuam ſancti
tatem cum eſſet in Hiſpania Italia negocia curare nō po
tuiſſe tuam reuerendiſſimam paternitatem in Boſna ualde
a Rheno diſtare·camerarius legatus orientis duos pape
nepotes in uincula coniecit qui Cyprum populati fuerant·
que ſcribam alia non habeo·Ex Vrbe Roma die quarta
iulii·Mcccclvii·
Neas Cardinalis Senenſis Henrico Senfte
leben·S·P·D· Dominus noſter ſanctiſſimus
mittit Laurentiū Rouarellam qui has litte-
ras ſecum affert ad ſereniſſimū Hungarie re
gem non fuit homo alias in Auſtria neceſſaria erit ei in-
ſtructio & directio tua· commendamus eum tibi · bonus
uir eſt & doctus theologus· cura eius erit ut captiui Im-
peratoris dimittantur· Varadienſis relaxetur & pax ſi fi
eri poteſt | illas demum partes inſpiciat · ab eo intelliges
Italicarum rerum & huius Vrbis ſtatum plus mali quā
boni audies·neqꝫ enim quieſcere Italia conſueuit Voſqꝫ
Germani didiciſtis mores noſtros & non modo uicinos
ſꝫ frēs atqꝫ ipſos parentes bello ꝑmit is nihil eſt uſquā tutū

damnoſiſſimum eſt ꝙ auſtrie inclita domus ni ſe ipſa diſci-
dium baber·deus illos principes meliori aliquando reſpi-
ciat oculo & quos fecit maximos faciat amiciſſimos·In
cauſa Varmienſi expectamus quid ſequatur quia ibi mul
tum ſpei collocamus·alioquin ad mendicitatem redacti ſu
mus·ſi quid in partibus illis uacat quod obtineri poſſe cō
ſidas|uelis nobis ſignificarē·gratias agito regie maieſta
ti pro litteris miſſis pape ad regratiandum de noſtra pro-
motōne·bene vale Ex Roma die quarta iulii·Milleſimo
quadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Illuſtri principi
Ludouico duci Bauarie·S·P·D·Reddite
ſunt nobis litterē tue bumanitate & beniuolen
tia plene quibus rogas ut illuſtri principi Ru
perto nepoti tuo ad conſequendam eccleſiam Ratiſpanē
ſem noſtros fauores impartiamur·reducíſqꝫ nobis ad me
moriam clare memorie genitoris tui erga nos caritatem
& tuam illam quam ſimul babuimus in noua ciuitate con
ſuetudinem·vidimus libenti animo epiſtolam tuam & mi
rati ſumus ſubſcriptionem proprie manus·ſcribis enim op
time quod eſt in tanto principe valde laudabile·recorda-
mur quotiens in curia ceſaris ſuaues babuimus ſermones
inſimul & cum de lapide inuiſibilitatis inquiſitionem fa-
ceres·tenemus memoria in ditione tua poſſediſſe nos ec-
cleſiam Hiſpacenſem & fuiſſe a genitore benigne tuo tra
ctatos·ſcimus qꝫ nobiliſſima eſt inclita domus Bauarie &
quantum illi apoſtolica ſedes tenetur·intelliges uti confi-
dimus nos nō eſſe ingratos·de nepote tuo ſunt egregia te
ſtimonia quia tn̄ commiſſarii ſumus in cauſa bui⁹ eccleſie



Ratiſponenſis·non poſſumus aliud dicere niſi ꝙ inuenies
nos ueram relationem feciſſe & ſemper paratos eſſe nunc
& in futurum ut tue uoluntati morem geramus· Datuꝫ in
vrbe Roma die quinta Iulii·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Prepoſito Spi-
renſi·S·P·D· Accepimus litteras tuas qui
bus rogas ut ius noſtrum in prebenda eccle-
ſie maioris Vormacienſis in nepotem tuum
transferre uelimus·cōplacuiſſemus certe tibi cui libenti ani
mo tanqꝫ ſingulari amico ⁊ bomini uirtuoſo gerimus mo
rem niſi preuenti fuiſſemus·& iam ſpem alteri de iure illo
dediſſemus·ſcripſerunt enim nobis decanus & cantor vor
macieñ·qui negocia prepoſiture noſtre gerunt de uacatio
ne prebende buiuſmodi·multumqꝫ ſuaſerunt ut ius noſtruꝫ
illi dimitteremus qui per capitulum ad poſſeſſionem qꝫuis
de facto erat admiſſus cui iam prepoſituram noſtram arē
dauerant·deinde ſuperuenerunt etiam littere illuſtris prin-
cipis comitis palatini pro eodem dictam prebendam petē
tes quibus inducti animum inclinauimus ad complacendū
ꝑfato poſſeſſori ſiue ut rectius dicam⁹ intruſo·Naꝫ qꝫuis
ſpreti fuerimus a capitulo quia tamen natura litigioſi non
ſumus|decreuimus bonum pro malo rependere·rogamus
autem te ut equo animo feras ſi bac uice precibus tuis nō
annuimus·cum ſicut prediximus aliorum ſcripta preuene
rint·deinceps ſi quid occurrerit quod tui cauſa facere poſ
ſimus non erimus requiſitioni tue quoquo modo aduerſi·
ſed quantum uires noſtre tulerint & tibi & amicis tuis co
nabimur rem gratam facere·Datum Rome die viceſima
ſecunda Iulii·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Decano Vor-
matienſi. S. P. D Cognouimus que ſcripſiſti
de prebēda que nuper uacauit in eccleſia vor
matienſi. ſuades ne nos de illa intromittam⁹
& ius noſtrum poſſeſſori tradamus cum neqꝫ utile nobis
ſit dictam prebendam obtinere ſecundum ſtatuta eccleſie.
neqꝫ diſpenſari aduerſus ea conſuetum ſit multum tribui-
mus conſilio tuo & crede quia non eſt mens noſtra graua
re eccleſiam illam nec litigioſi ſumus ut uelimus ſupra mo
dum contendere. nos ſi eam prebendam obtinuiſſemus nō
propterea uiolare ſtatuta ueſtra uoluiſſemus aut aliquod
nobis afferre grauamen. ſed iuxta conſilium tuum feciſſe-
mus & confidimus ꝙ non fuiſſet capitulȝ ueſtrum de no
bis male contentum verum utcunqꝫ res ſe habet q̃uis con
ſiliarius palatini nullum ius habeat in predicta prebenda
nobis ſpretis in ea ſe intruſerit tamen quia uir nobilis eſt ⁊
illuſtris palatinus pro eo ſcribit tuqꝫ plurimum id ſuades
& Iohannes tolner etiam hortatur. erimus contenti tranſ
ferre ius noſtrum in predictum conſiliarium ſi cum eius ꝓ
curatore qui hic eſt conuenerimus & deniqꝫ confide quo-
niam eccleſiam ueſtraȝ iuuare atqꝫ extollere non deprime
re aut quoquomodo ledere intendimus. uerum quia capi-
tulum eccleſie ſancti Andree animo deliberato nobis ſpre
tis & litteris noſtris contemptis ad poſſeſſionem prebende
per nos acceptate alium intruſit. intendimus experiri de iu
re quis ſit potior. itaqꝫ rogo ne mireris ſi litem pro parua
re ingredimur quia contemptum potius q̃ꝫ prebendam ani
mo metimur quam etiam ſi obtinuerimus alteri eiuſdem
nationis reſignabimus poſtremo ſcribit nobis Iohannes
tolner querimonias factas eſſe apud aliquos Germanie

prelatos de reſeruationibus cardinalium quas habent in
partibus illis neſcimus an propter nos & gratiam noſtrā
is rumor fiat. nos quidem ſupra viginti quatuor annos in
Alamania ſeruiuimus & ſemper honorem illius nationiſ
pro uirili noſtra, promouimus & nunc ad Cardinalatum
q̃ꝫuis inſufficientes uocati id conamur id ſtudemus id to-
ta mēte querimus quod illi nationi utile decorumqꝫ eſſe pu
tamus cum nonnullis aliquando uehementer contenden-
tes ita ut in ſacro collegio nos magis Germanum quam
Italum eſſe dicant. Quibus ex rebus non ſumus arbitrati
Germanice nationi futurum odioſum ſi beneficia in ea pro
duobus milibus ducatorum in annuis redditibus obtine-
remus & quamuis in bulla reſeruationis noſtre fiat men-
tio de monaſteriis nunquam tamen intentio noſtra fuit ad
ea monaſteria litteras trahi que per compactata reſerua-
ri non poſſent. & ita Sanctiſſimo domino noſtro diximus
adicientes quod pro nullo monaſterio unq̃ꝫ litigaturi eſſe-
mus. Sed ſolum id reciperemus quod cū bona gratia prin
cipum in quoruȝ territorio eſſet habere poſſemus. Itaqꝫ nō
exiſtimamus aliquos prelatos occaſionem habere ut de
nobis conqueri poſſent. Quapropter rogamus te qui ſo-
les cum pluribus conuerſari ut mentem noſtram omnibus
declares & preſertim Archiepiſcopo Maguntino apud
quem non dubitamus nos haberi commendatos cum &
nos ſui ſtatus ⁊ honoris quantum uires noſtre ferunt ſem
per defenſores ſumus Datum Rome die viceſima ſecun-
da Iulii. Milleſimoquadringenteſimoquinquageſimoſep
timo.

Neas Cardinalis Senenſis Balie Senenſi·
S·P·D·Que ornamento ſplēdori glorieq;
iſti ciuitati ueſtre patrie noſtre eſſe poſſent nā
quā tedio nobis eſſet aut querere aut ſi in po-
teſtate noſtra eſſent exbibere·ea propter cum nuper nobis
ſcripſiſſetis ut pro ſtudio legum aliarumq; facultatum in
vrbe ueſtra reformando ſanctiſſimo domino noſtro uerba
faceremus·utq; clerus ueſtre ditionis ad eam rem certam
pecunie quantitatem conferret impetrare conaremur· fui
mus e ueſtigio cum eodez ſanctiſſimo domino noſtro·ora
tore ueſtro ſpectato uiro Leonardo ad id accerſito· pero
rauimus cauſam ut arbitrati ſumus oportere ſed non exo-
rauimus· quomodo autem pietas domini noſtri ad eam
rem reſponderit non ambigimus Leonardum prefatum
collegio noſtro ſignificaſſe· Itaq; non eſt cur plura circa
hec dicamus·illud adiicimus ꝙ noſſe magnificentias ue-
ſtras non inutile arbitramus hodie littere ex neapoli ad-
uenerunt quibus certior fama fit comitem Iacobum pic-
cininum ab inclito Rege Aragonum pecunias non pau-
cas accepiſſe quibus copias ſuas inſtruere poſſit ac regni
metas exire·ferunt eum aduerſum ſigiſmundum Malate
ſtam arma moturū inſtante vrbinate comite ſed nulle ſunt
hominum inſidie·nec ſagitta ſemper eo tendit quo directa
uidetur·ſapiunt magnificentie ueſtre & quod ex uſu fuerit
cogitābunt·nos pro debito noſtro hec reipub· ueſtre ſigni
ficanda putauimus cuius tranquillam quietem indefinen
ter optamus· Datum Rome die viceſimaſecunda Iulii·
Milleſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis·Balie·Senenſi·
S·P·D·Accepimus litteras ueſtras quibus
cognouimus que de comite Iacobo Piccini-
no & eius tranſitu ſuſpicamini· Fuimus ſepe
cum ſpectabili oratore ueſtro de eadem re loquuti & eadē
uidebantur nobis formidanda que uobis ſi homo ille reg
num exiret·nunc ſcriptis ueſtris commoniti ſtatuimus de
re illa certiorem pontificem facere· ſed cum podagra nos
impediret ne preſentiam domini noſtri accedere poſſemus
ſcripſimus que nobis uidebantur apoſtolice maieſtati &
rogauimus ut oratori ueſtro audientiam preberet qui lati
us loqueretur·placuit id clementie ſue oratoremq; ueſtruz
mox poſt ſcedulam noſtram audiuit & ita ſemper omnib⁹
reſpondit quemadmodum de patre optimo & diligentiſſi
mo conſeruatore ueſtre libertatis ſperandum erat· ſcribet
omnia ſerio ſuus ſenatui ueſtro Leonardus orator· Itaq;
non eſt cur nos ea repetamus·ſumus & erimus ſolliciti in
iis que ueſtre rei publice tranquillitatem reſpiciunt·poſtre
mo quia Franciſcum patricium in uinculis coniectum ac-
cepimus uirum fama clarum & qui ornmentuz ciuitatis ue
ſtre non paruuz hactenus fuit·rogamus in eius iudicio be
nefacta cum malefactis penſare uelitis & hominem in ui
ta relinquere qui ſuis ſcriptis ueſtram vrbem illuſtrauit &
in futurum ſplendorem ei maximum adiicere poteſt· quod
ſi feceritis omnes collegium noſtrum commendabunt in
quo plus beneficii q̄ iniurie recordatio ualuerit· Datum
Rome die·viceſimaquarta Iulii· Milleſimoquadringen
teſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Epiſcopo triden
tino·Salu·P·D· Redeuntem in Almaniam

Nicolaum creuul capellanum noſtrum & cōpatriotā tuū
cum tridento tranſiturus ſit noluimus ſine noſtris ad te lit
teras dimittere quibus intelligas nos ueteris amicitie &
quomodo ſimul ad ſacros ordines promoti fuimus memo
res eſſe cupidoſqꝫ magnopere aliqñ aliquid agere quod ti
bi gratum exiſtat·reliqua de noſtra erga dignitatem tuaȝ
uoluntate & de ſtatu romane curie·idem nicolaus plenius
referet cui uelis tanquā nobis plenam credentie fidem pre
bere·inſuper quia nepos noſter franciſcus gratiam expec
tatiuam habet in eccleſia tua rogamus ut in euentu uaca
tionis alicuius prebende auxilio ſibi eſſe uelis ad obtinen
dam poſſeſſionem quemadmodum de tua erga nos beniuo
lentia & amicitia ueteri plene confidimus· Datuȝ Rome
calen·auguſti·Mccccluii·

Neas Cardinalis Senen· Nicolao cardina
li ſancti petri·S·P·D·Reuertit ad ptes ger
manie capellanus meus nicolaus creuul queȝ
in agendis ſuis dignationi tue quantuȝ ualeo
commendatū efficio·diu nihil noui de tua dignitate accepi
puto eam bene ualere quando incontrarium nihil accipio·
de prelatis germanie & dictis eoꝝ multa hic dicuntur nō
bona·tuam dignationem nihil latere opinor niſi tua circū
ſpectio illis obuiet rebus neſcio quis alius occurrere poſſit
ego tamen te in hac curia preſentē potius eſſe uellem quaȝ
uis parum eſt ꝙ cardinales rei publice cōſulere poſſint ſed
iuuaret me ſepe in preſentia tua eſſe & pro ueteri more dul
ces miſcere ſermones·fortaſſe aliquando non tederet dig
nationem tuam in curia moram traxiſſe·quis ſit ſtatus ha
rum partium non dubito per familiares tuos dignatiōi tue
ſcriptum eſſe referam tamen paucis quomō ſe res habeat



Dominus noſter imprimis bene ualet·roma quoqꝫ preter
ſolitum hucuſqꝫ ſana eſſe uidetur·obiit Cardinalis Nea
politanus in curia potius medicorum quam aeris grauita
te·Vrſini & comes Euerſus adhuc inter ſe armis conten
dunt que res facit ut annus uberrimus ſterilis uidebatur·
huc accedit indignatio quam pontifex contra Vrſinos ac
cepit·tractatur concordia neſcio quam facilem habebit exi
tum Comes Iacobus piccininus qui hactenus in regno fu
it nunc ſuſcepta a rege Aragonum magna pecunia extra
ius regnum dicitur & contra ſigiſmundū malateſtaȝ queȝ
rex odit arma moturus·quo cum profecturus eſt Comes
Vrbinas alii arbitrantur hec fingi contra Malateſtas ut
improuiſi ſenenſes inueniantur quicquid egerit piccininus
ſi regnum exierit arbitrantur omnes totam italiam rurſus
in arma ruituram·Atqꝫ hoc modo geretur bellum contra
turcos nec melius in Germania res ſe habent quando Im
perator ⁊ rex Hungarie ſicut noſti inter ſe ſe acerrima cō
tentione depugnant·deus eccleſie ſue melius conſulat·cō
mendo me dignationi tue ad eius mandata omni tempore
paratum·Ex Roma kalen·Auguſti· Milleſimoquadrin
genteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senēſis Archiepō Salcȝ
burgen·S·P·D·Nicolaus creuul capellanus
noſter dilectus uenturus eſt ad dignitatē tuā
quam rogamus in ſuis agendis commenda
tū habere uelis ab eo intelliges Romane curie ſtatum &
quomō res italie ſeſe hēant·itaqꝫ non eſt opus de his aliqd
ſcribamus·nō ſumꝰ imemores beneficioꝝ que a dignatōe
tua percepimus dum in germania eſſemus ⁊ quomodo in

Salczburga ſepius a tua dignatione gratanter accepti & honorati fuimus·ob quam rem erit nobis ſemper cura ut tibi & ecclesie tue pro noſtra poſſibilitate uicem rependa-mus·inſuper quia duo ſunt in tua curia nobis a longo rem pore dilecti Iohannes lanuterbachius & Iohannes tro-ſter uiri boni & fideliſſimi eos dignationi tue quoad poſſu mus efficimus commendatos·reputaturi nobis impenſum quicquid in eorum perſonis boni per te collatum fuerit·da tum Rome kalen·auguſti· Milleſimoquadringenteſimo quinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Tro-ſter·S·P·D·Feciſti probe ꝙ nobis ex Hun-garia Viennaqꝫ ſingula ſcripſiſti que tum ge rebantur audiuimus inuiti illarum partium tri bulationes·uelit deus ut tandem principes inclite domus Auſtrie interſe reconcilientur·illud autez libenter intelleximus quod de epiſcopo Varadienſi uiro optimo ſignifica ſti cuius innocentia libertatem conſecuta eſt·nihil profec-to hoc tempore nobis iocundius ſignificari poterat·tu de nobis ſibi omnia uera dixiſti·nam cum audiuimus captu-ram eius uehementer probatiſſimi patris infortunio com-moti fuimus ſcripſimuſqꝫ mox regie maieſtati que nobis de patre ſincero & optime merito teſtificanda uidebantur rogauimus etiam pontificem maximum ut litteras ad re-gem daret quibus relaxationem epiſcopi peteret·eaſqꝫ biſ obtinuimus·primas per caſualem quendam tabellariũ mi ſimus·ſecundas uero per Laurentium rouarellam deſti-nauimus·qui nuncius apoſtolicus ad regem profectus eſt que q̄uis tarde hinc uenerint teſtimoniuz tamen prebebũt

noſtre in epiſcopum caritatis·poſtremo que ſuades feci-mus·congratulatorias enim epiſtolas eidem epiſcopo & miſimus & mittemus·itaqꝫ non eſt cur uerearis officium noſtrum requiri poſſe de rebus curie noſtre ſuperſedimus ſcribere cum nicolaus noſter creuul te conuenturus ſit·ex quo cuncta uel minima que in italia geruntur abunde cog noſces·reliquũ eſt ut bene ualere ſtudeas archiepiſcopoqꝫ fideliter ſeruias apud quem tua obſequia nõ erunt ſine pre mio·nos autẽ ſemper tui memores erimus·Vale & ſi Ia cobus Lerronus iſtic eſt mille ei ſalutes noſtro nomine di cito·Ex Vrbe Roma kalen·auguſti·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Lanu terbachio·S·P·D· Ex nicolao noſtro creuul tibi amiciſſimo cognoſces que apud nos gerũ tur & quo nos in te animo ſumus· nam quem admodum te iampridem dileximus ita & nunc amamus cupimuſqꝫ tibi bene eſſe & ſi quando aliquid pro te facere poſſemus non eſſet in nobis mora·confidimus tibi bene fu turuz apud Archiepiſcopuz Salczburgeñ·qui pro ſua ſin gulari uirtute ſeruiciis tuis debita premia non negabit·va le igitur & nos eidem Archiepiſcopo ita offeras ut intel-ligat nos ſibi complacendi cupidos eſſe·Datũ Rome ka len·auguſti·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis domino de Ro ſis·S·P·D· Magno merore affecerunt nos littere amicorum quibus clariſſimum & ſpec tatiſſimum filium tuum henricum diem clauſiſſe extremuz cognouimus·doluimus certe illum in flore ſue iuuentutis

ſue ex hac luce migraſſe cū multa & pro domo tua ⁊ ꝓ in
clito regno Bohemie facere poterat · cum uero illud mole-
ſtiſſimum fuit ꝙ ſenectuti tue & baculum & ſolamen erep
tum eſſe uidebamus ſed cum cogitamus animi tui ſapien-
tiam non dubitamus quin conſolationem ipſe rerum mor-
talium uſus tibi prebeat frequenter accidunt hec · ſepe filii
patres in morte precedunt · raro eſt ſenex qui plures ex ſuis
filiis non premiſerit · toleranda ſunt hec nec dolore conſiliū
eſt ubi dolor nihil affert preſidii · Acquieſcendum eſt diui
ne uoluntati omnia deus in uſum meliorem conuertit · nihil
ipſe perperam nihil temere agit · ille ſapiēs homo eſt qui ea
uult que uelle deum nouit · nos filium tuuꝫ in eo ſtatu in eo
tempore uocatum a deo non ambigimus in quo illi melius
fuit exiuiſſe hominem itaq̧ quamuis non dubitamus mag
nificentiam tuam quieto eſſe animo ⁊ ea uelle que deus uo
luit · tamen pro noſtro officio rogamus ut hec humana eq̄
mente feras & quod reſtat eui cum reliquis filiis tuis dul
citer ac ſuauiter traducas · id erit nobis ſupra q̄ꝫ dicere poſ
ſimus acceptum · Diligimus enim ſummopere perſonaꝫ tu
am nec obliuioni dare poſſumus quanta nos caritate in Vi
enna quondam complectebaris & deniq̧ ſemper nobis an
te oculos eſt humanitas illa atq̧ urbanitas quam nobis ⁊
Procopio Rabenſteyno oſtendiſti in Crumana uita eniꝫ
nos ardenti caritate & ut aiunt euiſcerata dilectione ſuſce
piſti · ut omni tempore nos & tibi & natis tuis & his qui
naſcentur ab illis obnoxios eſſe putemus · & hoc quidem
oſtendemus ſi unquam ſeſe facultas obtulerit · reliqua re-
feret nicolaus creuul capellanus noſter dilectus quem tue
magnificentie commendamus · cui tanquam nobis creden
tie fidem plenam adhibere uelis · Datum Rome calen · au



guſti · Mcccclvii ·

Neas Cardinalis Senenſis Ladiſlao Regi
Hungarie · S · P · D · Cum ſuperioribus dieb⁹
Iohannes Varadienſis ep̄s apud Budam in
uincula coniectus eſſet · idq̧ tuo iuſſu factum
diceretur · egre id mihi duplici de cauſa fuit · nam & preſu
lis integerrimi ac mihi amiciſſimi infelicitati cōpatiebar |
& honorem tuum parumper obnubilari dolebam cū ep̄m
de tua ſerenitate optime meritū & doctrina preditum ſin
gulari tua ſublimitas in carcerem retruſiſſe affirmaretur ·
ſcripſi itaq̧ mox excellentie tue que mihi in ea re facienda
uidebantur pro gloria tua quemadmodum fideles famuli
benignis dominis ſuis conſulere aliquando ſolent · ſcripſit
etiam ſanctiſſimus dominus noſter ſemel atq̧ iterum nam
qui Varadienſem pontificem & uirtute & nomine opti-
me preditum intellexiſſet non poterat ei cum indigna fer-
ret non opitulari · neſcio an hm̄oi littere tuam ſublimitateꝫ
adierint · illud nunc relatum eſt quod totam hanc curiā gau
dio repleuit · non ſine precipua & ingenti laude tue ſublimi
tatis · nam cum ep̄s idem non tuo motu ſed aliquoꝝ poten
tum impulſu quibus non facile reſiſtere poteras in captiui
tateꝫ ductus affirmaretur · nunc illud plane dicitur quod in
nocentem prelatum quem alieno impulſu ceperas · tua ſpō
te ſolummodo relaxaſti · ex qua re patefacta eſt animi tui
innata probitas & epiſcopi innocentia liquefacta · quippe
ſanctiſſimus dominus noſter totuſq̧ cardinalium cetus re
ctitudinem animi tui ⁊ ſingularem prudentiaꝫ magnis ex
tollunt preconiis ego uero qui eundem epiſcopum iam du
dum uirum probatiſſimum eſſe cognoui eiq̧ ſingulari ami
citia ſum coniunctus non ſolum laudo circumſpectionem

& beneficentiam tuam·ſed gratias quas poſſum tue ſere-
nitati ago pro ſalute homini mihi amiciſſimo reſtituta·In
telligens non me minus ea de cauſa tue glorie obligatum
ꝙ ipſum epiſcopum·eram etiam ante ſeruitor ſublimitatis
tue multis de cauſis obnoxius ſed accedente hoc beneficiō
nihil eſt quod iam mihi reliqui ſit quin totum quod poſſum
maieſtati tue debeā·Ex Roma nonis auguſti·Mcccclvii

Neas Cardinalis Senenſis Electo Vratiſ-
lauienſi·S·P·D·Reuertitur ad partes iſtas
dilectus capellanus noſter nicolaus creuul ca
nonicus Vratiſlauienſis tibi iam pridem no
tus ab eo ſenties quecunqꝫ apud nos geruntur & quis ani
mus noſter erga te ſit qui & tibi & domui tue nobiliſſime
tanto magis afficimur quanto indies patris tui fratrem et
tua erga nos meri.a magis recolimus itaqꝫ non erimus in
ſcribendo longiores·tantum dignationi tue Nicolaum cō
mendamus·rogantes ſi qua ſunt que per nos tui cauſa fie
ri poſſint ita de nobis confidas quemadmodum ueri ami
ci inter ſe conſueuerunt·Datum Rome Nonis Auguſti
Mcccclvii·

Neas Cardinalis Seneñ·Henrico ſenftlebē
S·P·D·Per nicolaū noſtrum cononicū vra-
tiſlauienſem qui nūc in Almaniā reuertit nō
putamus neceſſarium eſſe multa ſcribere·ita
enim repente facturus eſt iter ut multi eum preceſſuri ſint·
viſitabit enim quocunqꝫ in loco ſuo ex more ꝯpatres atqꝫ
commatres·nec dubitamus eum cum ad te uenerit quin
uoluntates italicas melius referre ꝙ ab eo diſcere ualeas



Itaqꝫ parcimus uerbis·tantum rogamus ut in re illa var
mienſis ecclefie ſi quid ei committendum uidet id pro tua
prudentia facias·eſt enim vratiſlauiam petiturus ut ait et
a nobis litteras habebit ad epiſcopum illum credentiales·
ut ſi opus fuerit eis uti poſſit·reliqua ex eo audies quē for
taſſe licentiatū in decretis habebis vale & amicis noſtris
nos effice commendatos·Datum Rome nonis Auguſti·
Milleſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Cardi
nali ſancti Angeli·S·P·d·Que ſupioribus
diebus apud nos geſta ſunt ea iam per alias
litteras tue dignationi ſignificaui·nunc ſub-
iiciam que ſecuta ſunt·exinde ſcies quid ſperandum ſit qd
ue timendum communi chriſtianorum cauſe·dominus no
ſter ſanctiſſimus nonnullam aduerſus Vrſinos indignati
onem induit adeo ut etiam nepotem ſuum eccleſiaſtice mi
litie ducem contra illos miſerit·caſtrumqꝫ ſancti gregorii
ab eis extorſerit·nunc concordia tractatur expectamus ex
itum rei pacemqꝫ magnopere cupimus·nam bella huic ci-
uitati caritatem annone non paruā inducunt·fuit ipſe ſanc
tiſſimus duminus noſter his diebus aliquantiſper egrotus
nunc diuino munere conualuit·cuius prudentia non eſt du
bium quin reipub·ſalubriter conſulat·nepotes eius qui pa
triarcham legatum in orientem ſequuti fuerant·atqꝫ ibi ob
quedam malefacta comprehenſi nudiuſquartus rediere·
utqꝫ ſe crimine purgent·patriarcham criminantur·ſed do-
mino noſtro & ſacro collegio cognita eſt illius legati inte
gritas atqꝫ conſtantia nec ſiniſtri quicquā de eo facile cre
ditur·an autem nepotes ipſi culpabiles ſint ut legati nuncii

tradunt·id alii inueſtigent·Ego & accuſatores & excuſa
tores eorum equis auribus accipio·Rex Aragonum bel
lum habet contra Genuenſes acerrimum·& nunc una nūc
altera pars naues in mari perdit·ſed ipſa Genua miro mo
do afflicta eſt que non Regis tantum ſed etiam ſuorum
exulum armis premitur·Perinus dux eius magno uir ani
mo & manu promptiſſimus miſeros ciues territat qui ſe
non alio modo q̄ꝫ morte Imperium poſiturum affirmat·ꝛ
nunc hunc nunc alium ciuem ad necem rapit qui ſuis conſi
liis aduerſatur·Rex autem per hos dies ut fama eſt inſig
ne oppidum Scarlinum nomine in Tuſcia lucratus eſt·
ſi uerum eſt quod hodie mercatoribus ſcriptum ferunt· id
erat in poteſtate domini Plumbanenſis ob quam rem ſunt
qui arbitrantur non quieturum regem niſi & Plumbini do
minio patiatur·quod ſi obtinuerit locum habebit oportu-
niſſimum· Vnde Senenſes et Florentinos ac Genuenſes
cum uelit laceſſere poſſit·Atqꝫ utinam non ex hoc pax Ita
lica conturbetur·hoc eſt Italia·Que autem in Germania
geruntur optime nouit dignatio tua·Cupio ſcire ubi loco
rum atqꝫ gentiū ſis·quid agas q̄ꝫ bene ualeas & que ſpes
ſit rebus agendis·ſunt enim qui dignationem tuam egro-
tantem ſe reliquiſſe affirmāt·que res mihi moleſtiſſima eſt
Eapropter ſuadeo hortor & obſecro ut ſanitatis curaꝫ ge
ras curesqꝫ ut aliquādo reuertaris huc letus & ſoſpes· qd
omnes amici tui maxime cupiunt·Ego uero nihil magis
deſidero q̄ꝫ te in domo tua Rome ſepe uidere & alloqui
ac pro ueteri conſuetudine manſuetudine tua & benigni-
tate perfrui non offero me dignationi tue aut familie tue
uel amicis aliquid apud ſummum pontificem procuraturꝫ

nam & minimum eſt quod poſſum & dignatio tua poten
tiſſimos Cardinales habet qui eius negocia fideliſſime ge
runt·itaqꝫ non eſt cur mea indigeas opera · Ego tamen
quantulus ſum & tuus ſemper fui & ero· Ex Roma No
nis auguſti· Milleſimoquadringenteſimoquinquageſi-
moſeptimo·

Neas Cardinalis Senēſis Martino Mayr
S·P·D·Iocūde nobis fuerūt littere tue quas
in cauſa Decani Maguntini ad nos ſcripſiſti
erant in eis plures partes quibus breuiter re-
ſpondebimus· Congaudes de noſtra ad Cardinalatuꝫ ꝓ
motione·non eſt ea res nobis dubia·ſiquidem noſter ho-
nor tuus eſt & hanc dignitatem non minus tibi creditam
q̄ꝫ nobis eſſe·equum eſt te arbitrari·quando inter nos uera
eſt & ſtabilis amicitia que iubet inter amicos omnia exi-
ſtimari communia·Quippe ſi quando aliquid occurre-
rit in quo uel tibi uel conſanguineis aut amicis tuis prodeſ
ſe poſſimus oſtendemus nos memores eſſe ueteris beniuo
lentie & dulcis uſure quam ſimul in multis locis habuimꝰ
que ſcripſerunt nobis principes electores & tu etiam pro
Decano Maguntino non obaudiuimus· nam & ſi prepo
ſituram Vormacienſem apud nos libenter retinuiſſemus·
concordauimus tamen cum procuratoribus eiuſdem deca
ni de permutatōe ut tam dictis principibꝰ quaꝫ tibi & ipſi
decano quē iam dudū cognouimus ꝛ amauimus rem gra
tam faceremus·damus nunc operam ut littere expedian-
tur oportune·illud aliquantulum durū eſt quod in calce lit
terarū tuarū ſcribis·querelas ſcꝫ magnas fieri de Roma
na curia que nationem Germanicā multis incōmodet mōis

Q uatuorqꝫ capita tangis·unum eſt ꝙ decreta Conſtan
tieñ· & Baſilieñ·conciliorum compactataqꝫ nationis mi-
nime obſeruentur & ꝗuis in hoc articulo omnia contineri
uideant·tamen ſpecificas ꝙ electiones canonice facte nō
confirmentur ꝙ magna uis pecuniarum ab hiis qui be-
neficia conſequūtur extorquetur quod ſub colore indulgē
tiarum & decimarum uariiſqꝫ modis ex Alamania pecu
nie hauriuntur & deniqꝫ ſubiungis de gratia noſtra quaꝫ
obtinuimus de beneficiis in commendam habendis quam
inſolitam eſſe aſſeueras·cogimur ad hec non nihil reſpon-
dere & in primis quidem fatemur ꝙ ſcribis inclitam ſcili-
cet nationem ueſtram olim fuiſſe florentem & ſuis uirtuti
bus Romanum imperium meruiſſe·Adiicimus tameñ &
illud·Excellentiſſimā beati petri ſedem poſtquam ille mar
tirio coronatus eſt ſemper rome fuiſſe in qua qui ſederunt
vicariatum chriſti tenuere·clauesqꝫ ligandi atqꝫ ſoluendi
penes ſe habuere·ſiue greci ſiue itali ſiue Germani aut ex
alia gente fuere·nec nunquam regni celeſtis introire ianu
am potuiſſe qui Romanorum pontificuꝫ auctoritatem cō
tumaciter contemſere·nec hodie illis gloriandum eſſe qui
auctoritate propria leges ſibi conſtituunt quibus pro ſuo
libito Romane ſedis iuſſiones ſpernere poſſint·hos enim
catholica ueritas niſi reſipuerint ante obitum ignis eterni
mancipio ſine intermiſſione deputat·fatemur inſuper ali-
quando in Romana curia quam regunt homines aliqua
fieri que digna eſſent emendatione nec dubitamus ipſos
Romane urbis preſules etiam in quantum homines falli
errare labi ac decipi poſſe·ſed ut ad querelas tuas ueniā-
mus dicimus tibi dignum eſſe ut compactata cum ueſtra
natione ſeruentur idqꝫ ſemper predicauimus & in futuruꝫ



predicare non omittemus· ſiquidem nationi tue a qua plu
rimum ſumus honorati non minus quam noſtre afficimur
Verum cum dicis decreta Baſilien· concilii non cuſtodiri
idqꝫ putas iniurioſum eſſe nationi indignam dicimus eſſe
querelam tuam·propter decreta enim Baſilien· concilii in
ter ſedem apoſtolicam & nationem ueſtram ·diſcidium ce
pit cum uos illa prorſus tenenda diceretis·apoſtolica ve-
ro ſedes omnino reiiceret·itaqꝫ fuit deniqꝫ compoſitio fac
ta in qua nos Imperatorio nomine interfuimus eam certā
legem dedit·deinceps inuiolabiliter obſeruandaꝫ· per quā
aliqua ex decretis cōcilii predicti recepta uidentur aliqua
reiecta itaqꝫ non iuſte agis ſi per omnia ſeruanda eſſe de-
creta contendis·Sed uenio ad electiones quas paſſim con
tēni refers·hoc nos non inuenimus ita eſſe ut aſſeueras·nā
poſtq̄ꝫ ex Alamania huc uenimus plures eccleſie cathe-
drales eiuſdem nationis uacauerant in quibus uel poſtula
tiones facte uel electiones fuere· de poſtulationibus nihil
eſt quod obiici poſſit·nam ille ex gratia pendent etiam ue-
tuſto iure· liberumqꝫ eſt pontifici maximo eas admittere
uel reiicere·electiones autem ſi canonice fuerint compac-
tatorum uigore confirmationem merentur nec repelli poſ
ſunt niſi de utiliori perſona·romanus pontifex de conſilio
fratrum ſuorum ſancte romane eccleſie cardinalium duxe
rit prouidendum ſed neqꝫ hic eſt aliquid quod reprehendi
merito poſſit de tempore dicimus quo Ro·curiam ſequi-
mur·neqꝫ enim iam biennio tantum eſt quod hec ſumus ul-
la electio huc allata eſt que rite & canonice facta compa
rata ſit·naꝫ traiectenſis electio de qua magni rumores ha
biti ſunt in perſonam excōicatam ceciderat·alie uero alios
defectus habuere itaqꝫ uides nō eſſe cur ueſtra natio circa

electõnes iuſtam querelam habeat· ꝙ deinde ſubiungis ex
torqueri multum auri ab his qui dignitates uel alia benefi
cia aſſecuntur nõ eſt cur de hac ſede conqueramini· ſed po
tius de cupiditate & ambitione ueſtrorum hominum qui
currentes pro epiſcopatibus inueniẽtes competitores·his
quibus palatium patet certatim pecunias offerunt·illi ue-
ro qui alloqui pontificem poſſunt non ſunt omnes ſimiles
angelis ſed quales in Almania Galliaqꝫ multos reperias
recipiunt eniꝫ quod offertur non extorquent·Romanus au
tem preſul ſolus in thalamo ſuo nunc hos nunc illos audit
& illos promouere ſolꝫ qui magis commendantur·nec ſcit
nec etiam arbitratur pecunie cauſa hos aut illos commen
datione preferri nec ſibi plus auri datur quam concordata
permittant niſi forraſſe aliquando occaſione expeditionis
contra turcos aliquid ſuper annata recepit quod ſibi ꝓfec
to non fuit in tanta neceſſitate negandum·habes ergo ⁊ in
hac parte reſponſionem noſtram·de pecuniis indulgentia
rum miramur fieri querelam·nam ille poſtqꝫ collecte fue-
rant profecto Romani pontifi·arbitrio non alterius erant
diſtribuende·De decimis quoqꝫ credimus non eſſe indig-
num quod refers·nam ſi alie nationes pro expeditione cõ
tra turcos habenda decimas exhibent non uideamus cur
etiam Theutones non contribuant· laudamus tamen in
ea re debitos adhibere modos·Ceterum cum tota queſtio
de pecunia uertatur dicimus hanc uetuſtiſſimam eſſe que-
relam que nunqꝫ auferri potuit·ſemper enim ſunt homines
pecuniarum auidi & quodammodo inſatiabiles qui cum
multa lucrari uelint exponere aliquid ſacrilegium putant·
nec ullla gẽs eſt que animo equo ex regione ſua aſportari
aurum ferat· Hungari Alamanos ea potiſſimum cauſa

deteſtantur ꝙ in regno ſuo negociantes multum auri aſ-
portant·Eadem querela eſt polonorum· eadem Dacoruꝫ
In Almania quoqꝫ quam plures gentes reperiemus qua
rum altera incuſant alteram quaſi argenti ſui extortricem
nec curie ueſtrorum Pontificum accuſationibus carent pa
tet itaqꝫ longe lateqꝫ hoc genus querelarum· Veruꝫ quia
dicis Germaniam ueſtram quondam ditiſſimam fuiſſe·nũc
uero prorſus exhauſtam ex omni ere uacuam eſſe·nos con
tra ſentimus·illudqꝫ audacter dicimus nunquam Germa-
niam ditiorem fuiſſe qꝫ hodie·nunquam ornatiorem· nun-
quam armis potentiorem ſi uni domino paruerit ·Namqꝫ
ſi legamus uetuſta tempora inueniemus Germanos olim
ritu uixiſſe barbaro·ueſtibus uſos laceris· Venationi tan-
tum & agrorum culture dediſſe operam·feroces quidem
homines & belli appetentes· ſed argenti prorſus inopes·
quibus quippe nec uini uſus erat·ipſa quoqꝫ Germania in
tra mare & Danubium rurſuſqꝫ intra Rhenum & Albni
continebatur·nunc uero quantum tranſgreſſa ſit ſuos limi
tes non ignioramus·Nam plus uere eſt quod extra nacti
eſtis in Gallia·Retia·Norico·Vindelico atqꝫ in ipſa ſci
thia ſeu Sarmacia quaꝫ quod intus habuiſtis·Quid me
moremus nobiliſſimas Vrbes ueſtras & ſplendidiſſimas
ditiſſima templa opulentiſſimos principes ac prelatos cer
te non uidemus prouinciam eſſe que computatis omnibus
ueſtram ſuperet·quod ſi reſurgeret aliquis illoruꝫ Theu
tonum qui tempore Iulii Ceſaris uixit Germaniam pera-
graret ut Arioniſtis profecto diceret non eſſe eam terram
quam olim uiderat negaretqꝫ ſuam eſſe patriam cum uine
arum & arborum fructiferarum conſitiones·ueſtitus ho-
minum·Vrbanitatem ciuium · atqꝫ etiam Splendorem·

Vrbium tantamqꝫ uiridam policiam apud nos conuerte-
tur ueruꝫ hanc mutationem quis fecit in nobis niſi religio
xpi· cultus quippe chriſtiane religionis a nobis barbariaꝫ
omnem expulit atqꝫ ita expoliuit ut iam greci ipſi barbari
nos autem recte latini appellari mereamini· cultum autem
ſalutifere religionis ſi uerum fateri uultis roma nobis &
apoſtolica ſedes dedit que predicatores ad nos mittens
idolorum relinquere cultum & uerum deum colere docuit
plus eſt hoc martine q̃ꝫ aurum & argentum· plus eſt quod
accepiſtis q̃ꝫ quod datis· itaqꝫ decet nos accepti beneficii
memores eſſe· quod quidem tantum eſt ut nulli poſſit the-
ſauro cōpenſari· tranſimus modo ad eam epiſtole tue par
tem que nos concernit dicis nos & alios pleroſqꝫ Sancte
Ro· eccleſie cardinales inſolitas apud nos reſeruationes
habuiſſe indeqꝫ multos exoriri rumores nos ꝛ Metenſeꝫ
olim cardinalem & alios nonnullos ſimilibus uos gratii-
is compertum habemus & ab illis litterarum noſtrarum
formam extraximus· reprehendis ꝙ hee littere compacta
tis aduerſari uideantur· dicimus nihil in eis eſſe contra ea
que concordata uocantur niſi fortaſſe illud recenſeatur ꝙ
etiam monaſteria reſeruari uidentur in quibus electioni lo
cus eſſe debet nos de hac parte abunde ſatiſfecimus domi
no noſtro· duo enim diximus eius beatitudini· Primum ꝙ
nullius monaſterii electionem impedire uellemus· Alterū
ꝙ nullum monaſterium accepraturi eſſemus contra uolun
tatem eius principis in cuius ditione ſitum eſſet· & ita pro
curatoribus noſtris dedimus in mandatis quod ſi putas
etiam collegiatarum prepoſiturarum electiones confirmā
das eſſe· neqꝫ debuiſſe nos earum reſeruationes acceptare
longe falleris· nam ꝯcordata ipſa dignitates primas poſt

Pontificales & in collegiatis eccleſiis principales apoſto
lice ſedis diſpoſitioni permittunt· in aliis autem beneficiis
inferioribus habet ipſa ſedes ſuos menſes· ꝙ ſi ſuper hu-
iuſmodi beneficiis ac dignitatibus reſeruationes obtinui-
mus accepimus a ſummo pontifice quod nobis concede-
re potuit ſine cuiuſpiam iniuria· Sed arbitraris fortaſſe be
neficia que in Germania ſunt germanis potius cōmitti de
bere q̃ꝫ extraneis nec nos aliter ſentimus· Sed cuꝫ nos iaꝫ
annis ſupra· xxiiii· Germaniam incoluerimus non reputa-
mus extraneos exiſtimari debere cumqꝫ imperatori ipſiqꝫ
nationi longo tempore ſumma fide magnis laboribus ſer
uierimus & nunc ad cardinalatuꝫ recepti ea curemus que
nationis ipſius honori atqꝫ utilitati conducant & ita pror
ſus agamus ut natiōe germani potius q̃ꝫ Itali reputemur
Non indicauimus tribus illis prouinciis maguntine Co-
lonienſi Treuerenſi indignum uideri aut graue cenſeri ſi
annua duo milia ducatorum in eis obtineremus ex illis be
neficiis que ſedes apoſtolica conferre haberet· Putauiſſe
mus etiam maiora in eadem natione cui ſemper ſeruiuimꝰ
ſponte offerri· ſed non ſumus nos inſatiabiles· Contenta-
mur eo quod pro debiti ſtatus conſeruatione ſufficiat nec
plura circa hoc· quod autē operas tuas ad id offers ut gra
tie noſtre fructum conſequamur· agimus tibi gratias qui
partes amici non negligis Idqꝫ rogamus ut interuenien-
te caſu oportuno prorſus efficias· Scis que ſit mēs noſtra
& quomodo gratiam noſtram reſtrictam eſſe uolumus ſi
qua prepoſitura uacauerit aut eccleſia parrochialis mag
ni redditus uelis ita efficere ut ad complementum gratie
noſtre peruenire poſſimus· Deniqꝫ requiris an aliquid di-
cendum faciendum ue ſit circa eam partem que nationem

ueſtram & apoſtolicam ſedem concernit. Reſpondemus uenturum eſſe ad principes electores nuntium apoſtolicū Laurentium rouarellam cum eo poteris ſuper hac re plenius loqui ſibiq; cuncta communicare qui pro ſua circumſpectione non ignorabit qua uia ſit in talibus incedendum nobis tamen illud conſilium uideretur ꝙ prelati & principes ueſtri ſi qua in re grauamina ſibi non digna inferri putant. legatos ſuos ad Romanum pontificem mittere non poſtponerent & que ſunt illa in quibus grauarentur exponerent. peterentq; debitam fieri reformatiōem. nam ſedes iſta pro ſua inſita manſuetudine uotis ueſtris que quidem ratione ſubnixa eſſent nunquam denegaret aſſenſum. Nos autem etſi parum ualemus ſtudia tamen noſtra ſemper in eo dirigemus ut inclite nationi Germanice dum equa poſtulauerit mos geratur. Vale optime noſq; archiepiſcopo Maguntino cui ex ueteri noticia ſumus affectiſſimi effice commendatos Ex Roma die octaua Augusti. Milleſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo

ae Neas Cardinalis Senenſis epiſcopo Varadienſi. S. P. D. Quantū de captiuitate tua indigna & acerba doluimus tantummodo de liberatione gauiſi & ſummopere exhilarati ſumus. quippe non ſolum dignationi tue cuius bonitas ac innocentia magnifice patefacta eſt. uerū etiam sereniſſimo regi Ladiſlao congaudemus cuius beneficentia ꝛ animi rectitudo indies magis ac magis eluceſcit. nanq; ſicut nobis relatum eſt. cum perſona tua in arce Budenſi retenta fuit minime animus regius ad eam rem inclinatus erat. ſʒ ſeduxerunt eum eorum conſilia qui tue uirtuti inuidebant. nec rex adhuc iuuenculus et in regno nouus magnis conſultoribus aduerſari audebat. ceſſit furori loco & tempori illud tamen cauit ne quid in corpus tuū emuli tui molirent ſed nunc que ſua mens fuerit aperte liquet. nam qui alieno cōſilio atq; importunitate dignatōem tuā in carcerem coniecit. idem ſuopte ingenio libertatem tibi reſtituit. ob quā rem nemo eſt qui nō intelligat capturā tuam ab emulis tue ꝓbitatis. liberationem vero ac ſalutē a ſolo rege proceſſiſſe. eſt igit ꝙ & tu ſerenitati regie quemadmodū hactenus feciſti ita & impoſterū ſumma cū integritate ſeruias. nos aūt & ceteri qui te amamus gratias referamus quod nos qdem minime negligemus. eramus hactenus occupati ut liberatōem tuā lr̄is apoſtolicis & noſtris ꝓcuraremus q̄s bis regio culmini tranſmiſimus quarū primas mox intellecta nouitate tranſmitti curauimus alteras uero laurentius rouarella nuntius apoſtolicus ſecum attulit. cui etiam uerbo procuratio tue ſalutis nobis annitentibus commiſſa fuit. ſed intelligimus eum tuam dignationem iam reſtitutam libertati inuenturū quod quidem gratiſſimum eſt. nā & regratiari regi q̄ ſupplicare longe eſt preſtantius ꝛ honor tuus maior proculdubio redditur. cum non precibus ſed innocentie libertatem tuam conceſſam eſſe manifeſte liqueat. rogamus igitur deinceps bono animo ſis & iocunde uiuas. de nobis uero tamquam de ueteri & fideli amico fiduciā obtineas ſciens ꝙ uotis tuis que quidem noſtra in poteſtate fuerint nunquam deerimus. Vale et reuerendiſſimis patribus ſtrigonienſi & ſancti angeli cardinalibꝰ apoſtolice ſedis legatis ſi quando cum eis conuenies memoriam noſtri facito. Datum Rome die decima Auguſti. M. cccclvii.

Neas Cardinalis Senenſis Caſimiro Regi
Polonie·S·P·D·Cuꝫ uacaret nuper eccleſia
Varmienſis conuenientes canonici eius ·in
Glogouia maiori & cogitãtes de futuro põ
tifice uota ſua in me direxerunt·poſtulantes a ſummo pon
tifice ut eccleſiam illaꝫ mihi committeret·Idemqꝫ fecerũt
ſereniſſimi principes domini Imperator & Rex Hunga-
rie atqꝫ Bohemie conſanguinei & affines tui·Annuit Be
atiſſimus pontifex eorum precibus & ſummo Cardinaliũ
conſenſu eccleſiam illam mihi commendauit· mittam ꝓpe
diem procuratores meos ad Serenitatem tuam cum litte
ris apoſtolicis quibus precor ut ad poſſeſſionem capiendã
neceſſarios uelis impartiri fauores·ſcio eniꝫ quia ſine tua
opera parum proficerent·cum iaꝫ Pruſcia in manu tua pe
ne tota eſſe feratur·intelligam me magno munere donatũ
a tua manſuetudine ſi mei procuratores ut non ambigo tu
is adiuti preſidiis eccleſie predicte poſſeſſionem conſequã
tur facies rem gratiſſimam ſummo pontifici & ſacro col-
legio ſimulqꝫ imperatori & Regi Hungarie quos nõ du
bito maieſtati tue ꝓ me ſcripturos eſſe ego uero conabor
noctes dieſqꝫ omni ſtudio & diligentia tue Serenitati me
gratum oſtendere atqꝫ ita efficere ut mihi profuiſſe tuam
clementiam non peniteat iamqꝫ pro mea uirili in ſacro col
legio honorem tuum tuta recepi namqꝫ cum ageretur de
Culmenſi eccleſia pro qua ſcripſeras eſſentqꝫ qui omnino
illam committendam eſſe dicerent procuratori magni ma
giſtri ordinis beate marie Theutonicorum ego prorſus
reſtiti·meaqꝫ ſuaſione factũ eſt ut res ſuſpenſa ſit cum tue
Maieſtatis preconia ſimulqꝫ genitoris tui ⁊ germani qui
pro fide catholica in bello contra Turcos obiit clariſſi-
mas uirtutes retuliſſem quibus auditis ſanctitas apoſtoli
ca que prius inclinata erat ad promouendum procurato-
rem ordinis mox ſententiam mutauit decreuitqꝫ ſuperſede
re ut interea temporis aliquid de concordia & pace illarũ
partium tractari poſſit & medio tempore rectorem aliquẽ
ſiue adminiſtratoreꝫ illi eccleſie dare qui tue ſerenitati me
rito diſplicere non debeat·Verum ego pro ea qua tuo cul
mini deuotione afficior audeo ſuadere· idqꝫ utile arbitror
ut tua ſerenitas ſimul cum illis de terra Pruſcie oratores
ſuos ad ſedem apoſtolicam mittere quantotius ſtudeat ui
ros preſtabiles & auctoritate inſignes qui offerentes uiaꝫ
iuris ac concordie cum aduerſariis coram ſanctiſſimo do-
mino noſtro cenſuras eccleſiaſticas in terra Pruſcie quo-
quomodo fulminatas aut tolli aut ſuſpendi petant·Spero
enim eo modo res magnifice ad honorem tue ſublimitatiſ
& illarum partium tranquillitatem conduci poſſe cum ſan
ctiſſimus dominus noſter ad hec optime ſit inclinatus &
multi ſint in ſacro collegio Cardinales reuerendiſſimi ma
ieſtati tue affectiſſimi inter quos eſt Reuerendiſſimus do
minus Rothomagenſis·ego uero minimus inter omnes
nihil omittam ex his que ad augmentum ſtatus & glorie
pertineant tue ſublimitatis cui me humillime recommen-
do Ex Roma die ultima auguſti·Milleſimoquadringen
teſimoquinquageſimoſeptimo·

Alixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Ca
riſſimo in chriſto filio Federico Romanoruꝫ
imperatori auguſto·ſalutem & apoſtolicam
benedictionem quamuis apoſtolice ſedi ſicut
placuit altiſſimo preſidentes ea nos ſemper cura tenuerit

ut inclite nationi Germanice pro noſtra poſſibilitate cōpla
ceremus ⁊ omnibus illinc ad nos recurrentibus faciles ac
benignas prebeamus aures· nuper tamen ſicut nobis rela
tum eſt nonnulli ex venerabilibus fratribus noſtris ac di-
lectis filiis nobilibus uiris Romani Imperii electoribus
& alii pleriqꝫ principes ac prelati nationis eiuſdem dieta
quadam ſiue conuentu inter ſe celebrato oratores ſuos ad
te miſerunt· qui de nobis deqꝫ curia noſtra non paruā que
relam facientes inter cetera expoſuiſſe feruntur ꝙ nos di-
uerſis modis natiōem ipſam aggrauauetes que inter te no
mine nationis & antecesſorem noſtrum felicis recordatio
nis Nicolaum Papam quintum concordata fuerunt mini
me adimplere aut obſeruare curemus· quibus ex rebus &
ſi non dubitemus ſerenitatem tuam pro ſua erga romanaꝫ
eccleſiam eximia deuotōe illorꝫ querelas acriter ac debi
te confutaſſe· dignum tamen putabimus ſuper his que no-
bis obiiciuntur ſinceritatem & innocentiam noſtram tue
ſublimitati perſpicuam ac manifeſtaꝫ efficere ut ſi quando
poſthac ſimiles querimonie ad tuas aures deferantur· ha
beas ex noſtris litteris quod murmurantibus ac detrahen
tibus hominibus reſpondere atqꝫ obiicere poſſis· equideꝫ
cum nos omnes chriſtiani orbis nationes benigne quantū
cum deo poſſumus tractare curemus· precipue tamen ger
manicos principes ac prelatos ſingulari quadam caritate
& precipuo proſequuti ſumus affectu· neqꝫ enim nos latꝫ
quo fauore amplectendi ſunt eccleſiarum preſules· & quo
ſeculi principes honore preueniendi ut illos fratrꝫ ⁊ iſtos
filiorum loco ſua cuiqꝫ dignitate ſeruata habere debemus
ſunt euangelia ſacra ſemper ante oculos noſtre mētis· ſan



ctorumqꝫ patrum decreta ſedulo in animo uoluimus· no-
uimus quid Epiſcopis liceat· quid principes deceat· quid
officio ſummi ſacerdotis incumbat· neqꝫ cordi noſtro quic
quam tenacius heret quam ita ſacros canones obſeruare
ut ydonei miniſteriorum chriſti diſpenſatores inueniamur
nota eſt omnibus apoſtolice ſedis auctoritas· manifeſta
cuiqꝫ prime ſedis dignitas· uulgata per orbem uicarii dei
poteſtas cui dictuꝫ eſt a domino paſce oues meas· ⁊ quod
cunqꝫ ligaueris ſuper terram erit ligatum & in celis· & re
liqua quibus in euangelio· Romani preſulis eminentia di
uinitus declaratur· quibus ex rebus non eſt cur aliquis ope
ra noſtra criminari poſſit tanquam latius euagemur ꝙ no
bis liceat aut tanquam in alienam meſſem falcem mittere
uideamur· cum non huius aut illius prouintie ſed uniuerſi
orbis preſulatum in apoſtolice ſedis ſpecula conſequuti ſu
mus· que cum ita ſint ſcimus tamen eos qui uocati ſunt in
partem ſollicitudinis non eſſe turbandos· ſuamqꝫ cuiqꝫ iu-
riſdictionem niſi forſitan abutantur ſeruandam eſſe non ig
noramus· ea propter ita nos gerere in hāc uſque diem cu-
rauimus ne qua de nobis cuiuis hominum querela com-
peterē poſſit· nec putamus aliquos eſſe qui ſe leſos aut ſpre
tos a nobis dicant niſi fortaſſe aliqui fuerint qui deſideria
ſua non recte metientes tunc ſe· contemptos aut grauatos
arbitrantur cum petitionibus eorum iniuſtis non annui-
mus Sed audiuimus rumorem eſſe tanquam nos aurum
ex natione tua ſupra quam deceat extorqueamus· Iniuri
antur profecto nobis & a uero longe recedunt qui talia
dicunt· nihil unquam noſtro nomine ab hiis extortum eſt
quibus beneficia contulimus ut illi garriunt· nihil ex-

actum nibil petitum preter annatam uetuſto iure debitam
At ſi qui contra Turcos pecuniaria nobis ſubſidia obtu
lerunt·non recuſauimus nec recuſare quidem debemus ꝓ
tanta chriſtiane religionis neceſſitate·Pecunias autē hu
iuſmodi & alias undecunqꝫ uenientes non uſurpamus no
bis non recondimus in archa non exponimus in iocalibus
non conſumimus in deliciis ſed in defenſionem fidei cōuer
timus & in oppreſſionem perfide Turcorū gentis ad no
ſtrum exterminum ſemper intente· Innumerabiles ſunt &
intollerabiles nobis quas indies ſubimus expenſe· nunc in
orientem legato claſſis noſtre nunc in Albaniam Scander
bechio fortiſſimo chriſti athlete indefeſſoqꝫ bellatori ·nūc
legatis ⁊ oratoribus in diuerſas mūdi partes emiſſis· nūc
iſtis nunc illis per Greciam & Aſiam laborantibus ne de
ſtituti periclitentur pecunias mittimus·nec fuerunt inanes
huiuſcemodi ſumptus·licet enim nobis in domino gloriari
qui per miniſtros ſuos torpentibus ac pene dormientibus
cunctis ferme chriſtianis principibus nobis tantummodo
inſtantibus atqꝫ urgentibus turchorum ſuperbiſſima cor-
nua & inſollentiſſimas acies apud Hungariam confregit
magnumqꝫ illum & potentiſſimum exercitum proſtrauit·
qui ſibi non Hungariā modo ſed Germaniam totam gal
liam atqꝫ Italiā protere·legemqꝫ chriſti funditus euer
tere promittebat·Itaqꝫ liberauit dominus populum ſuum
ſub preſulatu noſtro plebemqꝫ ſuā ex ipſis quodammodo
faucibus crudeliſſimi Leonis ſiue immaniſſimi Draconis
eripuit nunc quoqꝫ claſſis noſtra Rhodum tuetur Cyprū
Mithilenem Chium & omnes in orienti chriſtiani nomi-
nis inſulas que ſine tali preſidio haud quaquam Turcho
rum nauibus indies incurſantibus reſiſtere potuiſſent·

quodqꝫ laudabilius eſt ac diuino nobis munere conceſſum
non tantū quas diximus inſulas Legatus noſter ſua pru
dentia & armorum robore tutatus eſt · ſed alias pleraſqꝫ
Turchorum domino ſeruientes ad apoſtolice ſedis deuo
tionem obedientiamqꝫ redegit nouiſſimeqꝫ non pauca eo-
rundem Turchorum nauigia ad oppugnandas chriſtia-
norum inſulas exeuntia potenter inuaſit debellauit in pote
ſtatem recepit·nec Albania ingruentes Barbarorum im-
petus proximis diebus inclinare potuiſſet·niſi noſtrarum
interueniſſent pecuniarum auxilia que Scanderbechio mi
ſimus in his nos rebus pecunias conſumimus in his ꝓfun
dimus quicquid undecunqꝫ corrodere poſſimus auri uel ar
genti honorem dei non noſtrum querimus pro ſalute popu
li nobis commiſſi laboramus non oro priuata utilitate no
ſtra·curamus ne noſtro tempore chriſtianum nomen ſpur-
ciſſimi turchorum pedes conculcare poſſint·ſed nō ſunt hec
onera que nos ſoli portare queamus uel ſedes apoſtolica
ualeat per ſe ipſam tolerare·facimus tamen quod poſſumꝰ
& quieſcentibus aliis qui nobis auxilio eſſe deberent inſta
mus acceleramus urgemus nihil omittimus ex his que fa
cultates noſtre permittunt·neceſſaria nobis detrahimus ut
incumbenti neceſſitati pro parte nobis poſſibili ſubuenia-
mus·que cum ita ſint audent tamen nonnulli parum quidē
religioſi & ad commune bonum minus intenti nos redar
guere·quod ab'his pecunias recipimus qui promouentur
quamuis ſponte oblatas in claſſem contra turcos emiſſam
quod quam inique agunt iam plane proſpicis·ſed aiunt ple
riqꝫ concordate de quibus mentionem ſupra fecimus per
nos minime obſeruari affirmantes electiones Epiſcoporū
aliorumqꝫ prelatorū nos paruipendere ac prorſus obiicē

quod pari modo neqꝫ uere neqꝫ iuſte nobis obiicitur· neqꝫ
enim electiones prelatorũ in Germania factas quouis pa
cto contemnimus·neqꝫ ex concordatis omnes paſſim elec
tiões confirmare tenemur·Sed illas tantummodo que ca
nonice reperiuntur·quod quidem a nobis diligenter cuſto
ditum eſt·Nunquam enim aliquam electionem reiecimus
quam repperimus eſſe canonicam·Viros autem quaꝫ plu
res illis eccleſiis ſiue monaſteriis preficimus in quibus ele
ctis etiam minus canonice pretendebantur· Quod ſi ali
qui ſunt qui confirmationem petentes non obtinuerint·ſunt
autem pauciſſimi | Sciant ſe idcirco ex ſua petitione ceci⸗
diſſe quia nec canonica fuerat eorum electio nec promotio
eccleſiis ad quas uocabantur fuiſſet utilis Poteſtate autẽ
illa que nobis ex diuino atqꝫ humano iure ſimulqꝫ concor
datis ex predictis competit prouidendi eccleſiis de perſo
na magis idonea etiam ſi canonica in illis electio facta re·
periatur adhuc non ſumus uſi nec uti proponimus niſi ex
magna & urgentiſſima cauſa·Super reſeruationibus au⸗
tem ceteriſqꝫ beneficiorum prouiſionibus de quibus ſimi⸗
liter accepimus querelas coram tua Serenitate fuiſſe pre⸗
poſitas non ſumus memores aliquid a nobis eſſe conceſ⸗
ſum contra concordata predicta·Quod ſi quid tale fac⸗
tum eſt ut ſepe in multitudinem litterarum ac negociorum
aliqua tranſeunt neqꝫ bene digeſta neqꝫ bene reuiſa nõ eſt
intentionis noſtre aut ordinariorum menſibus derogare·
aut concordatis ipſis contrauenire· Quinimmo quam⸗
uis liberrima ſit apoſtolice ſedis auctoritas nulliſqꝫ debe⸗
bat pactionum uinculis coherceri·ex mera tamen liberali⸗
te noſtra ex zelo quem gerimus ad pacem·ex caritate qua
te tuam ꝑ nationem proſequimur· Concordatis ipſis lo⸗

cũ eſſe uoluimus·nec patiemur ea temere uiolari dum Ro
mane ſedis gubernacula retinebimus·Si quid preterea eſt
quod ipſi nationi moleſtum uideatur ex his que prodeunt
ex noſtro ſolio·Idqꝫ fortaſſe dignum emendatione cenſe⸗
tur·poſſumus eniꝫ & nos ut homines aliquando labi atqꝫ
errare in his maxime que facti ſunt non decet Epiſcopos
aut alios quoſuis mortales ſuper apoſtolicam ſedem auc
toritatem ſibi uendicare·aut illos imitari quoquomodo q̄
peſſimo more deteſtabiliqꝫ exemplo in perniciem eccleſia
ſtice Ierarchie in confuſionem mixti corporis chriſti in ani
marum ſuarum ruinam leges ſibi conſtituunt·per quas li⸗
citum ſibi eſſe arbitrantur apoſtolice ſedis mandata con⸗
temnere ac pro ſuo uoluntatis arbitrio eccleſiaſtica diſpo
nere ſpiritualiaqꝫ negocia·nam qui talia preſumunt ali
eni ſunt·deum patrem ſuum appellare non poſſunt· qui ma
trem eccleſiam recognoſcere nolunt· Sed tanquam mem⸗
bra uel putrida uel arida a reliquo corpore recidi debent·
nulli enim permiſſa facultas eſt ut contra romanam eccle⸗
ſiam omnium fidelium matrem ac magiſtram recalcitrare
poſſit·uel ſe ab illius imperio ſubtrahere· Commedendus
eſt una in domo paſchalis agnus·manere oportet in Ar⸗
cha regnante diluuio cui cura eſt ne pereat·unus deus una
fides unuꝫ baptiſma·unus chriſti uicarius in terris eſt qui
celos benemerentibus aperit·claudit auteꝫ malignantibꝰ
ſi quis autem arbitratur ſecum non bene agere apoſtolicã
ſedem recurrere ad eam debet grauamen ſuum exponere·
remedium petere·nunquam pia mater filiorum deſiderio
deerit·quod uiderit ad ſalutem eorum pertinere·Et tu er⸗
go Sereniſſime Imperator ſi quid arbitraris tue nationis

prelatos habere quod per nos emendari debeat admone
eos hortare & urge ut ad nos uenientes ſuas nobis neceſ
ſitates exponant grauamina referāt deſideria proferant·
nam uotis eorum que a rationis tramite non diſcordent tā
to libentius annuemus quanto cōfidentius eos ad nos re
curſurum habere uidebimus· ceterum quia cariſſimum in
christo filium noſtrum Ladiſlaum Hungarie ac Bohe-
mie Regem illuſtrem nondum reconciliatum tibi eſſe per
cepimus· ſed adhuc inter te atqꝫ ipſum lites eſſe ferunt per
ingentes· q̃uis nō dubitamus pro tua te ſapientia ea dum
taxat ſeu querere ſeu uelle que ſint equitati ac iuſticie con
ſona quia tamen diſcordia ueſtra tanto magis nos angit·
quanto magis christiane reipub· damnum reſultat· Sereni
tatem tuam rogamus ut ante oculos tuos ponas primum
cum quo contendis & ubi contendis quia cum carne tua
cum ſanguine tuo cum fratre tuo & in domo tua in agris
paternis· in hereditate auita bellum geris· in quo nec per-
dere nec uincere tutum eſt· conſidera ꝙ tu Imperator es
aduocatus eccleſie protector fidei catholice primus inter
ſeculi principes· primus qui arma pro defenſione religiōis
noſtre induere debeas· conſidera ꝙ tu ille es in quem om-
nium christianorum oculi coniecti ſunt· qui ſi quemadmo-
dum tibi ex officio incumbit aduerſus impiam turcorū gē
tem arma promoueris uniuerſos forme reges ac principeſ
ut te ſequantur prouocabis · labentemqꝫ rem christianam
magnifice ſubleuabis· ſin uero domi manſeris aliis occu-
patus curis nemo erit qui bellum christi gerere uelit· eriſqꝫ
tu ipſe cauſa cur noſtro tempore fides catholica negliga-
tur· intellexiſti que fecerunt turci ſuperioribus annis ut Cō
ſtantinopolim orientalis imperii caput ac totius Grecie



columen inuaſerunt ut urbes q̃ plurimas incenderunt · ut
christianum ſanguinem effuderunt ut altaria euerterunt ·
ut ſanctorum reliquias canibus obiecerunt· ut Imagines
dei noſtri glorioſeqꝫ matris eius aut lanceis effoderūt· aut
ſputis lutoqꝫ deturparunt· ſcis que nunc cogitant que pa-
rant que moliuntur· nullum illis ſtudium ardentius nulla
cura propenſior eſt quam ut ea agant per que poſſint chri
ſtianam gentem funditus perdere· vincula verbera neces
fidelibus omnibus comminantur· prope eſt eorum gladius
& adeſſe feſtinant tempora· & tu interim ac patruelis tu-
us arma que merito in hoſtes fidei uerterentur contra ſub
ditos & vaſallos ueſtros exercetis· dices fortaſſe quieuiſ-
ſem niſi me magna neceſſitas impuliſſet· ſed parare fuerunt
inſidie mihi· hereditas mea in periculo poſita eſt· coactus
ſum arma pro defenſione mea capeſcere· Inuitus pugno
cum ſanguine meo poſſibile eſt quod ais nihil inficiamur·
age ſint uera que refers omnia· ſit iuſtiſſima tua cauſa· at
iuſtius eſt pro christo pugnare & maior neceſſitas eſt he-
reditatem christi q̃ tuam defendere· ſi tua perit eſt adhuc
ubi ſalueris· ſin perit christi hereditas quod tamē nullo pa
cto futurum putamus & tuam hereditatem perire oportet
& christiane reipub· fundamenta corruere· cogita igiť de
communi periculo prius & maiora minoribus antepone·
exquirito omnes uias quibus cum patruele tuo quantum
ſanguine iungeris tantum dilectione & affectu ſincero co
puleris· nec illi imputes quoquomodo que per alios etati
tenere ſubgeruntur· audiuimus dilectuꝫ filium nobilem ui
rum Lodouicum Bauarie ducem inter te & ipſum patru
elem de pace acturum in Auſtriam deſcendiſſe· credimus
& dilectum filium noſtrum Iohannem Cardinalem ſancti

angeli apoſtolice ſedis legatuȝ quemadmodum ſibi ſcrip
ſimus eiſdem tractatibus interfuturum. Age flecte animū
& amplectere bona mente concordiaȝ. noli omnia que tibi
debentur exquirere eſto contentus his que potes obtinere.
nec graueris pro bono pacis de tuo iure pauca dimittere.
deus pro cuius cauſa pacem accipies maiora tibi retribu-
et. commendabunt omnes ſapientiam tuam que furori tem
perantiam arrogantie humilitatem. duriciei manſuetudinē
tenacitati largitatem obiecerit. Sit finis aliquando ciuilis
& inteſtine diſcordie ut tandem cum patruele tuo reconci
liatus & tu & ipſe ceteriq̃ germanice terre proceres quo
rum conſueuit in armis eſſe inuicta uirtus unitis iam uiri-
bus ac concordibus animis in turcos militaria ſigna fera
tis. infelices chriſtianos qui per Greciaȝ captiui merentur
a iugis ſeruitutis eximatis ac regiam ciuitateȝ que de Cō
ſtantino cæſare nomen habet q̄ turpiter pridem amiſſa
fuit tam glorioſe recuperetis. Hæc ſcripſimus tue ſereni
tati non ſine fiducia ſingulari pro ea qua tibi & inclite na
tioni tue ingenti caritate ſumus affecti. Tuum eſt ut hæc
tam bono animo recipias q̄ ſunt a nobis optimo corde
prolata. Datum Rome apud ſanctum Petrum. pridie ca-
lendas Septembris. Milleſimoquadringenteſimoquin-
quageſimoſeptimo. dictata per Eneam Cardinalem Se-
nenſem.

Neas Cardinalis Senenſis Otboni & La
donico Bauarie ducibus. S. P. D. obtinuiſtis
tandem eccleſiam Ratiſponenſem Reueren
do patri Ruperto filio & nepoti ueſtro com-
mendari. ſatiſfactum eſt deſiderio ueſtro. merebatur incli-
ta domus ueſtra exaudiri in ſuis precibus nec talis eſt ec-



cleſia Ratiſpanenſis que uel probitati uel nobilitati eiuſ-
dem ruperti ſatiſfaciat. duo tamen obſtabant petitionibus
ueſtris etas ſcilicet promouendi minor & capituli ipſius ec
cleſie deſideriuȝ a quo erat alius electus. nō indignus neq̃
ignobilis. ſed cum repperiſſet pietas domini noſtri electio
nem ipſam minus canonicam eſſe & hinc electi inde ruper
ti merita libraret pretulit deniq̃ nobiliorem. nec putauit in
etate momentum eſſe faciendum quam tante domus clari
tas communiſſet. eſt igitur ueſtrum recognoſcere hoc bene
ficium ab ipſo ſanctiſſimo domino noſtro qui & ſi fecit qđ
debuit. honorandus eſt tamen iuuandus & extollendus q
hoc tempore nobilitatis cultor & conſeruator exiſtit uerū
cum eccleſiam ratiſpanenſem que olim florentiſſima fuit &
a progenitoribus ueſtris fundata magnis opibus abunda
uit. iam pauperem ac pene ruentem & undiq̃ laceraȝ eſſe
intelligamus nobilitatem ueſtram rogamus obnixe ut po
ſtq̄ ad ueſtras manus rediit & caro ueſtra illi preeſt ita
efficere uelitis ut palam omnibus fiat uos non uerbo ſed
opere ipſius eccleſie protectores & aduocatos exiſtere. ſit
uobis commendata cleri libertas. date operam ut diſtrac
ta & impignorata bona abſq̃ grauamine cleri recuperen
tur. ſit ipſe rupertus ouium ſuaruȝ non lupus ſed paſtor ſit
canonicorum & aliorum clericorum non tirannus ſed pa-
ter. meminerit quia iubet apoſtolus ne dominetur in clero
ſed tanq̄ forma facti gregis eccleſie preſidiamus. nouerit
non ſe eccleſie ſed eccleſiam ſibi commendam eſſe. commē
damus deniq̃ excellentie ueſtre venerabilem henricum de
Habſperg cuius electio nō ſuis demeritis ſed propter ob
miſſas iuris ſolēnitates reiecta eſt. Dignus eſt certe cui ru
pertus & qui res ſuas gerent non inſultent ſed compatiant

non iniuriantur ſed faueant potius & ipſum ament. Eſt eniꝫ
uir bonus & cuius nobilitati ingenii correſpondent moreſ
etenim manifeſta eſt nobis eius probitas. nam licet multa
in eum queſita ſint teſtimonia ad eius famam denigrandā
nemo tamen repertus teſtis eſt qui eius honori detraxerit
paſſus eſt uir bonus non modicam iacturam. uenit romaꝫ
cum grauibus expenſis. fuit hic ea parte anni quando eſt
ardentior & periculoſior aer & perpeſſus eſt complures
labores & tandem ſuccubuit. proſequebatur cauſam ſuaꝫ
querebat honorem quem ſibi debitum exiſtimabat. fecit
quod ceteri mortales agunt. naꝫ quis eſt qui electus in epi
ſcopum alicuius eccleſie non conetur electionem ſuam tue
ri & a ſummo pontifice confirmationem obtinere qui epi
ſcopatum querit inquit apoſtolus bonum opus querit. ue
rum ea uſus eſt modeſtia ea grauitate in ſuo iure proſequē
do ut nullius unꝙ̄ honori detraxerit nullius fame preiudi
cauerit. nullius perſonam in diſcrimen adduxerit. Idem fe
cere & qui cum eo miſſi ſunt a capitulo. teſtes nos ſumus
coram quibus cauſa agitata eſt quamuis in electum ipſum
& eligentes nonnulla etiaꝫ crimina obiicerentur per procu
ratores ruperti. ipſe tamen electus & ſequaces eius nihil
aliud queſiuere ꝙ̄ ſe purgatos atqꝫ innocentes oſtendere.
de ruperto nihil unquam reprehenſione dignuꝫ dixere. ſed
tam ipſum quaꝫ progenitores ſuos & excellentias ueſtraſ
ipſamqꝫ Bauarie domum cuꝫ magna ueneratione cū ſum
ma reuerentia & ſingulari quadam maieſtate nominaue
runt quibus ex rebus iuſtum & ſupra ꝙ̄ iuſtum eſſe puta
mus ut eundem Henricum & qui cum eo uenere commen
datiſſimos ſuſcipiatis eiſqꝫ fauentes ac conſiliis & auxili
is aſſiſtētes quod eſt uere nobilitatis erga eos oſtendatis



que uiciſſe contenta non inſultat uicto. ſed uictum ſepe iacē
tem eleuat & in partem felicitatis aſſumit. hec pro noſtra
erga uos caritate & inclitam domum ueſtram affectione
dixiſſe uoluimus ꝙ̄uis ſciremus nobilitatem ueſtraꝫ quod
ſcribimus per ſe ipſam id fuiſſe facturum. Datum Rome
die quarta ſeptembris. Milleſimoquadringenteſimoquin
quageſimoſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis Otboni & Lu
dovico Bauarie ducibus. Sa. P. D. Annuit
ſanctiſſimus dominus noſter precibus ueſtris
ac ratiſpanenſem eccleſiam Reuerendo patri
domino ruperto filio & nepoti ueſtro commendauit uolu
iſſet apoſtolica pietas eam eccleſiam multo maiorem ⁊ di
tiorem fuiſſe & talem que nobilitati & moribus ipſius ru
perti ſatiſfaceret. ſed qualiſcunqꝫ eſt recipi debet alacri ani
mo ⁊ habende ſunt ingentes gratie eidem domino noſtro
qui ualde libenter deſiderio ueſtro ſtuduit complacere. cō
mendamus igitur excellentie ueſtre eccleſiam ipſam & cle
rum eius quamuis certi ſumus fundationem progenitorū
ueſtrorum in manibus ueſtri ſanguinis conſtitutam felici
bus incrementis augendam eſſe. inſuper quia uenerabilis
uir Henricꝰ de Habſperg qui fuit electus a capitulo in ꝓ
ſecutione iuris ſui modeſtiſſime ſe habuit. idemqꝫ fecerunt
qui cum eo miſſi fuerunt ad confirmationem electionis pe
tendam. dignum cēſemus ut eos benigne recipere & trac
tare uelitis non permittentes eis aliquam inferri moleſtiaꝫ
uel iniuriam. nam cuꝫ ipſi tam de prefato ruperto ꝙ̄ de uo
bis & inclita domo Bauarie cum ſumma ſemper ueneratī
one loquuti ſint & proſequendi ius ſuum honeſtaꝫ cauſaꝫ

habuerint non eſſet conueniens eos propterea iacture ali-
quid ferre· ſcimus hec per ſe nota eſſe prudẽtie ueſtre· ideo
non plura ſcribimus· tantũ rogamus ut ſi qui ſint qui eos
in conſpectu ueſtro criminari uoluerint tanq̃ litigando in
hac curia honori ueſtro detraxerint nolitis illis credere·
ſed nobis potius fidem prebere coram quibus eſt cauſa a-
gitata & qui uobis ueritatem ſcribimus· Datum Rome
die ſeptima ſeptembris· Milleſimoquadringenteſimoqui-
quageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Henrico ſenft-
leben· S· P· D· Scripſiſti nobis his diebus fre
quentes litteras pro quibus gratias agimus
tibi qui ueri & optimi amici officium imples
intelleximus illarum diſturbia partiũ· dolemus principes
ueſtros non tam ſe beniuolentia q̃ ſanguine contingere cu
ius rei culpam non ipſis aſſcribimus ſed illis quorum uo-
ces pre ceteris audiuntur· infortunium eſt hoc noſtri tem-
poris ut tunc potiſſime diuiſi ſimus cũ expediret maxime
unitos eſſe· ſed dabit deus his quoq; finẽ· pro electo Vra
tiſlauienſi laborauimus diligenter & tandem confecimus
quod petebatur· nam tria milia ferme ducatorum remiſſa
ſunt· in qua re intelliges ex Venceſlao que fuerint partes
noſtre rogamus uelis eſſe cum maieſtate regia ab ea litte
ras oportunas impetrare ad sereniſſimum Polonie regem
& alios ut opus eſſe putabis duplicatas· nã ipſe Venceſ
laus offert ſe iturum nomine ſuorum dominorum in Polo
niam & nos ſtatim mittemus Bartholomeum canonicum
Varmienſem cũ litteris & procuratoriis oportunis & ne
ceſſarium eſt quod ambo habeant litteras regias· poteris

uti preſidio dominorum ducũ Bauarie Ludouici & otho
nis ad impetrandas litteras regias· nam nos eiſdem duci
bus per hos dies non paruum obſequium fecimus· qui re-
pugnantibus fere ceteris cardinalibus ſanctiſſimo domi-
no noſtro ſuaſimus conſanguineum eorum Rupertum ad
ratiſponenſem eccleſiam promouendum eſſe cum eſſemus
commiſſarii & alterius electionem inueniſſemus non uale
re mittimus litteras credentiales quarum uigore poteris
eis ſupplicare ut tibi aſſiſtant ad regias litteras impetran
das· Procopio & nicolao ſcribimus quos arbitramur ſu-
os fauores non negaturos Cardinalem ſancti angeli uelle
mus apud uos eſſe ut eius ſumma ſapientia lites auſtriali
ce componerentur· rogamus ut noſtras litteras ſibi tranſ-
mittas & deniq; cures ut uenientibus dictis Venceſlao ⁊
Bartholomeo littere que neceſſarie ſunt in promptu habe-
antur· de nouitatibus harum partium pauca ſunt que ſcri-
bere poſſimus· eaq; ſunt huiuſmodi ut· ſ̃· in littera Impera
toris· Vale optime die ſeptima ſeptembris· Milleſimo-
quadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Imperatori Fe
derico· S· P· D· Accepi ſuperioribus diebus
litteras tuas ſuper negocio concernente reue
rendum patrem epiſcopũ Iaurinenſem intro
duci ad ſanctiſſimum dominum noſtrum nunciũ tuum ob
tinui literas fieri· ſecundum deſiderium maieſtatis tue q̃s
idem nuncius apportabit· ſupplico ſerenitati tue digneris
ita facere ut capitaneus in Vorchenſtein nõ ſit nimis one
roſus illi eccleſie Iaurineñ· q͞a re u͞a multũ exorbitat ⁊ g̃uat
clerũ· tua maieſtas ſemꝑ pia fuit & ſacre religioni affecta·

continuet in hac ſua gloria tua pietas nec patiatur a ſuis
officialibus uexari clerum quem ſemper miſericorditer tra
ctauiſti· hec dico quia cupio ſemper honori tuo bene cōſul
tum eſſe· accepi & alias litteras quas in facto ratiſponen-
ſis eccleſie tranſmiſiſti ruperto fauentes· iaꝫ ille promotus
erat ad ipſam eccleſiam quia reperta fuerat electio capitu
li inualida· cauſa mihi commiſſa erat & ego in conſiſtorio
relationem feceram poſtq̄ dominus noſter conſiderauit
ſcripta que prius tua Maieſtas miſerat fundata ſuper ele
ctione canonica non dubitauit quin ea reperta inualida ꝓ
motionem ruperti commendares· quod etiam ego ita pu-
taui futurum· & ita complacitum eſt illi nobiliſſime domui
inſuper gratias ago maieſtati tue pro litteris ſanctiſſimo
domino noſtro & ſacro collegio ſuper facto Varmienſis
eccleſie in meum fauorem miſſis· nunc cum idem domin⁹
noſter eccleſiam illaꝫ mihi commendauerit ſupplex oro ut
digneris litteras oportunas in bona forma ſcribere ad ſe
reniſſimum Polonie regem ſubſcribendo illas manu pro-
pria ut maior uideatur affectio· rogantes eum ut procura
toribus meis poſſeſſionem ipſius eccleſie aſſignari faciat·
Veniet enim infra paucos dies unus ex procuratoribus
ipſis ad ſerenitatem tuam pro litteris accipiendis quem cu
pio celeriter expediri· de nouitatibus harum partium hec
tantummodo ſcribere poſſum· rex Aragonum maximam
& potentiſſimam habet in mari claſſem minatur Genuen-
ſibus· ſed aliis quampluribus terrorem incutit· comes Ia
cobus piccininus cum exercitu regnum Apulie exiturus
eſt propediem· dicit ſe contra Sigiſmundum malateſtam
arma ſumpturum· ſunt tamen qui ſenenſibus & qui eccle-
ſie romane timendum putant· Vrſini & Comes Euerſus

inter ſe contendunt nec finis poteſt inueniri diſcordie· Car
dinalis de Vrſinis quaſi papam timeret ex Vrbe iampri
dem receſſit· & inde ſimultates non pauce exorte ſunt inter
ipſum & romanum preſulem· miſſus eſt tamen modo per
collegium cardinalis ſancti marci qui eum apoſtolice pie-
tati reconciliet· neſcio qui fructus ſequetur· non ſumus ſine
periculo inteſtini belli ſi Vrſinorum domus implicata re
manſerit· Ex oriente nouitas allata eſt· fratrem cardinalis
portugallēſis ueneno periiſſe in Cypro qui regnaturus eo
profectus erat ac filiam regis duxerat Turchorum claſ-
ſis miſiſtenem inſulam magno conatu uexatura fertur· ſed
auxilio illi erit legatus apoſtolicus cum triremibus ſuis et
rhodienſi manu alia que ſcribam non habeo· cōmendo me
humillime ſublimitati tue ad cuius mādata ſemper ero pa
ratus· Ex roma die· undecima ſeptembris· Milleſimoqua
dringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Ladiſlao regi
Hungarie· Se· P· D· Q· ue ſcripſiſti mihi ſu
per negocio Vratiſlauienſis electi curaui di
ligenter atq; peregi q̄uis res eſſet difficilis et
pecuniaria· Geſtus eſt mos tue ſerenitati & remiſſa eſt ele
cto magna pecunie pars· laboraui quoq; ut ſatiſfieret deſi
derio tuo circa Ratiſpanenſem eccleſiā & obtenta eſt tua
uoluntas· prefectus eſt eniꝫ illi eccleſie illuſtris princeps ru
pertus Bauarie dux cōſanguineus tuus· fui ego in ea cau
ſa commiſſarius & quemadmodum debui conatus ſum eā
relationem facere que ueritate eidem ruperto utilis eſſet·
feci id libenter quia intelligebam me ſublimitati tue ſimul
& inclite domui Bauarie complacere & eccleſie illi bene

conſulere nec plura de hoc· Verum ſereniſſime rex cuꝫ tua
pietas dignata fuerit ſanctiſſimo domino noſtro ꝑ me ſcri
bere atqꝫ inſtanter ſupplicare ut eccleſia Varmienſis mi
hi commendaretur· idqꝫ iam factum ſit rogo & obſecro ut
ceptum continuans beneficium ſereniſſimo regi Polonie
ſororio tuo urgenter ſcribere digneris pro poſſeſſione ipſi
us eccleſie meis procuratoribus danda· quemadmodum
Henricus Senfleben decanus Vratiſlauienſis tue ſubli
mitati latius declarabit neceſſarium eſſe· Idem etiam cel
ſitudini tue nouitates harum partium quas ſibi ſcribo ſeri
oſius exponet· nec alia impreſentiarum niſi ꝙ me tue ſubli
mitati iterum atqꝫ iterum commendo ad eius ſemper man
data parati· Ex Roma undecima die ſeptembris· Mil
leſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis Procopio Can
cellario Bohemie· S·P·D· Quamuis raro
nobis ſcribis ex nicolao tamen ſimulqꝫ Hen
rico Senfleben intelligimus te ueterem erga
nos beniuolentiam retinere & omni officia ueri amici ſa
tiſfacere· nõ reperimus que pro nobis feciſti· ſunt enim plu
rima nec nos hi ſumus qui referre gratias ualeamus illud
tamen quod poſſumus facimus· redamamus magnificen
tiam tuam ⁊ animum habemus paratũ omnia facere que
tibi grata ſint & nobis poſſibilia id oſtendemus ſi quando
pro uenerabili Germano tuo prepoſito vicegradenſi aliqd
acciderit· quod ſibi utile futurum putemus & in noſtra po
teſtate conſiſtat· interea rogamus te ut perſeueres in offi
cio caritatis & tui Enee ſemper memineris· Inſuper quia
mittemus propediem procuratores noſtros cum litteris

apoſtolicis ad capiendam poſſeſſioneꝫ Varmienſis eccle
ſie ſi ſaltem haberi poterit· Rogamus amicitiam tuam ut
eas litteras impetrare uelis a regia maieſtate· quas Hen
ricus predictus dixerit oportunas nam totum pondus hu
ius rei cõſequende in ſereniſſimo rege ipſo Hungarie ac
Bohemie conſiſtit ut qui ceperit perficiat· erimus nos in e
ternum ſue maieſtati & tibi obligati· quippe qui eam eccle
ſiam ſuo ⁊ tuo fauore obtinuerimus conabimurqꝫ ſemper
nos gratos oſtendere· credimus cardinalem ſancti angeli
iam apud nos conſtitutum eſſe· quod ſi ita eſt commenda
nos ſue dignationi tanꝗ patri uenerando digniſſimo· Que
ſunt apud nos noua ſcribimus ipſi Henrico tibi communi
cando· feruet apoſtolica mens deſiderio exterminandi tur
cos· ſed principes chriſtiani inter ſe diſſidentes pium eius
propoſitum prorſus deſerunt· deus meliora prebeat quã ſpe
ramus· Vale optime Ex Roma die undecima ſeptembris
Mcccclvii.

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Cardi
nali Sancti Angeli Salutem Plurimam Di
cit Breues more tuo ſcripſiſti ad me nuper e
piſtolas uidi eas libenter qui ſignificabant te
ex Boſna reuerſum prope Hungariam degere ac bene ua
lere· quod pre ceteris mihi iocundiſſimum fuit· Spero hec
ſcripta mea repertura eſſe in Auſtria perſonam tuam in
terminiores gentes utinam ita fiat· Nam preſentia tua fu
turum opinor ut principes illarum partium prorſus com
ponantur· Ait enim Epiſcopus Cardinalis Papienſis

ſe cum anno ſuperiori ageret in auſtria omnes lites inter
Imperatorem & regem Hungarie adeo attenuaſſe·ut pa
rum ad integram concordiam ſuperfuerit· compoſuiſſetq;
omnino partes ipſas ut eſt opinio niſi coactus fuiſſet No
rimbergam aſcendere·exiſtimo igitur haud dubie dignati
onem tuam fine debito terminaturam quod ille infectum
reliquit·ſi tamen ita eſt ut compoſitioni tam parua ut refe
runt res defuerit·utrunq; ſit elaborandum eſt in eo nego⸗
cio nec minus erit compoſuiſſe Imperatorem & Regem
q̃ turchum deleuiſſe·& ego quidem hanc coronã tue dig
nationi auguror & opto·Nouitates harum partium non
dubito intelliges ex aliorum litteris· ex me tamen hec pau
ca habe·Rex Aragonum maximam habet in mari claſſẽ
galearum ſupra·xxx· nauium onerariarum· vii· minorum
nauigiorum q̃ plurimũ dicit ſe iturum in Cathaloniã ut
inde fortior redeat contra Florentinos·indeq; factũ eſt ut
rex portugallie aduentũ ſuum ſuſpenderit·Genuenſes hanc
regis claſſem contra ſe armatam putant· ſimulq; cum eis
florentini & ſenenſes timent·certitudo nulla eſt quid tan⸗
dem rex intendat·comes Iacobus piccininus cum exerci⸗
tu circiter quinq; milium bellatorum exiturus regnum fer
tur·territat eccleſiam ſimulq; ſenenſes cum ſe contra ſigiſ
mundum malateſtam profecturum minatur·Vrſini & co
mes tacerſus adhuc inter ſe litigant Cardinalis de Vrſinis
iã pluribus diebus e curia receſſit ueritus ne quid ſibi ſiniſtri
accideret·Cum papa exercitum miſiſſet aduerſus fratres
eius·Nunc Rex Aragonum Vrſinorum familiam in ſu
am protectionem recepiſſe fertur·Timor eſt ne Roma⸗
nus ager nouis inuoluatur litibus·Miſſus eſt tamen Car
dinalis ſancti marci ex parte collegii ad ipſum dominũ de



Vrſinis ut ſi poſſibile ſit controuerſie componantur·Do⸗
minus noſter ſanctiſſimus iterum duas galeas cum pecu⸗
nia ad legatum mittit in orientẽ·facit pius pater quod po
teſt·ſed relinquitur a principibus nec ſolus poteſt tanti bel
li molem ſufferre·Imperator turcorum contra Mitilenem
miſſurus claſſem fertur non modicam·ſed dominus Inſule
ſpe legati fretus & auxilio Genuenſium nauale bellum in
trepidus manet in Albania dicunt Scanderbechiũ mag⸗
nalia perpetraſſe contra turcos quod ſi uerum eſt melius
tua paternitas reuerendiſſima que per id temporis prope
fuit exploratum habuit cupio ut tandem redeas nec uelis
triennium cõplere niſi principes contra turcos excitari poſ
ſe confidis commendo me dignationi tue ad eius ſemper
mandata paratum·Ex Roma die·vndecima ſeptembris·
Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Nicolao Liſcio
S·P·D·Grate fuerunt nobis littere tue qui⸗
bus Germanica negocia ſignificaſti utinam
melius ſe res haberent·ſed ferẽda ſunt que no
bis tempora dantur·faxit deus ut principes illi noſtri ali⸗
quando cõcordes ſint·ne q ſint ſanguine proximi odio diſ
iungantur·gaudemus procopiũ conualuiſſe & noſtri me
morem eſſe·cupimus nos ſue magnificentie ſepius efficiaſ
commendatos·ſcribimus regi maieſtati & ſibi de litteris
neceſſariis ad obtinendam eccleſiam Varmienſem·roga
mus in ea re tuo more ſis uigil·& ita efficias quemadmo⸗
dum Henricus Senftleben experietur qui conditiones illi
us patrie nouit·& noſter eſt fideliſſimus amicus·ab eo ſci
es que ſunt hic noua·fluctuamus & nos more hominum

nauigantium frater tuus Volaterras repetiit. Italia mul
tis in locis peſte laborat. ſed potiſſime Sena. nam que bel
lo afflicta fuit. & caritate annone nunc quod tertium erat
morbo langueſcit. Vale & nobis ſepius ſcribe. Datum
Rome vndecima ſeptembris. Milleſimoquadringenteſi
moquinquageſimoſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis Vlrico Rieder
S.P.D. Recepimus litteras tuas quas red
didit nobis Iacobus Imperatorie maieſtatis
nuntius. Agimus tibi gratias ꝑ litteris ſcrip
tis in facto ecclefie Varmienſis. ſcimus enim te eas dic-
taſſe & expediri feciſſe. nunc opus eſt ut alias iterum expe
diri facias ad ſereniſſimum regem Polonie & alios ꝑut
opus fuerit. quemadmodum latius te admonebit procura
tor noſter quem ſtatim mittemus ad poſſeſſionem capien-
dam ſuper facto iaurinenſi expediuimus litteras iuxta de
ſiderium maieſtatis imperatorie quas ipſe iacobus ſecum
apportabit. rogauit ipſe nos ut concederemus ſibi pecuni
as. conceſſimus primo ſex aureos & deinde iterum roga-
uit nos ut alias pecunias ſibi mutuaremus pro redito ne-
ceſſarias Fecimus illas ſibi concedi per banchum & obli
gauimus nos pro eo intuitu maieſtatis imperatorie cui de
bemus omnia. voluiſſemus ꝙ ipſe babuiſſet aliqua ſcripta
uel maieſtatis eiuſdem uel tua libentius ſibi ſubueniſſemꝰ
tamen quia nuntius imperatoris eſt noluimus eum derelin
quere ſicut ab eo intelliges. rogamus des operam cum eo
poſtquā redierit ut nobis ſatiſfaciat. intelleximus de diſpē
ſatione tua. erimus cum correctore & uidebimus quid fa
ciendum ſit. ſcito ꝙ littere nulle poſſunt obtineri gratis ab

iſto papa niſi pro perſona imperatoris. ſi uis ꝙ exponamꝰ
pecunias pro te ſcribe nobis & libenter id faciemus. quia
quamuis pauperes ſumus adbuc tamen pro te inueniemꝰ
centum aureos cum opus fuerit. babebis cum preſentibus
litteras ad iobannem binderbachium. rogamus eas ſibi
mittas ubicunqꝫ fuerit. ⁊ nos ſublimitati imperatorie com
mendes ad cuius mandata paratiſſimi ſumus. Datū Ro
me die vndecima ſeptembris. Milleſimoquadringenteſi-
moquinquageſimoſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis iobanni binder-
bachio. S.P.D. Laborauimus diu tui cauſa
aduerſus aduerſarium tuum ſuper prebenda
ratiſponenſi & deniqꝫ peperimus tibi pacem
obtinuimus. namqꝫ prebenđ. prouiſi ratiſponenſi dari do
mino bummāno ut tibi quies eſſet ⁊ ita factum eſt. boc ſcri
bimus ad conſolationem tuam. rogamus ut nos impera-
torie maieſtati commendes & iuues nos ad poſſeſſionem
babendam eccleſie Varminſis. Vale optime Ex Roma
die vndecima ſeptembris. Milleſimoquadringenteſimo-
quinquageſimoſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis Ludouico Ba-
uarie duci. S.P.D. Veniet ad excellentiam
tuam uenerabilis uir benricus ſenftleben & a
liqua noſtro nomine referet cui rogamus ut
plenam credentie fidem preſtare uelis ⁊ in his que uice no
ſtra petierit benignum impartiri fauorem quemadmodū
de tua erga nos caritate plene confidimus. ab eo etiā ſci
es negociū eccleſie ratiſponeñ. ꝑ tuo deſiderio expeditū

eſſe in qua re fecimus quod uires noſtre potuere ut honori
tuo ſatiſfieret· Datum Rome die vndecima·Septembris·
Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Ludouico duci
Bauarie· S·P·D·Sigiſmundus Scbretil bo
ne indolis adoleſcens primuſ huc uenit in cau
ſa Ratiſpanenſis eccleſie primuſqꝫ litteras tu
as nobis reddidit inſtetit die noctuqꝫ diligentiſſime labo-
rans ut deſiderio tuo ſatiſfaceret cum iam res ſit ad uotum
expedita dignus eſt qui benigno fauore tractetur· Roga
mus igitur ut ruperto adminiſtratori Ratiſponenſi con-
ſanguineo tuo eum commendare uelitis atqꝫ ita efficere ut
de primo beneficio uacatura ei cõuenienti ſibi omnino ꝑ
uideatur·redderis enim mercedem condignam ſuis labo-
ribus & nobis ſingularem complacentiam facieris qui eũ
iampridem nouimus & pro ſua uirtute dileximus·datum
Rome die·vndecima ſeptembris· Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Martino mayr
S·P·D·Sunt nonnulli tue nationis homines
parum penſi habentes quibus Romani ponti
ficis auctoritas neqꝫ neceſſaria eſſe uidetur
neqꝫ a chriſto inſtituta·contra quos hanc epiſtolam ſcribe
re & tibi tranſmittere decreuimus ut ſi quando tales te ho
mines adierint habeas ex nobis quo gladio eorum teme-
ritatem confodias·nam eos non ſolum ſcripta iura refel-
lunt ⁊ auctoritas eccleſie longe lateqꝫ diffuſa·ſed ipſa quo
qꝫ naturalis ratio eius aduerſa eſt que lex nature immobi
lis & inuariabilis adeo fixa eſt ut neqꝫ epicheiam ferat·



Audi ergo quomodo iſtos reuincimus refellimus proſter
nimus cum chriſtianis nobis queſtio eſt qui euangeliuȝ re
cipiunt & chriſtum dei filium pro noſtra ſalute incarnatũ
& paſſum fatentur·hi nobis aut quaqꝫ negabunt ſacramẽ
ta in eccleſia ab ipſo dei filio eſſe inſtituta quibus ad ſalu-
tem noſtram utimur·Baptiſmi confirmationis·Eucariſtie
Penitentie Ordinis Matrimonii·& Vnctionis extreme
quorum unum quod eſt principaliſſimum ſcilicet ordinis a
liorum duorum que potiſſima eſſe uidentur·Eucbariſtie ac
penitentie miniſterium in ſe continet·Naȝ ſacerdotes hoc
potiſſimum cauſa ſunt inſtituti ut purgantes per penitentiã
homines a peccatis ſuis & in gratiam dei redeuntes ydo
neos faciant ad chriſti corpus participandum·deinde cor
pus chriſti conſecrantes illud eis adminiſtrent· Videmus
autem ita natura comparatum eſſe ut omnis poteſtas que
ad principalem aliquem ordinata eſt effectum inferiores
poteſtates ſibi ſubſeruientes habebat quod maxime in ar
tibus apparet·nam arti que formam materialem inducit·
alie ſubſeruiunt que materiam prediſponunt & rurſus ars
illa que formam inducit alteri ſeruit ad quam pertinet fi-
nis effecti operis·nam qui ligna cedit arti manufactiue de
ſeruit·⁊ hec rurſus gubernatorie·Illa uero militari uel ico
nonice quemadmodum nauigatio ad diuerſos ordinatur
fines·cum ergo poteſtas ordinis in eum finem conſtituta
ſit ut purgatis hominibus corpus chriſti miniſtret·palam
eſt inferiores ordines ei deſeruire ea preparantes que ad
hoc opus neceſſaria ſunt & infimi quidem ordines ſacer-
dotali deſeruiunt populum preparantes· hoſtiarii quidem
arcendo infideles a cetu fidelium·lectores inſtruendo ca-
tecuminos elementa fidei tradentes ꝓpter qđ eis ſcriptura

ueteris teſtamenti legēda committitur· exorciſte uero eos
purgant qui demoniorum uexatione a ſacramentoruʒ per
ceptione impediuntur atq; ita hi tres ordines diſponēdi p̄o
puli curam habent· eſt & quartus Accolitorum ordo cui
uaſa non ſacra credita ſunt in quibus ſacramenti materia
preparatur· Subdiaconi uero miniſteriuʒ habent ſuper ua
ſa ſacra & ſuper diſpoſitione materie nondum conſecrate
Diaconi autem ulterius proceſſere· adminiſtrant eniʒ atq;
contingunt materiam iam conſecratam chriſti ſanguinem
populo diſpenſantes· ſubſeruiunt autem omnes hi ordines
ſacerdotali etiam in preparatione populi· nam diaconibus
committitur euangelica doctrina preponenda populo ſub
diaconibus apoſtolica· Accolitis luminum commiſſa eſt
cura quod ad ſolemnitatem doctrine procul dubio pertinʒ
atq; ita hi ſex ordines ad ſeptimum referuntur qui ſacerdo
talis appellatur· at cum ordinum horuʒ collatio cum ſacra
mento quodam perficiatur· Sacramenta uero ecceſie diſ
penſatores requirant ydoneos· neceſſarium eſt ſuperiorem
aliquam poteſtatem eſſe in eccleſia altioris miniſterii que
ordinis ſacramenta diſpenſet· hanc autem maiores noſtri
epiſcopalem appellauere que q̄ʒuis in conſecratione corpo
ris chriſti ſacerdotalem non excedat superat tamen in his
que ad regimen populi pertinent· nam & ipſa ſacerdotalis
poteſtas ab epiſcopali deriuatur· & que ſunt ardua circa
populi curam epiſcopis reſeruantur· nec ſacerdotes ipſi q̄ȝ
corpus chriſti conficiunt rebus aliis utuntur q̄ȝ per epiſco
pum conſecratis ut altari calice ueſtibus· eſt igitur manife
ſtum ſummam regiminis quod in populo chriſtiano geritū
ad epiſcopalem pertinere poteſtatem· Verum q̄ʒuis popu
li per diuerſas dioceſes ac ciuitates diſtinguantur ſicut ta
men una eſt eccleſia ſponſa chriſti ita & unum oportet eſſe

populum chriſtianum· & ſicut in uno populo ſp̄ali unus re
quiritur epiſcopus ad quem ſumma rei differatur ita & in
toto populo chriſtiano per neceſſarium eſt unum eſſe toti
us eccleſie caput unum rectorem atq; magiſtrum ad queʒ
maxima queque & difficilia referantur cumq; ad unitateʒ
eccleſie conſeruandam illud potiſſimum requiratur ut una
ſit omnium fides· circa ea uero que fidei ſunt q̄ōnes uariaſ
ſuboriri contingat· unum eſſe principeʒ unumq; caput opor
tet & ſupernum iudicem qui queſtiones ipſas diſſoluat· ali
oquin ſententiarum diuerſitas eccleſiam ipſam diuideret
ac reſolueret unitatem quemadmodum factum eſſe uide
mus ante concilium nicenum dum ſibi quiſq; uiuebat ⁊ ad
Romanam eccleſiam paruus habebatur reſpectus· ⁊ nos
quidem palam uidemus omnes qui tempeſtate noſtra pe
regrina inueniunt dogmata & errores predicant illud in
primis ſibi uſurpare ut eccleſie romane auctoritatem ⁊ p̄n
cipatum diffiteantur· At cum chriſtus deus noſter ſpon
ſam ſuam eccleſiam tam feruenti amore dilexerit ut ſang
uinem ſuum pro ea fuderit crucis tormenta perpeſſus ne
quaq̄ȝ credendum eſt eum in his que neceſſaria ſunt eccle
ſie non oportune conſuluiſſe cum de ſynagoga per Iſaiam
dicat q̄d ultra facē debui uinee mee ⁊ nō feci· itaq; cū nc̄e
ſit ad p̄fectū regimē vnū p̄eſſe a q̄ ceteri depēdeāt minime
dubitādū eſt qn ex ordinatōe xp̄i un⁹ eccl'ie p̄ſit ⁊ hūc nos
romanū p̄ſulē appellam⁹· uulg⁹ papā noīat· inſup cū eccle
ſie regimē ab eo īſtitutū ſit p̄ quē reges regnāt ⁊ legū ꝯdi
tores iuſta decernunt non eſt ambigendum quin eccleſie
regnum optime ſit ordinatum· Optimum autem multitu
dinis regimen illud eſt quod ab uno geritur· id aūt ex fine
patʒ naʒ finis optimi regiminis pax eſt ⁊ unitas ſubditoꝝ

Vnitatem autẽ que pacis eſt nutrix nemo dubitauerit lõ
ge melius ab uno ſeruari q̃ a pluribus. Vnus enim dig-
nitari congruit. ob quam rem non eſt ambiguum quin ec-
cleſie regimini tanq̃ optimo preſit unus. huc accedit quod
in Apocalipſi Io. ait ſe ſcilicet uidiſſe Iheruſalem deſcen
dentem de celo & moiſi mandatum eſt ut omnia faceret
ſecundum exemplar ei monſtratum in monte quibus ex te
bus quid aliud intelligimus q̃ militantem in terris eccleſi
am inſtar eſſe triumphantis in celo At cum in illa unus ſit
dominus dicente eodem Io. rurſus in Apocalipſi. ipſi po
pulus eius erunt & ipſe deus cum eis erit eorum deus quis
non intelligit eccleſie militantis unum eſſe principem opor
tere. ecce igitur Iosee primo ſcriptum eſt. Congregabunt
filii Iſrl pariter & ponent ſibi caput unũ. dominus quoq̃
apud Io. ait. fiet unum ouile & unus paſtor. & ad ephesi
os doctor gentium paulus ſolliciti inquit ſeruare unitatẽ
ſpiritus in uinculo pacis. Vnum corpus & unus ſpiritus
ſicut uocati eſtis una ſpe uocationis ueſtre. Vnus domi-
nus una fides unum baptiſma unus deus. ſed dices fortaſ
ſe unum caput & unus paſtor eccleſie Christus eſt. qui eſt
unus & unius eccleſie ſponſus & hic cuncta gubernat. nec
opus eſt alium adhibere paſtorem. Vana eſt argumenta
tio tua. Nam cum omnia eccleſiaſtica ſacramenta chriſtus
ipſe perficiat. ipſe eſt enim qui baptiſat. & qui peccata di-
mittit. ipſe eſt enim uerus ſacerdos q ſeſe obtulit in ara cru
cis & cuius uirtute corpus eius in altari quottidie conſe-
cratur. poſſemus dicere ſacerdotes minime neceſſarios eſſe
Quod quante ſit abſurditatis nequaquam te latet. Scis
enim eundem chriſtum cum ex hoc mundo tranſiturus eſ-
ſet ad patrem quoniam corpore abfuturus erat elegiſſe mi



niſtros per quos ſacramenta fidelibus diſpenſarent. eadẽ
igitur ratione neceſſarium fuit aliquem eligere cui uniuer
ſalis eccleſie curam cõmitteret quod fecit. dixit enim Pe
tro ante aſcenſionem ſuam paſce oues meas. & ante paſſi
onem tu interim confirma fratres tuos & rurſus petro ſoli
ait. tibi dabo claues regni celorum. quibus uerbis palam
oſtendit poteſtatem clauium per petrum ad alios deriuan
dam ut eccleſie ſeruaretur unitas. nec fas eſt dicere hanc
dignitatem petro datam ad ſucceſſores eius non deriuari.
Nam chriſtus eccleſiam uſq̃ ad finẽ ſeculi duraturam in
ſtituit. ſecundum illud Iſaie. ix. ca. ſuper ſolium dauid & ſu
per regnum eius ut confirmet & corroboret in iudicio &
iuſtitia a domino & uſq̃ ad ſempiternum. nam poteſtas a
pud eos qui cum chriſto uixere ita inſtituta eſt ut ad poſte
ros deriuaretur pro utilitate eccleſie uſq̃ ad conſumatiõẽ
ſeculi. & hoc eſt quod ipſe ſaluator ait Mathei vlti. Ego
uobiſcum ſum uſq̃ ad conſumatiõem ſeculi. itaq̃ liquet vnũ
eſſe pontificem qui preſit eccleſie uniuerſe & hic poſt xp̃m
petrus fuit. Illo autem uita functo ſucceſſores eius ad Ca
lixtum uſq̃ tertium xp̃i uicariatum tenuere. nec dici poteſt
aliam quampiam eccleſiam hac prerogatiua gaudere. nec
ipſam quidem Iheroſolimitanam in qua fuit officina no-
ſtre ſalutis. & cui iacobus frater domini magnus prefuit
apoſtolus. Nam chriſtus cum uicarium ſuum petrũ eligit
ei loco hanc dignitatem conceſſit quem petrus ipſe ſuo ſan
guine conſecraret. Iheroſolimitanam aũt eccleſiam q̃uis
Nicena ſynodus ab omnibus honorandum eſſe uoluerit
ſaluũ tamen eſſe decreuit ius ceſaree paleſtine que tunc ei
us erat metropolis. Romana igitur eccleſia ut ſacri cano
nes aiunt a domino & non ab alio caput omnium eſt cõſti

ſuta que principis apoſtoloꝝ ac doctoris gentiū ſanguine
dedicata·ibi apud ſe celeſte regnum habere meruit ubi ter
renum uſqꝫ ad ſummum creuerat imperium·Nam ſicut ro
mulus & remus initium ibi mortalis imperii fecere·ita pe
trus & paulus celeſte regnum fundauere·Datum Rome
tertia idus ſeptembris·Mccccluii·

Neas Cardinalis Senenſis Martino Can-
cellario Archiepi̅ Maguntini·S·P·D Fu-
it nobis ep̅l'a tua non minus iocunda q̄ grata
Ex qua ualitudinem tuam ſimulqꝫ coniugis
tue bonam eſſe cognouimus & natum eſſe tibi filium queꝫ
Archiep̅us Maguntinus pro ſua benignitate de ſacro fō
te leuauerit quod tibi & honori eſſe & utilitati non dubita
mus·Faxit deus ut filius ipſe tibi ſuperſtes ſit & tue uirtu
tis heres atqꝫ doctrine·Audiuimus deinde que uir ꝓbus
ac modeſtus Vigandus eiuſdem Archiepi̅ Secretarius
tuo nomine nobis expoſuit que duo principaliter fuere·pri
mo enim que fiunt apud Maguntinum de ſanctiſſimo do
mino noſtro & ipſius cura indies querele narrauit ex or-
dine·Secundo retulit quo animo ſit idem Maguntinus er
ga Ro·eccleſiam & ipſum dominum noſtrum ſanctiſſimū
& quomodo ad obuiandum per uerſorum hominum ma-
chinationibus neceſſarium tibi uidetur intelligentiam quā
dam fieri inter ſanctiſſimum dominum noſtrum & ip̅m ar
chiep̅m·intelleximus etiam per que media eandem intelli-
gentiam recipiendam eſſe putas ſunt non parua que nobis
ſignificas neqꝫ illotis attingenda manibus·facis nobiſcuꝫ
ut amici cum amicis ſolent·libere atqꝫ aperte loqueris &
confidenter·que geris in animo patefacis·id uero ex amo

re fieri cognoſcimus teqꝫ ueteris amicitie memorem anti-
quum ſeruare morem animaduertimus cū ſimul in noua ci
uitate degeremus·nihil enim tunc tam arduū fuit·nihil taꝫ
abditū atqꝫ ſecretū quod alter noſtrū nō cōmunicaret alte
ri facis probe qui longo licet locoruꝫ interuallo diiunctis
nobis nihil putas reticendū eſſe faciemus & nos idem er-
ga te·aperiemus tibi omni ex parte animū noſtruꝫ atqꝫ ut
amicitie noſtre cōuenit ſumma cū libertate loquemur· con
ſiderauimus igit̃ imprimis que dicunt̃ contra ſummū pon
tificem atqꝫ Germanos fieri murmura·nec miramur ſiqui
dem nullus unquā beati petri locū tenuit qui non latrantiū
dentibus impeteret̃·nec magnū putamus ſi quis tertio de
trahit Calixto·cū magiſtro eius ſciamus detractum fuiſſe
chriſto·uerax eſt enim ſaluator ipſe nec poterit ueritas nr̄a
mētiri qa nō eſt diſcipulus ſup magiſtrū nec ſeruus maior
domino ſuo·Germani tamen ſi uerum fateri uelint ſimili-
terqꝫ reliqui chriſtiani nihil habent cur de Calixto murmu
rare poſſint niſi ꝙ eum pontificeꝫ tradidit nobis deus quo
digni non fuimus neqꝫ enim huius ſanctiſſimi preſulis mo
res plebi ſue conformes exiſtunt qui cuꝫ diuinam in terris
agat uitam angelis potius debuit q̄ hominibus preſici·ni
hil pius pater quod ſuum eſt querit cogitatus ſuos omnes
iactauit in domino honorem chriſti ſaluatoris noſtri defen
ſionem fidei decus eccleſie ſalutem plebis toto conatu to-
to ſtudio tota mente perquirit niſi fuiſſet exacta ipſius ſo-
lertia & incredibilis ad commune bonum ſollicitudo·iam
turcorum feritas non hungariam modo protriuiſſet ſed ip
ſam quoqꝫ alamaniā infeſtis armis petens chriſtianis om
nibus terrorem ſimul ac laborem incuſſiſſet·nam ſi uicti a-
pud hungariam & proſtrati ſunt magni turcorū exercitus

non eſt ꝙ poſt deuꝫ alteri gratias q̄ Calixto chriſtiani de
beant· ipſe enim ſolus fuit qui torpentibus ac pene dormi⸗
entibus chriſtiani orbis principibus legatum in Hungari
am miſit Hungaros cum turcis induciarum federa que⸗
rentes prohibuit· labantes animos erexit· copias congre⸗
gauit· bellumqꝫ illud committere ſuaſit· in quo primum eta
te noſtra turchorum dominus turpiſſime fugere uiſus eſt ⁊
ſalus chriſtiano populo parta· tacemus que geſta ſunt in o
rienti per claſſem apoſtolicam & que in Albania & aliis
quam pluribus locis ipſius domini noſtri pecuniis pro tu⸗
tela fidei indies geruntur· Nihil aliud ſua ſanctitas in a⸗
nimo gerit quam ſuo tempore ita inimicos ſalutifere cru⸗
cis humiliare ut tandem uocatus a domino creditam ſibi
eccleſiam in ſtatu ſecuro ac tranquillo relinquat· ob quam
rem neſcimus profecto quid ſibi uelint qui tam ſanctuꝫ pre
ſulem & tantum de communi utilitate ſollicitum calumpni
ari preſumunt· Nam quod aurum a nobis extorqueat in
qua eſt prorſus accuſatio· nihil enim preter cōſueta iura re
cipit niſi fortaſſe ſponte ſua nonnulli in claſſem contra tur⸗
chos pecunias offerant· quos pauciſſimos eſſe conſtat· uti
nam tot eſſent qui tante rei ac tam neceſſarie oportune ſub
uenirent· Electiones eccleſiarū canonicas qui dicunt a ſua
ſanctitate cōtemni aut eccleſias metropoliticas ſeu cathe
drales in Almania reſeruari longe a ueritate recedunt· nul
la electio reiecta eſt quam conſtiterit fuiſſe canonicā· Pon
tificalis eccleſia in Almania nulla reſeruata eſt ſpeciali⸗
ter a domino noſtro· contra concordata ueſtra non eſt eiuſ
propoſitum neqꝫ fuit hactenus quicquam agere· Et quam
uis nemo imputare poſſit ſi ſua ſanctitas dignitates princi
pales in collegiatis eccleſiis ſiue primas poſt Pontifica⸗

es reſeruauerit· Neqꝫ enim concordata in hoc aduerſant
non tamen inueniuntur facile reſeruationes beneficiorum
niſi pro cardinalibus aut aliquibus fortaſſe maximis uiris
ab eadem ſanctitate emanaſſe· itaqꝫ neſcimus quo uultu q̊
ore qua deniqꝫ audacia preſumunt aliqui ſanctiſſimo preſu
li noſtro detrahere tanquam nationi ueſtre oneroſus exi⸗
ſtat qui profecto non tantum nationi hiſpanice unde ſibi o
rigo eſt quantum Germanice affectus eſſe uidetur· & qui
diuinitus nobis datus eſt ut hoc periculoſo tempore ab in
fidelium incurſione· maximeqꝫ turchorum impetu ortho⸗
doxam chriſti religionem non ſoluꝫ tueretur ſed etiam ele⸗
uaret & propagaret· laudamus igitur & omni honore di
gnum reputamus archiepiſcopum Maguntinum qui reie
ctis malignantium inſidiis apud ipſum dominum noſtrum
ſanctamqꝫ ſedem apoſtolicam omnium fidelium matrem
atqꝫ magiſtram permanere decreuit· Facit quod doctum
quod prudentem quod bonum prelatum decet qui peregri
nas reſpuens opiniones inſolida ſanctitate Romane eccle
ſie doctrina & in ipſi chriſti petra pedes figit· facit modo
quod fecit dum alias eadem quererentur que modo tentā
tur· nunquam enim Eugenio ſancte memorie ſummo pon⸗
tifici defuit quamuis multi ex Germanis in illum deſeui⸗
rent· nouit omnia noſter pontifex eiuſqꝫ probitati miro mo
do afficitur· nec unquam eius nominis abſqꝫ ſingulari lau
de meminit ita ut certiſſimi ſumus nunquam ipſius petitio
nes in conſpectu huius preſulis uanas fore que digne exau
diri uideantur· Ceterum quod ſecundo loco ſecretarius an
tedictus expoſuit graue nobis & alienum uiſum eſt quod
ex uiro docto ex iuris interprete & in magnis uerſato cau

ſis prodire deberet. Noſti enim Romanum Preſulem uni
cum eſſe principem cui omnes obedire tenentur. Petri &
Pauli locum tenet qui ſedet in apoſtolico trono. Chriſti ui
carius eſt qui Romane preſidet Vrbi Non eſt igitur cur
ſe cuipiam intelligentie nomine uel federis obliget. Neqꝫ
ſubditorum eſt cum dominis ſuis federa querere. Nec tu
fortaſſe ita loqueris ut Romanum preſulem ex intelligen
tia queras obligare. quod noſti quantum iura permittant
Sed aduertimus que petis ipſius cauſa. magna profecto
& que nos aliquantuluꝫ de tua compulerint admirari pru
dentia. Scimus tamen quia cum amico omnia confidenter
agis. Idem & nos facimus. Vtimur reſpondendo ea fi
ducia qua tu interrogando es uſus equidem indigna puta
uimus que nomine Archiepiſcopi peterentur. Nec arbi
tramur eos bene agere qui Archiepiſcopo ea petenda ſua
dent. ꝗbus nec ſue menti que ſemper modeſtiſſima fuit ta
lia credimus eſſe perſuaſa. Sue namqꝫ dignationi id ſatis
eſſe debet ut anteceſſoribus ſuis equalis exiſtat Neqꝫ illa
querat que ante centum annos nullus obtinuit Archiepiſ
copus. Rectum & laudabile fuerit propoſitum eius. ſi ne
qꝫ Romanum Pontificem minorem nec ſe maiorem ſuis
anteceſſoribus eſſe uelit. Illud quoqꝫ attente conſiderabit
quiſquis eccleſie Maguntine prefuerit. ne Romana ſe
des conculcetur aut quouiſmodo deprimatur Ceterum eſt
enim quia languente capite nequeunt membra conſiſtere.
Neqꝫ poſſunt riuuli non areſcere fonte ſiccato. Salus ec
cleſiarum omnium profecto ex Romane ſedis precellen
tia & ſumma auctoritate dependet Quibus ex rebus nō
eſſemus auſi ea quoquo modo aperire domino noſtro que
nobis pro intelligentia contrahenda ſignificaſti. ſunt enim

eneruatiua iuris apoſtolici & nimis profecto preiudicii ꝓ
ſe ferentia & illa preſertim que de confirmationibus pon
tificalium eccleſiarum attigiſti non ignoras ut credimus.
qualis ſit ipſe dominus noſter quanta eſt in eo circumſpec
tio. quanta rerum omnium noticia. quanta grauitas atqꝫ
conſtantia. Et ſi enim omnes laudandi ſunt quos nouimus
Romani preſules hunc tamen omnibus preferendum pu
tamus. qui cum uite mundiſſime ſit & omnia gerat com
mendatione digna Tum uero his conditionibus predi
tus eſt ut falli nullo modo queat. Eſt enim etate grande
uus uerſatuſqꝫ eſt in arduis maximiſqꝫ negociis. doctrina
ea prefulget cui ſimilem nemo eſt qui audierit in eius ante
ceſſore fuiſſe. Itaqꝫ non eſt facile decipiendus. qui cuꝫ mul
ta per etatem uiderit tum ſcientie lumen cum reruꝫ magna
rum experientia cōiunxerit. rideret nos ſua ſanctitas ſi qd
ei proponeremus doctiſſimis eius auribus quoquomodo
indignum. Atqꝫ ob hanc cauſam non preſumſimus ea ſibi
referre que tuo nomine nobis expoſita ſunt. Neqꝫ eniꝫ ſua
pietas eos probare ſolet qui res minus iuſtas ſibi propo
nunt. Verum ut ad grauamina nationis ueſtre redeamus
ſi quid eſt quod emendatione egeat. laudamus id ſanctiſſi
mo domino noſtro ſignificari nec dubitamus quin ſua ſan
ctitas debito modo prouideat. Illud autem nobis explora
tiſſimum eſt. Archiepiſcopum ſcilicet prefatum in optima
reputatione apud Sanctiſſimum dominum noſtrum eſſe fa
uoremqꝫ ſibi & oportunum preſidium ab eo nunquam de
futurum. certo ſcimus aduerſus omnes qui ſibi moleſti fu
erint. quod ſi eius oratores huc uenerint recipient ꝓfecto

benigne & humaniter tractabuntur· neqꝫ duras inuenient
apoſtolicas aures in his que cōceſſu digna petierint quod
uero dicis ſereniſſimum Imperatorem & ipſum archiep̄m
ſi ſe cum ſancta ſede apoſtolica intellexerint/facile impedi
turos aduerſantium machinamenta id quidem credimus
& ita factum eſſe nouimus ſuperioribus annis·at cum Im
perator prefatus cuꝫ ſanctiſſimo domino noſtro unanimis
ſit nec unq̄ꝫ ab huius ſancte ſedis deuotione declinauerit/
curandum eſt ut ipſe Aarchiepiſcopus idem agat· in qua
re cum tua multum conſilia poſſint rogamus ut in hoc tu-
os incendas neruos· uelisqꝫ doctrine tue nomen in defen-
denda Romane eccleſie auctoritate potius q̄ꝫ in oppug-
nanda clarum facere·ſic enim & Maguntine eccleſie rec
te conſules & tibi ac tuis amicis utilitates creſcent & ac-
cumulabuntur honores·Datum Rome duodecima kalen
octobris·Mccccluii·

Alixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei·dile
cto filio Iohāni Cardinali ſancti Angeli·Sa
lutem & apoſtolicam benedictionem· ex litte
ris que de partibus Auſtrie ad curiaꝫ noſtrā
indies deferuntur intelligimus dilectionem tuam cum litte
re ille ſcriberentur adhuc fuiſſe in Hungaria de qua re
admirati plurimum ſumus cum iampridem tibi ſcripſe-
rimus & ad partes Alamanie te conferres eam diſcor-
diam pro tua facultate ſedaturum·que inter cariſſimos fili
os noſtros Federicum Romanorum Imperatorem &
Ladiſlaum Hungarie ac Bohemie Regem uerſatur·
que quantum periculoſa ſit & quantum reipublice Chri-
ſtiane damnoſa pro tua ſingulari prudentia non ignoras·



neſcimus que te cauſa tam diu retardauerit·cum te non lā
teat non minus utile fore dictos principes adinuicem re-
conciliare q̄ꝫ turchorum pernicioſis obuiare conatibus·Si
quidem noxiora multe ſunt inteſtina bella q̄ꝫ externa ⁊ fru
ſtra his qui foris ſunt reſiſtimus ſi ab his qui intus ſunt uul
nerantur·itaqꝫ uoluiſſemus te qui primum recepiſti litteras
noſtras ad imperatorem & regem prefatos iter arripuiſſe
quodquidem fuiſſet noſtro iudicio expedientiſſimum Ve
rum cum nouiſſime nobis relatum ſit dictum hungarie ac
Bohemie regem circa feſtum ſancti martini proxime futu
rum decreuiſſe Bohemiam petere ut ſibi ſponſam ſuam &
cariſſimi filii noſtri Caroli regis Francie natam conduci
faciat & cum ea ſolemnes ibidem nuptias celebret·ꝑ qua
iam fertur oratores miſiſſe·committimus tibi & harum te
nore ſerioſe mandamus ut omnibus aliis poſtpoſitis ad-
ipſum regem q̄ꝫ celerrime te conferas eiuſqꝫ nuptias tam
ſui q̄ꝫ dicti regis francie conſideratione noſtro & apoſto
lice ſedis nomine ut dignum eſt tua preſentia honores erūt
enim ut fama eſt he nuptie plurimum excellentes ac mag-
nifice tam reſpectu perſonarū inuicem contrahentium quo
rum ſanguis clariſſimus eſt & ſublimis dignitas q̄ꝫ princi
pum qui conuenturi eo dicuntur cum non ſolum dilecti filii
nobiles uiri Bauarie & Saxonie duces· Marchioneſqꝫ
Brandeburgenſes cum coniugibus ſuis ſed etiam cariſſi-
mus in chriſto filiꝰ noſter Caſimirus rex Polonie ſimulqꝫ
conſors eius Regina earundem nuptiarum celebritati aſ-
ſerantur inter futuri·Conſideramus autem q̄ꝫ in tantorum
conuentu principum multa tractabuntur in quibus erit tua
preſcientia nedum utilis ſed etiam neceſſaria · poterisqꝫ in
tali conuentione de modis per quos religio noſtra contra

Turchorum impetus defendatur commode tractare &
cum ſint ibi nonnulli male de fide catholica ſentientes eorum
malicie ne quid in tanta congregatione nocere poſſit opor
tune obuiabis·quibus ex rebus neceſſe eſt ut eidem congre
gationi prorſus intereſſe cures·& ita nos dilectioni tue ite
rum atque iterum committimus & mandamus·reſponſum
tuum ſuper his quam celerrimum expetentes·Datum Rome
die prima octobris·Milleſimoquadringenteſimoquinqua
geſimoſeptimo·Eneas Cardinalis Senenſis dictauit

Neas Cardinalis Senenſis Henrico Senft
leben·S·P·D·Gratiſſime fuerunt nobis litte
re tue quibus regium in Bohemiam tranſitum
ſignificaſti & nuptias excellentes in Praga
futuras·retulimus ſingula domino noſtro ſanctiſſimo qui
mox litteras ſcribi iuſſit ad cardinalem ſancti angeli lega
tum mandans ei ut e ueſtigio hungaria poſthabita ad re
giam maieſtatem ſe conferat eius nuptias honoraturus·
mittimus tibi litteras ipſas ſiue breuia ſunt rogantes ne gra
ueris quantotius ea ſibi tranſmittere quia pondus habent
in ſe non modicum·De Roran noſtro fecimus uerbum a
poſtolice pietati·negat ipſe dominus noſter decimarum ali
quas bullas illi conceſſas eſſe·Laurentio Rouarelle bene
a te & conſilia & auxilia preſtita ſunt·eum caritati tue ma
gis magiſque commendamus·rem Vratiſlauien· epiſcopi
oportune abſoluimus ſicut ex Vinciſlao cognoſces·Re
ſtat Epiſcopum ipſum nobis in agendis noſtris fauorabi
lem fore·audies ex Bartholomeo canonico noſtro quid a
ctum ſit in eccleſia Varmienſi·rem totam tuis commiſi
mus humeris ut ab eo finis habeatur qui dedit initium·gau
demus te de reditu cogitare ſed prius cupimus negocium
noſtri Epiſcopatus abſolui quam redeas·quod facile fiet ſi quemadmodum
admodum fama eſt Rex Polonie ad Pragam ſe contule
rit·Cura inter cetera ut ea obligatio habeatur in qua mag
nus magiſter Pruſie anteceſſori noſtro in quinque milibus
florenorum quos mutuo receperat ſeſe obnoxium fecit·quemadmodum
admodum Bartholomeus prefatus plene inſtructus eſt·no
ua alia hic non ſunt niſi quod inter & Vrſinos & Comitem
Euerſum heri treuge uſque ad annum permanſure indicte fu
erunt·& ab utraque parte recepte·quod ſaluberrimum eſt in
rebus agendis apprime conducit·inter Regem Arago
num & Sigiſmundum Malateſtam concordia tractatur
que ſi ſequetur ut ſpes eſt res italicas admodum quietabit
Vale Ex Roma die prima octobris·Milleſimoquadrin
genteſimoquinquageſimoſeptimo

Neas Cardinalis Senenſis Nicolao Liſcio
S·P·D·Iocunde fuerunt nobis littere tue q
bus regiam maieſtatem in Bohemiam tranſi
turam eſſe cognouimus preclaras ſibi nuptias
peracturam·Vtinam omnia piiſſimo illi & sereniſſimo re
gi ex ſententia cedant·credimus conueniente ſecum poten
tiſſimo rege Polonie & aduentantibus principibus ut fa
ma eſt compluribus in eo conuentu aliquid tractari debere
quod religioni chriſtiane ſaluberrimum ſiat legatus apo
ſtolicus ſicut ſibi mandatum eſt ad nos ſi conualebit prorſus
ſe conferet quocum ſapienter erit de re tibi nota tractandum·nam
ei non omnia que aliis placent·rogamus rem noſtri epiſcopatus
Varmienſis ſi rex Polonie affuerit curandum ſuſcipias·
Nam uerbo uno ſublimitas noſtri Regis eam abſoluet·

Stude ut magnificus cancellarius hoc ipſum cordi habe-
at·nihil eſt enim quod dubitemus fieri poſſe in quo ſua ma
gnificentia neruos intenderit ſuos·commenda nos probi-
tati ſue eiuſqꝫ bone ualitudini conſule·nam eius ſanitas et
noſtra & multorum proſperitas eſt·commenda etiam nos
ueteribus amicis & preſertim Varadienſi ſi affuerit Gu
bernatori dominis de Roſis & domino de Clena ſimili-
terqꝫ Sdenkoni & aliis illius regni proceribus·quorum cō
moditatibus ſemper ſtudere proni erimus & uoluntarii·
Bellum quod in foribus Vrbis huius accuſabas tamdiu
manſiſſe heri per inducias annales ſublatum eſt· Interea
pax integra componetur·turbide fuerunt res noſtre hacte
nus·nunc ſereneſcunt & meliuſcule ſunt·iacobus piccini-
nus in marchiam petit tranſitum Sigiſmundo malateſte il
laturus bellum· ſed hoc quoqꝫ incendium extinguere anni
titur pontifex maximus·quod ſi pro ſpe fecerit tota ferme
italia conquieſcit & ad tutandam contra turcorum perfi-
diam ueram chriſti religionem liberius intendere poterit·
hec procopio & cardinali ſi adſit communicata eſſe uolu-
mus·tu uale pro tua conſuetudine noſtri memor·Ex roma
kalen·octo·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Cardi
nali Sancti Angeli·Salutem·P·D·Cognoſ
ces ex litteris ſanctiſſimi domini noſtri qꝫ ne-
ceſſaria ſit preſentia tua in nuptiis quas ſere-
niſſimus rex hungarie celebraturus eſt in praga ·ob quam
rem q̄ꝫuis non puto neceſſarium dignationem tuam adhor
tari ut qꝫ celerrime eo ſe conferat quia tamen eius rei utili
tatem non ſoluꝫ animo percipio ſed manibus quodammō
ut ita loquar palpare uideor· non poſſum facere quin tāqꝫ
ſeruitor & filius tuus ea ſcribam que honorem tuam con
cernere animaduerto·ſane q̄ꝫuis pietas·d·n·id iudiciuꝫ de
tua dignatione faciat quod de uiro prudentiſſimo & opti
mo habendum eſt & q̄ꝫuis omnia que per te facta ſunt mi
ro modo commendet·illud tamen plurimum admiratur ꝙ
diſſidentibus inter ſe ſereniſſimis principibus Romanorū
Imperatore & Hungarie rege non ſtatim ad ſedandas
eorum diſcordias ſepoſitis aliis negociis properauiſti cū
certum ſit illis inter ſe contendentibus non ſolum nobilem
illam auſtrie prouinciam plurimum conturbari ſed etiam
turcis uiam preberi qua facilius ad chriſtianitatis inuaſi-
onem prorumpere poſſint·uidetur igitur mihi ad modū ex
pediens ꝙ tua dignitas ad prefatas nuptias iter ſuum ac-
celeret que ut exiſtimatur menſe ianuario aut tardius Fe
bruario celebrabuntur· erit conuentus ille celeberrimus in
quo duo reges & tot principes conuenient· non dubito qn
magna ibi tractentur·& ut arbitror quinqꝫ principaliter a
gitabuntur in eo loco negocia·namqꝫ cum lites imperato
ris & regis nondum compoſite ſint erit cura illorum prin
cipum imprimis eas ſedare·inter Polonie regem ⁊ fratres
ſancte marie theutonicorum agetur de concordia·Bohe-
mi de ſuis articulis curioſi erunt·illi qui ſunt in Rheno &
res nouas contra ſedem apoſtolicam moliuntur non omit
tent per oratores ſuos in eo conuentu aliquid attemptare·
poſtremo etiam de defenſione fidei cōtra turchos ut mea
fert opinio inter tantos proceres ſermo fiet·Magna ſunt
hec & profecto tuam preſentiā merito exigunt·itaqꝫ tāqꝫ
ſeruitor tuus ſuadeo ne quo pacto ei congregationi abſis
quod eſſet & inhoneſtum & incommodum apoſtolice ſedi

Quod ſi interfueris complacebis proculdubio non ſoluꝫ regi hungarie ſed etiam regi francie cuius filie nuptias honorabis· obuiabis malis que per nonnullos procurantur ꝛ multa bona opera procurare poteris tam pro pace chriſtianorumq; pro defenſione fidei ꝯ inimicos crucis xpi· Piumq; ſanctiſſimi·d·n·deſiderium hoc potiſſimum modo adimplebis ꝛ rē facies tua uirtute dignā ·duabuſq; maximis nationibus Gallice & Germanice·ſimulq; duobus maximis principibus hoc eſt imperatori in patruelis ſui & regi francie in filie ſue honoratione rem gratam faciens demulcebis capita·Datum Rome die prima octobris· Milleſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Epō· Ouetenſi· S·P·D· litteris tuis quas amico tuo ad hiſpaniam ſcribis & letati & oblectati admodum ſumus letati quidem ꝙ tempora noſtra claris florere ingeniis & uim eloquentie paſſim creſcere atq; ad exteras penetrare nationes animaduertimus· oblectati autem ꝙ in epiſtola tua multum leporis multumq; ſalis inuenimus & cum omnia que ſcribis grauia dignaq; philoſopho proculdubio ſint tum illud nobis precipuam quandaꝫ exhibuit uoluptatem ꝙ exemplis ietro atq; moyſi quibus impugnabaris quaſi armaturis tuis quibus & defenderis & aduerſarium ferires uti nouiſti· Eſt enim hoc ſimile illi quod de Virgilio legimus qui cum crimini ſibi daretur ꝙ Homeri uerſus operi insereret ſuo· at hoc inquit quod uituperatis laude precipua dignum eſt tanq; ego clauam ex manu herculis eripuerim· hoc itidem ꝛ nos de tuo ingenio dicimus· perge igitur & florentes eloquii tui uires ſepius exerce· ſic enim erit inter diſcretos oratores nō uulgare tuum nomen· uale optime ex Roma· iii· no· octo· Mccccclvii·

Alixtus epūs ſeruus ſeruoꝝ dei· dilecto filio Iohanni cardinali ſancti angeli apoſtolice ſedis legato Salutem & apoſtolicam benedictiōem ex litteris tuis diaci· xvi· iulii datis intelleximus te in partibꝰ iſtis moraturum per aliquod tempus ut quid agant turci quid ue parent facilius intelligas ac nobis & cariſſimo filio noſtro regi hungarie q̄ celerrime ſignifices· intelleximus ꝛ antea que geſſeras in regno Boſne· laudamus opera tua & omnia per te geſta prudenter & accurate recognoſcimus· cōmendamus quoq; circumſpectiōem tuā & animi conſtantiā ac bonitatem que dum xpi dei noſtri negocium agit nec labore frangit non timore deiicit· neq; periculo ullo a ſancto ꝓpoſito deterret· multa tibi debet apoſtolica ſedes & quidem pro ſingulari uirtute tua proq; grauibus laboribus quos ꝑpeſſus es· ſcimus nos tibi plurimum obligatos· conabimurq; uita comite ꝓ tuis meritis perſonā tuā honorare· nunc tn̄ neceſſe eſt ut perſeueres in ſancto opere perſonamq; tuā a labore cepto non retrahas· ſed ꝓ tua excellenti prudentia in his cōtinues que ſalus eccleſie ex te depoſcit· cumq; ad res fidei cōtra turcos ꝓſpere dirigendas maxime neceſſariū ſit ut cariſſimi in xpo filii noſtri Federicus Romanorū Imperator & Ladiſlaus hungarie atq; Bohemie rex inter ſe recōciliati in turcos arma cōuertant· ſitq; mō quedā dieta inter eos indicta ad paceꝫ tractandā in qua dilectus filius nobilis uir ludouicus Bauarie dux tanq; mediator futurus aſſerit· Vtile nobis uidetur & quodāmodo neceſſariū ut & tu quoq; eo te cōferas in tam ſancto opere nr̄o nomine tuas p̄tes adhibiturꝰ

Ea propter mandamus tibi ut niſi alia cauſa magis neceſ
ſaria in Hungaria te retineat & ad imperatorem & regẽ
prefatos greſſus tuus quantotius dirigas eos ad pacem
inducere coneris. & omnia facias que tibi uidebuntur ad
reconciliationem ipſorũ principũ neceſſaria. videt enim re
bus agendis omnino conducere ꝙ tu dictos principes ade
as ſiue per ipſum ducem ante tuũ aduentũ pax concludat
ſiue non. Namq̃ ſi pacem factam inueneris quod deus ꝑ
ſua miſericordia largiatur. habebis expeditam uiam qua
principes ipſos ad ducendum contra turcos exercitũ effica
citer inuitare poſſis. & alia multa ſunt in Alamania geren
da que tuam preſentiã expoſcunt. ſin vero quod abſit con-
cordiam nondũ factã inueneris laborandũ tibi erit totis ui
ribus ut ea perfici poſſit niſi enim principes ipſi depoſitis
inter ſe diſcordiis ad commune bonum unanimes fiant nõ
uidemus quid per Hungariam contra turcos patrari poſ
ſit laude dignum aut exiſtimatõe. verũ quia multa ſepe oc
currunt in quibus ꝑſonaliter adeſſe non uales & tñ tuã di
ligentiam expoſcunt| miſimus ad te dilectum filium Lau
rentium rouarellam ſacre theologie profeſſorem & ſubdi
aconum noſtrum quem mittere poſſis ad ea loca que tu ip
ſe adire non uales. Is enim ſicut in mandatis a nobis ha-
bet quicquid iuſſeris exequet & a tua uoluntate nullatenꝰ
deuiabit inſuper ut intelligas que nunc in partibus Rheni
pẽt electores imperii tractant facimus tibi copiam littera
rum noſtrarũ quas imperatori tranſmittimus ut ſecundũ
ſcripta noſtra tuamq̃ ſingularem prudentiam eo te meliuſ
gerere ualeas quo fueris de ſingulis occurrentibus pleni-
us informatus. Datũ Rome die decimaquinta octobris
Mccccdvii.

Neas Cardinalis Senenſis Iodocho electo
Vratiſlavienſi. S. P. D. Cõmiſimus aliqua
paternitati tue referenda noſtro nomine Bar
tholomeo canonico eccleſie noſtre Varmien
ſis ſuper rebus eccleſiam ipſam & anteceſſoris noſtri bo-
na cõcernentibus. rogamus igitur ut ſibi in his que noſtro
nomine dixerit plenam credentie fidẽ & in agendis opor
tunum fauorem preſtare uelis ſicut de tua erga nos ſingu
lari caritate plene confidimus. nos autem ad beneplacita
tua omni tempore parati & uoluntarii ſumus. Ex Roma
die decimaquinta octobris. Mccccdvii.

Neas Cardinalis Senen. Bartholomeo eten
ſi artium & medicine doctori phiſico archie-
piſcopi maguntini. S. P. D. reddidit nobis vi
gandus litteras tuas que gratiſſime fuerũt tu
am bonam ualitudinem indicantes. Voluiſſemus petitio-
ni tue moram gerere ſed nos non decet contra primarias
preces imperatoris aliquid attemptare. quia illas impetra
uimus & ſepe defendimus & imperatorie maieſtatis ho
norem tueri debemus qui ab illa promoti & magnificati
ſumus. ſi qua alia in re poſſemus tibi cõplacere eſſet id no
bis uoluptati. vale ex Roma die decimaoctaua octobris.
Mccccdvii.

Neas Cardinalis Senen. petro Noxetano.
S. P. D. Si nõ ſcribimus ad te ſepius id facit
negociorum multitudo quibus diſtinemur. ſi
mulq̃ tua humanitas qua non ueremur abuti
extant apud nos ſcripta tua quibus ſatis eſſe dicis ſi qua-
ter tibi ſcribamus in anno hoc nos pigros reddidit. dabi-

mus tamen & ſex ⁊ octo epiſtolas in annos ſingulos ami
citie tue· nunc hec prima ſit anni huius qua nos bene valeᷓ
& animo & corpore intelligas· q̄uis multa indies emer-
gunt que conturbare cuiuſuis hominis mentem queant· ſꝫ
nolumus affligere cor noſtrum quando nihil eſt quod no-
ſtris ſubeſt viribus· reliquum deo relinquemus· cuius eſt ⁊
nos perdere ſi velit & ſaluare· hanc ipſe mundi machinam
cum non eſſet in eſſe produxit· cui dubium eſt ei curam eſſe
operum que ſue fecerūt manus· hec tibi pauca ſcripſiſſe vo
lumus rogantes vt tu quoq̧ leto animo id vite traducas
quod ſupereſt· optamus te aliquando viſere atq̧ amplecti
Bene Vale ex Vrbe· xx· octobris· Mccccl vii·

Neas Cardinalis Senen· Iohāni Campiſio
placentino· S· P· D· ſi non ſcribimus ſepe dig
nationi tue das veniam non ambigimus· nam
& nos Vegio poete ignoſcimus · q̄uis nun-
quam nos adierit nec nobis quicq̄ ſcripſerit poſtquaꝫ car
dinalatum accepimus· ſumuſq̧ memores legis noſtre· q̄n
commendas nobis aliquos huc venientes· & ſi non reſpō
demus operas tamen noſtras illis offeremus· eſt q̧ nobis
iocundiſſimum lr̄as tuas legere & illos audire qui a te ve
nientes bonam valitudinem tuaꝫ nobis enunciant· cupimꝰ
te hic aliq̄n videre & ſi parū ſpei ſuper aduentu tuo habe-
mus q̄n iam ſedem elegiſti & vite ſimul & morti· nos mō
quod ſcribamus aliud non habemus niſi obiiſſe apud nos
ſtephanū caciam nouarieñ· cōmuneꝫ amicū quocū magna
pars anime noſtre a nobis abit· Affecit nos incredibili me
rore ſuus obitus· illud tn̄ conſolationi nobis fuit q̧ fortem
eum in tranſitu cognouimus· nunquā eniꝫ eiulauit nunquā

verbum emiſit non chriſtiano non ſapienti viro dignuꝫ· ec
cleſiaſticis ſacramentis deuotiſſima mente ſuſceptis ad ex
tremum vſq̧ anhelitum intellectum & verba prudentis ho
minis retinuit· ſepultus eſt apd̄ hoſpitale ſancte marie theu
tonicorum die· xi· huius menſis· Vale optime & amici a
nimam in orationibus tuis commendatā habe· Datū Ro
me die· xx· octobris· Mccccl vii·

Neas Cardinalis Senenſis· ſcene· S· P· D·
ſtephanus noſter cacia nouarienſis commu-
nis amicus ad· v· idus huius menſis animam
creatori reddidit· hec ſcribimus non vt doleaſ
amici obitum qui more chriſtiano & vt ſapientem decuit
ordinatis rebus ſuis ex hac luce migrauit ſed vt congau-
deas illi ad meliorem vita profecto nobiſq̧ compatiaris
tali orbatis ſocietate· cogiteſq̧ aliquādo de nobis qui hoc
in pelago ſine velis remiſq̧ nauigamus· & fluctuante na-
uicula procellarum turbine parum abſq̧ naufragio abſu-
mus· Vellemus hic eſſes & rerum noſtrarum curſum inu
ereris· ſed quid querimur ferenda eſt fortuna quam deus
immittit· Neq̧ enim dubitandum eſt quin deo cura ſit hu
ius mundi quem ſue condidere manus· ſi curat igitur que
cunq̧ accidunt aut volente illo aut permittente fiunt hoc
nos ſolatur & equo iubet animo expectare tempus in quo
& ad ſtephanū & ad reliquos qui nos preceſſerūt amicos
euocemur· de re tua audiuiſti que ſit pōtificis ſententia· nō
eſt cur mō alia queras· deus ipſe opē ferat· iohāni Caimo
optimo viro ⁊ amico tuo nr̄oq̧ diximꝰ· de ſcutifero nō eſſe
facturos qd̄ tua iuberet amicitia nec mutamus opinioneꝫ

Rogamus te illuſtri principi ſimulq; Nicolao Arzimbol
do nos commendes cuius benignas litteras his diebus ac
cepimus nec dubitamus eum pro ueteri conſuetudine nos
amare. Vale optime Ex Roma die uiceſima Octobris.
Mcccclvii.

Neas Cardinalis Senen. Martino Mayr.
S.P.D. ſcripſimus tibi nō ſine fiducia ſingu
lari litteras longiores nō ſcimus dare inania
uerba. amamus ex corde amicos & his adu
lari neſcimus. crede optime corde loquimur. ſi facultas ad
ſit nunq̄ deerimus uotis tuis. & id certo certius habe quo
uetus amicitia noſtra ſolida eſt. In facto eccleſie Roma
ne illud tantum dicimus quia non leditur caput ſine mem-
bris. nos hic curabimus ne concordatis derogetur. dein-
ceps non credimus nationem habere cauſam querele ſi pa
cta ſeruentur. De gratia noſtra ſiue reſeruatōe ſcripſimus
pridem & nunc repetimus non eſt animus noſter uexare
quempiam occaſione illa nec intendimus concordatis per
gratias noſtras in aliquo derogare. Vale & nos ut ſoles
ama. ex Vrbe. die. xx. octobris. Mcccclvii.

Neas Cardinalis Senen. Theodorico Ar
chiepō Maguntino. S.P.D. Ex Vigando
ſecretario tuo accepimus litteras dignatōnis
tue cognitis his que cupiebas mox audiuimꝰ
ſanctiſſimum. D.N. leto animo uotis tuis annuit. Nouit
ſua pietas quo animo quoue opere tua dignitas ſuperiori
bus annis romanam adiuuerit eccleſiam ⁊ ubi occaſio de
tur monſtrabit ſe diligere tuam uirtutem. nos autez in qua
cunq; re poterimus erimus ſemper & uoluntarii & proni
deſideriis tuis morem gerere. Datum rome die. uiceſima
octobris. Mcccclvii.

Neas Cardinalis ſenen. Iacobo ptolomeo.
Sa P.D. litteris tuis quaſ de Montanina &
Andrea filiis tuiſ & nepotibus noſtriſ ad noſ
ſcripſiſti reſpondimuſ ſemel & iteruz neſcimꝰ
an ſcripta noſtra in manuſ peruenerint tuaſ. ideo hec pau-
ca repetimuſ ne puteſ mente noſtra excidiſſe quod illic in ui
olabiliter ſedet. de montanina ob reſ que geſte ſunt diffici
le eſt rectum ferre conſilium. intelligimuſ enim eam mona
ſterium abhorrere. matrimonium autem reperire ſua con
ditione dignum difficile eſt. noſ igitur relinquimuſ tibi hāc
prouinciam ut ſibi perſuadeaſ quid in rem ſuam ſit. ſi eſſe-
muſ pecunioſi & more quorundam cardinalium abunda-
remuſ daremuſ illi & uirum & dotem. At cuz tenuiſ ſit cō
ditio noſtra uoluntatez poteſtaſ impedit utcunq; ſit ex pau
pertate noſtra centum illi aureoſ ſpondemuſ quamcunq; ui
am ingrediatur. ſcriptoriam apoſtolicam Andree tuo &
ſi optamuſ acquirere tamen nō ualemuſ. nemo enim eſt qui
abſq; mille aureiſ eam conſequi poſſit. oportet igitur aliaſ
ingredi uiaſ. noſ ubi poterimuſ nō deerimuſ neceſſitati tue
& ſi deuſ dabit ut poſſeſſionem Varmienſiſ eccleſie conſe
qui poſſimuſ ita noſ geremuſ ut intelligaſ noſ amantiſſimi
fratriſ locum tenere. Datum Rome die uiceſima octobriſ
Mcccclvii.

Neas Cardinalis Senen. Iutino equiti Cy-
prio. S.P.D. Duabus epiſtolis tuis gratias

nobis egiſti ſuper his que tui cauſa fecimus·cognoſcimus
nos nec pro debito nec pro uoluntate ſatiſfeciſſe·ſed tua be
nignitas parua pro magnis accipit· Gaudemus obtigiſſe
tibi deſiderium tuum·nam & tua uirtus maiora meretur·
efficitur tibi ſummus pontifex & deſideriis tuis ubicumqꝫ
potuerit fauebit ſatis amicus tuus & noſter ſtephanus ca
cia cuius ſine lachrymis non poſſumus meminiſſe creatori
deo animam reddidit·rogamus te ut eius nepotes apud il
luſtriſſimum ducem commendatos habeas quibus benefi
cia ſua collata ſunt & nos etiam prepoſituram unam tenu
em obtinuimus·uelis nos principi & conſorti eius commē
dare qui ad eorum beneplacita ſemper inueniemur attentiſ
ſimi·Datum Rome die·xx·octobris·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senen·Io·Liſure·Sa P·
D·Amauimus probitatem tuam ante ꝓmo
tionem nr̄am & nunc potiſſime colimus obſer
uamuſqꝫ·Inueniemus enim in te & ueritatem
& prudentiam·credimus plane illud eſſe·ſ·aliquos qui uul
nerent ut medendo lucrentur·ſed non patiet caput ſine do
lore dãnnoqꝫ membrorum·mittimus cum preſentibus Al
phabetum quod optaſti· ſi ſignatum recipies poteris illo
uti ⁊ nobis que grauiora erũt ſignificare·hẽbiſqꝫ reſponſa
ex nobis que res ipſe exigẽt·decet uiros bonos curare ne
unitas eccleſie magno parta labore iteꝝ ſcindat·de cõcor
datoꝝ obſeruatõe ſolliciti ſumus· damuſqꝫ operã ne uiolē
tur·amideus ꝓ q̊ ſcribis ſi inueniet fuiſſe in poſſeſſione tp̃e
cõcordatoꝝ habebit pacē·idqꝫ d·n·nobis ↄmiſit inquirere
uale optime ⁊ ſcribe nobis frequēter naꝫ lr̄as tuas quaſi ꝑ
ſonã tuã intuemur· datũ Rome·xx·octobris·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Leodriſio Cri-
bello·Salutem plurimã dicit·Affecerunt nos
haud modica uoluptate uir preſtans & ami-
ce ſingularis littere tue quas ex Mediolano
decimaſexta kalendas ſeptembris ad nos ſcripſiſti·legi-
mus Iohannis criſoſtomi epiſtolam quam ex atbica Ro-
manam feciſti·neſciebamus te antea greci ſermonis gna-
rum eſſe·prius tranſlationem hanc uidimus qꝫ te grece do
ctum audiremus·tanto te magis exiſtimamus quanto ma
ius eſt duas linguas qꝫ unam noſſe·non eſt nobis iudiciuꝫ
de grecis·ad quod latine ſcriptum eſt e greco uerſum ſi qd
eſt quod ſentimus admodum laudabile eſt terſum ſuaue ni
tidum·Gaudemus te hac doctrine profectuꝫ ut laudari ab
omnibus tua ſcripta debeant·At quod de nobis iudicium
facis longe maius eſt qꝫ noſtra exigant merita· noſcimus
nos ipſos nec fallimur cum laudamur·ꝙ ad cardinalatum
euecti ſumus diuine miſerationis eſt non noſtre uirtutis nõ
omnia dei conſilia humana poteſt inueſtigare cogitatio·
ſepeqꝫ ad noſtram ruinam tendunt que nos qua felicia uel
cupimus uel admiramur neqꝫ dignitas cardinalium tantũ
in ſe bonum habet quantum pre ſe ferre uidetur· & quideꝫ
nobis qui tante glorie impares ſumus inſtar eſt potius mi
ſerie qꝫ felicitatis· Itaqꝫ probe ad nos epiſtolam de exilio
miſiſti ut ſolamen noſtre calamitati afferres aliquod· ege
mus enim conſolatione non parua· Nam ſicut preſtantiſſi
mi patres inter uiles ululant homines ita & ignaui noſtri
qꝫ ſimiles quaſi e patria fugati ſunt cum certi admiſcen-
tur probatiſſimorum·Idque nobis accidit in ſacrum colle
gium accerſitis in quo trementes uiuimus· Faxit deus ut
ſi nõ implemus hominum opiniones omnium at ſalteꝫ non

confundamus eos qui de nobis bona predicant·uiri preſtā
tes & euo noſtro ſingulares Nicolaus Ar;emboldus et
ſeua curtenſis dum nos commendant faciunt magis quod
ſe decet q̄ꝫ quod nos meremur ſtephanus cacia nouarien=
ſis ad quem ſcribebas diem obiit nos loco ſuo tuas legi=
mus litteras·amauit te ille & amat proculdubio in para=
diſo uiuens·non enim perit anima cum a corpore abit neqꝫ
uiri boni & ſtephano pares ad inferos migrant dum latis
funguntur·ſed recta uia celum petunt ei ſeruituri eoqꝫ frui
turi a quo receperunt eſſe·Ex vrbe Roma die viceſimaſe=
cunda octobris·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senen·nicolao Arzimbol
do·S·P·D·Mille ānis tacuiſſes nihil ad me
aut de me ſcribens nihil tamen de noſtro erga
te amore diminuiſſemus· neqꝫ enim nos latet
quocunqꝫ in ſtatu ſumus nos caros eſſe & amatos in men
te tua·accepimus modo litteras tuas quibus amicum Co
manum nobis cōmendas erit nobis cure cū ſua ⁊ intelliget
ſi opus fuerit tuas cōmendationes ſibi fuiſſe utiles·hic car
dinalatus quem ſine ullis meritis conſecuti ſumus nulla in
re nobis uoluptati eſt niſi ut aliqn̄ prodeſſe poſſimus ami=
cis noſtris inter quos tua probitas precipuū habet locum
tuū eſt igit̄ ut opera noſtra confidenter utaris· cupimus ti
bi conſortiqꝫ & liberis bene eſſe Vale optime & nos quā
do facultas ſeſe exhibet dn̄o duci commendatos effice·ex
Roma·xxij·octobris·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Franciſco philel
pho militi & poete·Sa·P·D·Carmen tuum
inſignis eques & optime poetarum accepi=
mꝰ ſimulqꝫ litteras materno ſcriptas eloquio
fuerunt itaqꝫ iocunda ab amico miſſa & condita ſalibus in
carmine plus aliquid eſt q̄ꝫ nobis conueniat nunquam nos
id ſomniauimus quod tibi de nobis polliceris· neqꝫ gran=
dia hec ſine preſagio uel uatum uel ſomnioꝝ eueniunt· no
ſtra ſors maior eſt uirtute noſtra·ſtulti ſimus ſi uolare alti
us ambiamus·ſed ineſt tuis uerſibus incredibilis ſuauitas
que nos etiam adulando delectauit·quod queris de para=
lellis plutarchi uanuꝫ eſt·perierunt omnia nemo eſt qui de
his loqui norit·naufragiuꝫ paſſe ſunt littere & quidē apud
rhodū ubi neqꝫ reliquias relegere nautas licet· tu ſi more
tuo ſapias amiſſo libro non adiicies ut animum crucies·a
pud reuerendiſſimum Cardinalem de Columna uidimus
& legimus Sforriada tuum opus terſum & dignum quod
priſcis poematibus annueremur· & tu franciſci ducis qui
geſtas res decantares dignus eras ⁊ illius uirtuti tua mu
ſa debebatur·ſi tamen dignis ille te premiis proſequitur et
egere uetat ſi ſecus agit hortamur fiſtule ut ceram admo
ueas nam maius illi tua taciturnitas q̄ꝫ ſua tibi tenacitas
detrimentum preſtabit·Vale & nos ama ut ſoles· ex Vr
be viceſimaquinta octobris· Milleſimoquadringenteſi=
moquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Cardi
nali ſancti angeli·S·P·D·Accepi ex iaurino
litteras tuas·ſcripſiſti nos hic oīa bene age
re·putaui id ironice dictum eſſe·nunc ironiam
omnem abfuiſſe contendis·cedo uincentiqꝫ do manum·de
re altera Bohemica non eſt opus ꝙ modo diſputemus·li=
beris non litteris eſſet agenda & tandem ſua cuiqꝫ ſenten
tia remaneret vellem dignatio tua in Germania potius q̄ꝫ

in hungaria degeret·idq̃ꝫ putarem utilius·res pernicioſe a
gitantur·qui contra nos ſunt Gallicanam appetunt ſanctio
nem·qui nobiſcum ſentiunt papatum ex apoſtolica ſede re
quirunt·tua prudentia multum utilis eſt ad obuiandū pri
us q̃ꝫ uulnus infligatur· ſunt quidam de hic ſtātibus qui ſe
omnia uno uerbo modificaturos aiunt ſi cum imperio ad
partes illas emitterentur·ſed ita eſt humana conditio· om̄
nes pluris apud nos ipſos q̃ꝫ apud alios ſumus· cū uerba
fiunt de tua prouiſione apud pontificem maximum abun-
de ſe ſua ſanctitas tue dignationi neceſſaria miniſtrare af
firmat·de beneficiis hiſpanicis ſcis non dubito meam uo-
cem eſſe tenuiſſimam qui nec ſenenſia impetrare ualeo·no-
ua ſunt apud nos ſicut heri & nudiuſtertius·Rex Ara-
gonum claſſe ingenti dum liguribus minatur Etruſcos ter
ritat·iacobus piccininus obſidionem tenere fertur contra
pergulam ſigiſmundi oppidū· ſed metus eſt maximus ne
ſigiſmundus & ipſe ſimul conuenientes iuſſu regis contra
Senam proficiſcantur diuiſionibus laborantem· nam fini
to octobri non eſt iacobus amplius Senenſibus obligatuſ
Nec alia modo·commendo me reuerendiſſime paternita
ti tue ad eius mandata paratum· Ex Roma die ſecunda
Nouembris·Milleſimoquadringenteſimoquinquageſi-
moſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Procopio Ra-
benſteyno·Salutem plurimam dicit·Preſump
tio fortaſſe noſtra eſt ꝙ tibi in patria inter ne
ceſſarios inter dulces amicos conſtituto litte
ras dantes ab illis te auertere ad ſcripta noſtra confidimꝰ
ſed ſumus etiā nos amici & timemus ne inter delicias tu

as obliuioni demur·quod ſi preſumimus nimis preſumpti
onem caritas peperit·tibi certe non erit facultas quin uiſo
Epygrammate noſtro ad interiora tranſeas inquirenda·
ſcis enim qui non fruſtra ſolemus ſcribere· ſed quid eſt di-
cis magnum eſt·ſcis quanto labore concluſionem ex apo-
ſtolica ſede in re Bohemica deduximus·ſcis quot ſint ad-
uerſitates & magni & rubri capitis· nunc tempus eſt ner
uos intendas tuos & operam naues dum rex apud te eſt·
cudito ferrum dū calet & nobis q̃ꝫ celerrime ſcribito· qui
nunquam in ſancto illo opere deerimus· neſcimus an Car
dinalis ſancti angeli pater optimus ad te uenturus ſit·quē
admodum papa ſibi mandauit·crederemus dignationem
ſuam utilem eſſe in tanto cōuentu quod deus concedat· ro
gamus te ut in cauſa Varmien·ecs fauores nobis prebe
as quos ſperamꝰ·nam luriko tibi notus nobis aduerſatur
& habet fauorem regis Polonie· Italia ſatis quieſcit ſed
metus maximus eſt ne finito menſe octobri rex Aragonū
Etruriam infeſtis ſignis terra mariq̃ꝫ petat· nam & claſ-
ſem habet ingentem·& iacobum piccininum cum exercitu
miſit in marchiam·deus meliora promittat·in cauſa Olo-
munczenſi faciemus contemplationi tue quecunq̃ꝫ poteri-
mus·tu autem deincepſ curato ut littere regie ad papā di
rigende in cauſiſ epiſcopalibus ad nos tranſmittantur &
ſic poterimuſ magiſ prodeſſe·nam cauſe illiſ committi ſo-
lent qui litteraſ regiaſ preſentant & ita nunc factum eſt cū
dominꝰ papienſiſ illaſ habuiſſet·expedit igitur poſt hac cō
ſiderare qui ſunt illi quibuſ littere committuntur afferende
Cupimuſ ut noſ maieſtati regie ⁊ magnifico Gubernato
ri ſepiuſ commendeſ·Vale optime Ex Roma die ſecūda
Nouembriſ·Mccccluii·

Neas Cardinalis Senenſis Henrico Senfte
leben·Sa·P·D·Littere tue viceſimaſeptima
ſeptembris ſcripte hodie nobis reddite ſunt·
cognouimus apud uos rerum geſtarum ordi
nem ſed poſt bellum erit aliquando paci locus·Rouarella
ſi commendauit amicuꝫ non miramur· ambo gallizant·ar
det homo incredibili deſiderio ut theutonicus uideatur &
theutonie rector rex ſi ſapiat iis utetur cum quibus ſalis cō
medit modium·Cardinalem ſancti Angeli probatiſſimum
patrem cupimus Albaniam reuiſere & conſulere rebus a
gendis·mittito ſibi litteras apoſtolicas ſuper facto Var
mienſis eccleſie in fauorem noſtrum & contra Iohannem
lutikonem curato ut ſibi q̃ꝫ celerrime tradantur ne noſtri
procuratores impediantur circa poſſeſſionem ſi quis p mē
dacia regem detineret ſcribendo ꝙ papa ſpem daret ꝓ lu
tikone·Commendamus tibi Paulum legendorff ut iuues
eum in adipiſcenda poſſeſſione decanatus glogonie maio
ris quem ſibi conferri fecimus·bonus uir eſt & omni fauo
re dignus·ſi placuiſſet tibi olomunceñ·eccleſia idqꝫ tuis lit
teris intelleximus nihil omiſiſſemus ad honerem tuum ꝓ
curandum·ſed uiſum eſt reuerentiam tuam nō habere in ea
re animum ideo ſuperſedimus ne credentes placere diſpli-
ceremus·hic non ſunt noua memoratu digna niſi ꝙ picci-
ninus iam eſt in marchia & obſidet locū cui nomen eſt per
gula ſigiſmundi malateſte· prefectus Vrbis egrotat ſed
conualiturus creditur· Vale optime Ex Roma die ſecun
da·Nouembris· Milleſimoquadringenteſimoquinqua-
geſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Rode
ſecretario regio·Sa·P·D·Facis probe ꝙ ad
nos ſepe ſcribis·oſtendis enim te noſtri amicū
& uoluptate nos afficis ornatiſſimo dicendi
genere· regiam maieſtatem nihil credimus non iuſte non
prudenter agere·cum quia ſuapte natura in bonum fertur·
tū quia ſtipatus eſt conſiliariis optimis cupimus eius nup
tias fauſtas eſſe & orbi futuras quales ſperantur· cōmen
daſſe rouarellam in ſuo receſſu hominem de quo ſcribis·ni
hil miramur·ambo pariſius ſtuduere·ambo gallizant· ſed
maior ille rectorem ſe Germanie & patrem regis uideri
uult·regia uero maieſtas ſi more patrio utetur illis ſe cre-
det quibus cum ſalis modium edidit & amicitias ueteres
preponet nouis Gaudemus te conſecutum eſſe beneficiuꝫ
& iam deniqꝫ alligatum eccleſie·uidebimus procul te ma
gnum ſi uixerimus·es enim apud eum regem qui tue uirtu
ti debita non denegabit premia · tantum perge ut cepi-
ſti·& ab optimo regis latere nunquam diſcedito cui ſi noſ
aliquando commendaueris dederiſqꝫ facies quod de tua
erga nos caritate non dubitamus·Datum Rome die ſecū
da nouembris·Mccccłvii·

Neas Cardinalis ſenenſis Nicolao Liſcio
S·P·D·Credimus te miro perfrui gaudio in
Bohemiam reuerſum · Rogamus ne delicie
pragenſes memoriam tibi noſtri auferent·ſed
cures potius quomō res inchoata concordie ſuum teneat
curſum & nobis reſcribas perſepe·cauſam quoqꝫ Varmi
eñ·eccleſie tanquam tuam tibi commendamus neqꝫ enim
nobis ſine te frugifera erit·ſtude ut frequentibus litteris

ex curia regis procuratores noſtri ad poſſeſſionem capien
dam miſſem iuuamen habeant·& confundantur tuo patro
cinio qui nobis aduerſi ſunt·videbis que ſcribimus magni
fico cancellario cura ita fieri ut cupimus·ne plus apud re-
gem ualere uideantur qui iuniores ſunt in eius gratia·cre
dimus te plane intelligere que dicimus·noſtra italia nunc
quieſcit·ſolum Genuenſes cum rege Aragonum lites ha
bent·& ſigiſmundus malateſta contra quem miſſus eſt Ia
cobus piccininus·ſed magnus timor eſt ne ſigiſmundus ip
ſe cum comite iacobo conueniens aduerſus etruſcos nr̃os
incendium uertat·& regia claſſis thelamonem aggrediat̃
nam id iam homines auguriari uidentur cetera apud nos
quieſcunt· Vale optime & ſerenitati regie ſimulq; guber
natori nos aliquando commenda·Ex Roma die ſecunda
nouembris·Mccccluii·

Neas Cardinalis Senēſis Vlrico Riedrer
S·P·D·Miramur non eſſe reuerſum ad te eũ
cui mutuas dedimus pecunias·cum in cauſa
Iaurineñ·ab impatoria maieſtate fuiſſet miſ-
ſus·ſi quid de eo audiueris uelis procurar̃ ut nobis fiat ſa
tis·de tua diſpenſatione faciemus cum domino correctore
quantu; erit nobis poſſibile quia cognoſcimus nos obliga
tos in omnibus morem gerere uoluntati tue·quantum fa-
cultas adeſt·fuiſſet tamē neceſſe ut alias tibi ſcripſimus in
telligere quid ſit tibi opus cum de prioribus diſpenſationi
bus noticiam non habeamus·in cauſa Varmieñ·credim⁹
iam te expediuiſſe nuntium noſtrum·ſi quid fiendum dein-
ceps cauſam illam amicitie tue commendamus·gaudem⁹
reuerendum patrem dominum Gurcenſem libertati reſtitu

tum eſſe·ſed dolemus graui eum pecunia mulctatum·Sue
ſapientie fuit equo animo tollerare huius mundi conſuetu
dinem in quo nihil eſt certi·cupimus tandem pacem eſſe in
ter ceſarem & regem quam deus ipſe largiatur·nos hic a
lia non habemus noua niſi q̄ rex Aragonum comitem ia
cobum piccininum contra ſigiſmundum malateſtam miſit
ſed multorum opinio eſt illos duos duces concordiam in-
ter ſe habituros iunctis uiribus contra Senam ituros·neſ
cimus de futuris iudicare·claſſis magna regis Tyrrenū
nauigat equor & dum Genuenſibus minatur ſenenſes ſi-
mul & Florentinos territat·reliqua omnia conquieſcunt·
hec imperatorie maieſtati ſignificare poteris·noſq; ſibi cō
mendare ad eius ſemper mandata paratos· Datum Ro-
me die ſecunda nouembris·Milleſimoquadringenteſimo
quinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Hin-
derbachio·S·P·D·Accepimus litteras tu-
as que nobis gratiſſime fuerunt·gaudemus ti
bi bene ſuccedere utinam & pacem in commu
ni haberes·expectamus fratrem tuum ut q̄; cito redeat &
Ambroſio ſatiſſaciat qui nos ſepius in cauſa pecuniaria
moleſtat·de perchteſcaden expectamus tandē aliquid gra
ti audire·commendamus tibi eccleſias noſtras in Grecze
ꝛ in Hyrning·ut tuo fauor̃ iuuent ꝛ nobis deniq; utiles eē
poſſint·ſimiliter & iacobum noſtrum ſuchrer tibi commen
damus in agendis ſuis·Cupimus ut nobis ſepe ſcribas &
nos imperatorie Maieſtati commendes·in Prepoſitura
tua uſq; modo nihil ſentimus aduerſe· Si quid ſenſerimus
erit nobis amici cura ut debet·Alia non occurrunt·

Vale optime Ex Roma die·ij·nouembris·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Vlrico epiſco-
po Gurceñ·S·P·D·Quamuis permoleſtū
nobis eſt quod audiuimus de magna pecunia
tibi impoſita gaudemus tamen ꝙ carcerem
euaſiſti & libertas tibi tandeꝫ parta eſt·ſi qua ſunt que tui
cauſa facere poſſumus habes nos in omne deſideriuꝫ tuū
& pronos & uoluntarios ⁊ illi ſumus in amicitia qui ſem
per fuimus· rogamus ut equo animo feras fortune nouer
cantis impetum quia hic eſt mundi curſus· & is recte uiuit
eo qui minus mouetur aduerſis· Vale optime Ex Roma
die·ii·nouembris·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis iohanni Nihili·
Sal·P·D· iocunda ſunt nobis omni tempore
ſcripta tua quibus Germanica negocia pate
facis ꝙuis non ea ſunt que uellemus·deus ali
quando finem imponit diutine calamitati & conſanguine
os reges non ſinet inter ſe odiis amplioribus deflagrare·
italia noſtra non minus ꝙ Germania diſcors eſt ubi ſem-
per aut ſiget bellum aut belli metus inſtat·de beneficiis po
ſtulati Olomunceñ·non uidemus quid fieri pro te poſſit cū
poſtulato reſeruari petantur ob eccleſie tenuitatem·procu
rauimus conferri tibi iam dudum canonicatum Vratiſla
uieñ·quod tibi Venceſlaus expoſuiſſe debuit·ſi Varmi-
enſem conſequemur eccleſiam erimus tui imprimis memo
res·& dices nos te procudubio amauiſſe·Vale & ſereniſ
ſime imperatrici commendatos nos facito· Datum Ro-
me die ſecunda nouembris·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Tro-
ſter·S·P·D·Scripſimus tibi per Nicolaum
Creuml quid fecerimus in re Varadieñ· pa-
tris optime reſpondiſti nobis omia bene ſe ha
buiſſe·fuit id nobis gratum·ſed accepimus poſtea rouarel
lam uerbis ſuis omnia in honoreꝫ alterius tranſtuliſſe que
nos ipſi feceramus & pompoſum illum uentoſuꝫ ac fumo
plenum quem optime noſti omnium rerum auctorem dixiſ
ſe·credimus patrem illum ſapientem non plus credere uer
bis quam neceſſe ſit & optime noſſe que ſit natura Gallo-
lorum quos neceſſe eſt cacumina petere ut inde clamantes
melius audiantur·ſed iſta quorſum uelint prorumpant de-
labanturꝗ·Nos quod fuimus id erimus erga Varadien
ſem epiſcopuꝫ·tu cura ut ualeas & nobis ꝙ ſepiſſime ſcri
bas cuius litteras ſcimus ueraces eſſe·Datum Rome die
ſecunda nouembris· Milleſimoquadringenteſimoquin-
quageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Andree Vico-
miti·S·P·D·Accepimus hodie litteras tuaſ
antea uero nullas·obitum Reuerendi patris
Epiſcopi Nouarienſis una tecū deploramus
deus illi miſertus ſit & locum pacis dederit·uellemus au
dire de te meliora & omnia tibi ad uotum ſuccedere·nam
te loco fratris amamus cuius amicitia quondam dulciſſi-
ma fuit & nunc gratiſſima recordatio·miramur magnifi-
cum ſcaramutiam non te fraternis oculis intueri·ſcribemꝰ
ſibi & pro uirili noſtra hortabimur ne carmen ſuum deſe-
rat·Laudamus magnificum Alexandrum qui tibi nō de
eſt ⁊ nomini tuo ſatiſfacit cuius eſt eſſe liberaleꝫ· nos ſi qñ

pinguior fortuna reſpexerit non dabimus oblinioni An⸗
dream noſtrum cui & pro ſua uirtute tenemur & quia ex
illa domo natus eſt cui debemus omnia pro beneficiis que
inde accepimus· Vale Ex Roma die tertia Nouembris
Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senēſis· Iohanni de liſura
S·P·D· Non potuimus diſpenſationem pro
amico tuo obtinere ſuper bigamia· difficilem
eam rem ſummus pontifex arbitratus eſt pro
eo qui contra concordata uexari dicebatur· fecimus uerbū
domino noſtro· mādauit ſua ſanctitas ut uocato iudice cāe
preciperemus ne ulterius procederet· iudex erat Bernar⸗
dus de Buſco quē noſti· uocauimus eū & uoluntatē ſum
mi pontificis ſibi notam fecimus is paritur̄u ſe ait ubi con
ſtiterit illū contra concordata uexari · ⁊ nunc id diſcutitur
quantum noſtre facultatis erit non uiolabit concordia na
tionis pro cuius bonore ſemper pugnabimus· per Vigan
dum ſecretarium maguntini miſimus tibi alphabetum &
nunc duplicamus ſi forſitan illud non recepiſti· poteris ſcri
bere mentis tue conceptum ⁊ conſulere eccleſie neceſſitati
notum nobis eſt acumen ingenii tui· multumqꝫ tuo iudicio
deferimus· labore tuo noſtroqꝫ ſi licet dicere quietem con
ſecuta eſt eccleſia noſtris diebus apud Germanos· Faxit
deus ne lacerari uideamus quod aliquando reſarciuimus
multa rumor affert & Germanos fieri Gallos mutatione
cōtendit nobis uia ſalubrior eſſe uidetur qua patres noſtri
ambulauere· ſed noua temptabūtur itinera· noua quoqꝫ pe
ricula inueniuntur· nec facile ſua in dioceſi quiſqꝫ pontifex
Papatum babebit & ſunt qui querunt & eius rei cauſa ni

grum in candida uertāt· ſed tu bene Vale audies uocatio
nem oratorum pricipum que bic facta eſt· utinam ea aliqd
boni pariat· Datum Rome die quarta nouembris· Mille
ſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Tol⸗
ner· S·P·D· Accepimus litteras tuas ꝓ qui
bus tibi gratias agimus qui noſtris in rebus
fideli ſollicitudine uteris· grauamus te ſed nō
poteſt fieri quin amicorum utamur opera & nos aliquan
do ſi deus dabit aliquid pro te faciemus· expectamus Cy
riacum qui ueniat in facto prepoſiture & quantum in no⸗
bis erit concordabimus cū Decano· quia poſtqꝫ promiſſuꝫ
eſt nolumus retrocedere· de prebenda Vormacien· ſcrip⸗
ſimus ut petro morem gereres· babita aliqua recompenſa
neſcimus quid ille fecerit tecum· idem quoqꝫ de prebenda
collegiate eccleſie ſentire cupimus quomodo ſe habuerit
ille cui promiſimus cedere· quod nouiſſime acceptata ſit a
lia prebenda nomine noſtro nō placet· uolumus eſſe in pace
cum iſtis paruis beneficiis· nec intendimus ſi poſſumus cu
iquam eſſe moleſti· beneficia quoqꝫ contra concordata no
lumus acceptari ideſt monaſteria & utinam poſſemus fa⸗
cere etiam ſine prepoſitura· quia nollemus illi nationi quo
uis pacto diſplicere ſed neceſſitas urget ſi ſtatum tenere de
bemus conuenientem & reputamus nos eſſe Germanos
tanto tempore illi nationi ſeruiuimus ꝙ ſi natio illa pror⸗
ſus nos excludere uult feremus equo animo nec minimum
beneficium amplius in illa queremus quod de benignitate
illorum prelatorum non arbitramur eſſe· Vale ex Roma
quarta die· nouembris· Mccccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Petro Cnor·S·
P·D· Grate fuerunt nobis littere tue quibus
nouitates Germanicas ſignificaſti & dicta⸗
rum inſtitutiones·ſcimus nos eſſe tibi caros q̄
omnia ut amico communicas· Eſtq; nobis non parua uo
luptas te tenere memoriam ueteris amicitie·Vellemus na
tionem tuam uti ſano conſilio & non repente ad nouitateſ
prorumpere·multo labore parta eſt pax eccleſiaſtica· faci
le rumpetur ſi uolueritis At erit non nobis ſolum damno
ſa ſed etiam uobis & cum uoletis reſarcire non poteritis
leuiter quod nobis dicis imputari de reſeruatõibus ac pẽ
ſionibus·neſcimꝰ id ſibi uelit niſi fortaſſe de uno monaſte
rio prope Conſtantiam quod impetrauit prothonotarius
de lapide in quo penſio nobis centum florenorum aſſigna⸗
ta extitit·id ille aiebat placere principi patrie nec erat con
tra concordata cum electio ibi canonica non fuiſſet·De a⸗
lia penſione nunquam nos intromiſimus·de reſeruationi⸗
bus eſt uerum ꝙ habemus bullam pro duobus milibus flo
renorum·credebamus nationem illam non egre ferre ſi noſ
qui in ea nutriti ſumus tantum illic in beneficiis haberemꝰ
& nihilominus diximus·pape & ſcripſimus Archiepiſco
pis Maguntiuo Treueren·ꝛ Colonien·noſ illa bulla nul
latenus uti uelle ubi concordatis cum natione aduerſaret.
Itaq; neſcimus cur nobis aliquid imputari poſſit·Commẽ
damus tibi unionem eccleſie ut facias quemadmodum cõ
ſueuiſti quia nihil pace melius contra prutenos ſedes apo
ſtolica uſa eſt ſuis armis·reſtat in uos ueſtris utamini· Si
qua in re natio ipſa grauatur poteſt recurrere ad ſedem a
poſtolicam·crede non ſpernentur preces ſue· Fuimus locu
ti Sanctiſſimo domino noſtro de iuramento tuo·ſanctitas
ſua uiue uocis oraculo nobis dixit ꝙ iuramentum illud ſuſ
pendebat ad effectum ut poſſis Romane eccleſie utilius
ſeruire·& ita poteris affirmare te non eſſe obnoxium iura
mento·Age igitur ut conſueuiſti nos ſemper inuenies pa⸗
ratiſſimos ad ea que tibi grata ſint ꝛ inclyte nationi utilia
cupimus ut nos commiſſos facias principi Marchioni al
berto cuius eximie uirtuti animam debemus· Vale ex ro
ma·die ſeptima nouembris·Milleſimoquadringenteſimo
quinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Cardi⸗
nali ſancti angeli· S·P· D· Ex Buda iterum
litteras tuas accepi colendiſſime atq; optime
pater ex quibus didici non comperto apud au
ſtriales rege dignationem tuam cum in iaurinum ueniſſet
retroceſſiſſe·non eſt mihi dubiuꝫ quecunq; agis optimo cõ
ſilio fieri· Turbines illarum partiuꝫ nondum eſſe ſedatos
& publica & priuata cauſa moleſte fero·ſed nouit deus ſi
ne cuius nutu nihil agitur quid rei chriſtiane expediat· q̃
redeas in Germaniam pragamq; petas & probo & lau⸗
do quod times in re bohemica credito nihil ego temptabo
ſileo & ſilebo quā diu uolueris·non tamen adulabor·non
ſuꝫ in opinione tua ut ſcandalizari Teutones in illa re pu
tem·ſed quamuis mihi non perſuades non tamen plus mi
hi quam tibi credo·cedo & captiuo ingeniū meum & ubi
non eſt ratio auc̃ti conſentio·illud tamen uaticinor nunq̃ꝫ
tua dignatio uel mea prauitas Bohemiam ex integro apo
ſtolice ſedi unitā uidebit·atq; ego utinam fallax ſim uateſ
& inueniar in hac prophetia uanus·de rebus nr̃is nihil eſt
quod ſcribam memoratu dignū Vrſini cū Comite euerſo

ſicut heri & nudiuſtertius bello ſeſe agitant concordia ſe-
pe queſita nondum inuenta eſt·cardinalis eius familie ab
eſt neqꝫ ſe tutuꝫ Rome arbitratur apoſtolica pietas eo eſt
uultu quo fuit dum abiiſti·prefectus Vrbis e grauiſſima
febre conualuit·piccininus e regno Neapolitano cum co-
piis ſuis in agrum picenum profectus ſigiſmundo malate
ſte bellum intulit·caſtellaqꝫ nonnulla ibi ademit·Genuen-
ſes a regia claſſe admoduꝫ opprimuntur·legatus marchie
indies expectatur cancellariã initurus que ſcribam non ha
beo plura·commendo me reuerendiſſime dominationi tue
rogans ut ſi regem Hungarie adeas apud eum cauſaꝫ ec
cleſie mee Varmien·adiuues·nam is cum rege Polonie
plurimũ poteſt·Ex Roma die decimaſeptima nouembris
Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Poggio Floren
tino S·P·D·Rure datas poggi amantiſſime
tuas litteras accepimus que nobis & iocundi
tati & uoluptati fuerunt·neqꝫ enim alius eſt
uſquam hominum cuius ſcripta libentius q̃ tua legamus·
eſt enim in eis & dicendi ornatus & ſine quo ſacrificiũ ue
teres noluerunt debiti ſalis condimentuꝫ·gaudemus te be
ne ualere & inter ruſticandum philoſophari·utinam ⁊ nos
par uita teneret·ſunt qui egre ferunt inter ruſticos uitam a
gere ex quibus nihil queant diſcere·nobis autem moleſtuꝫ
eſt inter eos uerſari quos nihil docere poſſumus·tedet ſem
per diſcere ⁊ magiſtri uoces omnibus horis auribus incul
cari noſtris·quod ſi alterum eligendum ſit auditores liben
tius q̃ doctores feremus·nam ſi pueris moleſtum eſt ſem
per audire quid ſenes agant poeta inſignis in opere initio

Semper ego inquit auditor tantum nunquam ne reponam
uexatus totiens rauci theſeide codri·multi ſunt hodie ⁊ co
dri & traſones quos audire inuiti cogimur & nihil diſcen
tes diſcere·nos igitur te feliceꝫ dicimus qui apud eos euũ
traducis qui te plane ſapientem fatentur & audiunt percu
pide q̃uis quocunqꝫ in loco fueris·idem tibi accidat neceſ
ſe eſſe·cuius etiam apud patres noſtro nomen laudatiſſimũ
fuit·ad oblationes tuas nihil modo reſpondemus cum pri
oribus litteris & qup loco te habeamus & quales erga te
ſimus abunde a nobis ſcriptum fuerit·credimus te arbitra
ri nos & tibi & tuis eſſe deditiſſimos·ꝙ ſi eo es animo ni
hil falleris·nos de te nobis omnia perſuademus·Vale ex
Vrbe kalen·decembris·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senẽſis Federico impera
tori·Salutem plurimam dicit·Accepi litteraſ
tuas ex Bartholomeo canonico Varmienſi·
procuratore meo qui ſcribit mihi circa nego-
cium meum benigniſſimum & humaniſſimum habuiſſe re-
ſponſum·nam ut retulit ſibi Vlricus Ridrer tua maieſtas
litteras requiſitas ad Sereniſſimum regem Polonie mei
cauſa ſcribi iuſſit·fecit tua clementia ut conſueuit erga me
ſeruulum ſuum cuius auxlio atqꝫ fauore ad Cardinalatuꝫ
eleuatus ſum·Sed ſeruauit etiam ſuam in me conſuetudi-
nem Cancellarius Vlricus Velzeli qui rogatus & inter
pellatus multis uicibus quas iuſſus erat lr̃as expedire cõ
tempſit·expectauit ꝓcurator meus·vi·diebꝰ ⁊ tandeꝫ ſine
lr̃is tue maieſtatis receſſit·ob quã reꝫ negotiũ meũ magnũ
patiẽ detrimentũ·cum uidebor tuo fauore priuatus·neſcio
cur me ille adeo proſequitur·Nam ſi ego illam eccleſiam

non obtinuero non tñ aliquis amicus ſuus eãm adipiſcetur
ſupplico igitur ut tua clementia per aliam cancellariã litte
ras requiſitas expediri iubeat & deinceps ſi quid occur-
rat in ea cauſa ſcribendum in cancellaria auſtrie·dignetur
manſuetudo tua id committere expediendũ· naʒ ego Vel
ʒeli gratiam inuenire non poſſum·neſcio ſua an mea culpa·
ego his diebus conſanguineum ſuũ apud pontificem max
imum adiuui & cum illi deeſſet pecunia in domo mea alui
donec expediretur· Deus ſibi meliorem mentem prebeat·
Noua iſtarum partium hec ſunt· Vrſini & Comes Euer
ſus adhuc bello ſe uexant·Comes Iacobus piccininus Si
giſmundum Malateſtam armis laceſſit· rex Aragonum
Genuenſes claſſe premit & in Riparia Genue plura oppi
da vi & tractatu cepit· Papa ſoſpes eſt & ad rem contra
Turchum feruentior indies aſſurgit·Ex orienti certuʒ eſt
nuntium allatum Turcos apud Mytilenem bello uictos
fugatoſq; eſſe·Alia non occurrunt facio me commenda-
tum ſublimitati tue ad eius ſemper mandata paratum·Ex
Vrbe die uiceſimaſecunda nouembris · Milleſimoqua-
dringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis ſenenſis Iohanni Nihili·
Salut·Pluri·Dicit·Accepimus litteras tuas
quibus rogas ut prepoſituram Brunnenſem
tibi impetremus uoluiſſemus non fuiſſe preuẽ
tam amicitiam tuam· feciſſemus pro te quod noſtre uires
potuiſſent· Nam te ſincere amamus & fratris habemus
loco·ſed iam circiter menſes tres elapſi ſunt ꝙ dñs Ven-
ceſlaus Bohemus cum hic eſſe orator dominoruʒ de roſis
eam in noſtra preſentia a dño noſtro petiuit ⁊ papa nobis



commiſit ut adueniente tempore ſibi ad mentem deduce-
remus·itaq; non poteramus fidem non ſeruare· Heri ea
prepoſitura Venceſlao collata eſt q̃uis maieſtas regia
reſeruari illam poſtulato cuperet rogamus igitur equo a
nimo feras quod factum eſt·nos deinceps curabimus pro
uiribus tue uoluntati moreʒ gerere ſi quid occurrat in quo
poſſumus adiumento eſſe · nam certe anxii ſumus pro tua
uirtute tibi non eſſe prouiſum·ſi obtineremus uarmienſem
eccleſiam ibi aliquid tibi pingue concederemus·ſed res lõ
ga eſt atq; perplexa· Agimus tibi gratias ꝙ nouitates iſ
tarum partium nobis ſepenumero ſcribis idq; ut ſedulo fa
cias rogamus· Datum Rome die · uiceſimaſecunda no-
uembris·Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Inder
bachio·S·P·D·Accepimus ex litteris Bar-
tholomei canonici Varmieñ· ꝓcuratoris no
ſtri litteras in cauſa noſtra petitas quamuis a
ceſarea maieſtate conceſſas nõ tamen obtentas fuiſſe quo
niam cancellarius eas expedire ſuo more neglexiſſet· Ob
quam rem Bartholomeus quamuis ſex diebus expectaſſʒ
ſine illis receſſit·& licet Artongus illas ad nouam ciuita
tem afferre debuiſſet nihil tamen factum eſt· non miramur
de cancellario·ille enim ſuam erga nos ſeruat conſuetudi
nem·ſed miramur te paſſum eſſe res noſtras in manus illi-
us perueniſſe qui noſti & nos & illum·poteras inſuper cuʒ
eius cunctationem uidebas ceſarem accedere ⁊ rei noſtre
aliomodo conſulere·Nos hic nullam habemus aliam cu-
ram q̃ȝ ceſari & ſuis morem gerere & ſcimus nos id eſſe
obnoxios facere·neq; ceſſabimus uita comite·equum tam̃

paramus aliter nos in curia ceſarea tractari. & cum nõ du
bitemus principis gratiam habere non poſſumus non ve-
hementer admirari ita rem noſtram eſſe neglectam. Cete-
rum cum preterita reprehendi facilius q̃ corrigi queant.
rogamus deinceps non patiaris quod nos tangit ad impe
rialem deferri cancellariam & cum nos hic veſtri ſimus|
vos illic non ſitis nobis alieni. ſi videt aliqua via ꝙ adhuc
littere mitti ad regem Polonie poſſint facito quod amico
credis eſſe utile & purga moram. Vale ex Roma die vi
ceſima ſecunda novembris. Mcccclvii.

Neas Cardinalis Senẽſis. Vlrico Riedrer
S. plu. dicit. Littere ceſaree ad regem polo-
nie noſtri cauſa ſcribende ut ex Bartholomeo
ſumus edocti quamvis a ceſare conceſſe beni
gne obtineri non potuerũt. neſcimus an Velzeli culpa qui
tenuit expeditionem an tua qui homini nobis parum ami
co expeditionem commiſiſti. nos certe non ſine gravi dam
no fruſtrati ſumus. Si quid a nobis commiſſum eſt prop-
ter quod ita debeamus in curia veſtra tractari. Rogamus
nos certiores efficias. & ſi peccatum noſtrum eſt id emen
dabimus. nos certe qui a ceſare veniunt, ſumma eos diligẽ
tia proſequimur. ac non ſolum verbis ſed etiã pecuniis ad
iuvamus. velit deinceps tua amicitia negociisque nos con
cernunt ad aliam deferre cancellariam ubi amicos habe-
mus & litteras noſtras ceſareo culmini legito. Datum ro
me die viceſima ſecunda. novembris. Milleſimoquadrin
genteſimoquinquageſimoſeptimo.



Neas Cardinalis Senenſiſ Vlrico epiſcopo
Gurcenſi. S. P. D. Gaudemus de reditu tuo.
& ſi magna pecunia emptus eſt. ſed longe pre
ſtat pecuniam q̃ corpus negligere ſi potuiſſe
mus tibi eſſe adiumento id quidem cupide egiſſemus neq̃
neglеximus quod in nobis fuit q̃vis profuit nihil. ita nunc
res ſe habent neq̃ hũmana neq̃ divina iura pondus habẽt
ſed putamus adhuc illum daturum penas qui tantum ad-
miſit ſcelus. Nunc quod ſcribamus non eſt aliud niſi ꝙ te
cum conquerimur non potuiſſe nos in curia ceſarea litteras
obtinuiſſe ad regem polonie commendaticias quod quidẽ
non de ceſare dicimus. nam ſua manſuetudo benigne annu
it litteras ſcribi debere. ſed cancellaria impedimento fuit
cuius rector procraſtinando negavit expeditionem & pro
curator noſter deluſus abiit. nõ ſine magno damno noſtro
qui litteras ceſareas nobis admodum profuturas arbitra
bamur. rogamus te ut hoc ceſareo culmini exponere velis
& ſi quis eſt providendi modus rei mee conſulito ex Ro.
die viceſima ſecunda. novembris. Milleſimoquadringen-
teſimoquinquageſimoſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis Henrico Senft
leben. S. plu. D. Negligenter factũ eſt ꝙ lr̃e
imꝑiales nõ ſunt habite ita illi amici ſunt nos
aliter cũ eis agamus curandum eſt ne de ſine
regie fortaſſe ita placet deo ut huius cauſa regi tantum ſi
mus obnoxii. ſcimus tamen imperatorem non eſſe in culpa
cuius benignitatem experti ſumus Velzeli ea malignitas
eſt. Cura expediende rei tua eſt. quodcumq̃ mandatum
procuratoribus noſtris dederis| id volumus ratum eſſe
Credimuſ tandem neceſſe erit paulum eo profici.

alioquin parum ſperamus cum te huc rediturum audiamꝰ
alia que modo ſcribamus non occurrunt· italia ita ſe habet
ſicut heri & nudiuſtertius· nepos pape adhuc egrotat &
putatur euaſurus· legatus ex Marchia propediem redi-
turus expectatur· Vale optime ex Roma die uiceſima ſe
cunda nouembris· Milleſimoquadringenteſimoquinqua
geſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Venceſlao Bo
hemo· S· P· D· ſeruauimus quod promiſimꝰ
& annuente deo tue ſatiſſecimus uoluntati·
prepoſituram Brunnenſem conſecutus es mu
nere apoſtolico & noſtra potiſſime ſollicitudine qui iuuan
te reuerendiſſimo domino Rothomagen· cardinalem Pa
pienſem alteri conſulentem uicimus· tuum nunc eſt ut poſ-
ſeſſionem aſſequi ſtudeas & pro nobis in eccleſia Varmi
enſi tuas operas impartiaris· in qua re noue indies diffi-
cultates emergunt· facient domini de roſis rem nobis gra
tiſſimam ſi hac de cauſa ad rem Polonie te miſerunt· Va
le ex Vrbe octaua kalen· Decembris· Milleſimoquadrin
genteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Franciſco Phi-
lelpho· Sa· P· D· Litteras tuas Franciſce a
mantiſſime & quidem ſuauiſſimas accepimꝰ
Mediolani ad· viii· calen· nouembris ſcriptaſ
cumqꝫ his dulce carmen ſale conditum optimo· Priores
quoqꝫ nobis reddite fuerant & uerſus impares ex offici-
na tua periocũdi terſiqꝫ· quibus iam pridem reſpondimus
Nũc pauca ad noua ſcripta dicemus· Iohan· papa tertiꝰ

et· xx· cum plus equo laudaretur· ſcio inquit me ludi ſed fal
ſa quoqꝫ laus me delectat· idem & nos dixerimus nõ ſunt
noſtre quales nobis attribuis laudes· ſcimꝰ quo pede clau
dicamus· quem doleamus dentem· laudari tamen falſo qꝫ ui
tuperari uero malimꝰ· tibiqꝫ gratias habemus qui nos im
mortales facis· librum tuum iam dudũ in cathaloniam ab
iſſe putamus· nihil eſt quod de illo ſperes· uacua Bibliothe
ca eſt preter uerboſas leges nihil habet xenophontem filiũ
tuum optimum adoleſcentem & tuis imbutum diſciplinis
in familiam noſtram recepiſſemus & ſui & tui cauſa liben
ter ſi facultates noſtre tuliſſent ſed nõ ſunt opes noſtre que
longum ferant famulorum ordinem & curiam ſplendidaꝫ
minimus tenui menſa & inter ultimos haberi Cardinales
ſatis eſſe putamus· Vale & nos perge amare· quandoqui
dem id reciprocum fit· Ex urbe Roma· vii· kalen· decem-
bris· Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Latino Cardi-
nali de Vrſinis· S· P· D· Quamuis nõ ſcrip
ſi hactenus paternitati tue non tamen minus il
li & deditus & affectus fui· ſed cauſam mee
taciturnitatis tua ſingularis prudentia per ſeſe optime no
uit· non ſunt ea tp̃a que miſſitationes litterarum expoſcant
nec uidi meis litteris aliquod afferri poſſe preſidium rebuſ
tuis quod ſi uidiſſem etiam cũ periculo ſcripſiſſem· ita eniꝫ
dignatio tua de me merita eſt· nunc uero & taceo et ſimul
ſuperos oro ut finem aliquando tuis tempeſtatibus tribu-
ant & reddant nobis perſonam tuam qua non ſine incõmo
do ſacrum collegiuꝫ caret· nouitates nullas habeo ſcriben
das quas non puteꝫ dignationi tue notas niſi forte germa

nicas· ſed impliciti bello proprio homines non ſolent exter
na curare· hec ſcripſi ne perpetuum ſilentium meum accu-
ſares q̄uis ſcio tuam circumſpectionem ita me ſuum ſerui
torem amare ut nihil in ſiniſtram partem recipiat· commē
do me iterum & iterū paternitati tue ad eius mandata pa
ratiſſimum· Ex Vrbe die decimaſexta nouembris· Mille
ſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Sigiſmundo ma
ieſtate· S·P·D· Fuimus hoc mane cum ſanc
tiſſimo domino noſtro dum cancellarius tuus
audiretur & intelleximus que dicta ſunt tam
per ſanctitatem domini noſtri q̄ per ipſum cancellarium ſu
per controuerſia que eſt inter ſereniſſimum regem Arago
num & te· circa quam rem etiam ſeorſum idem dominus
noſter nobiſcuȝ loquutus eſt· in ſumma uidemus ipſum do
minum noſtrum affectum eſſe ſtatui tuo uelleq; tibi ſem-
per bene conſultum eſſe· Oportet tamen ſuam ſanctitatem
habere reſpectum non modicum ad prefatum regem Ara
gonum & habere oculū ad terras eccleſie & ideo neceſſe
eſt ut prudenter ſe habeat· nec poteſt ſemper omnia facere
que uellet quibus ex rebus conſideratis omnibus pro dire
ctione rerum tuarum ad euitandum pericula que poſſunt e
mergere· uidetur nobis conſultum eſſe ꝙ tu de ſumma pe-
cuniarum quas regia maieſtas a te petit· offeras illaȝ quā
titateȝ ſine ulla dilatione perſoluere que liquida eſt de pte
autem alia ſupra qua pretendis nō teneri prebeas menſaȝ
in qua dicta pecunia parata ſit ad requiſitioneȝ regis cāu
quo ſanctiſſimus dominus noſter decerneret te obligatum
eſſe & affirmes te uelle ſtare determinationi domini noſtri

Et hec uideretur nobis uia rationabilis· nec putamus alio
modo rem bene ſopiri poſſe· rogamus ut recte conſideres
omnia & recipias conſilia coruȝ qui te amant· nec uelis ꝑ
modica pecunia te in periculo ponere· quia non eſt paruus
aduerſarius tuus· nec res bellice ſemper ex opinione ſucce
dunt· Melior eſt multo certa pax q̄ ſperata uictoria· Sci
mus te non libenter audire conſilia quia tamen periculum
prouintie timemus non poſſumus facere quin ea que nobiſ
uidentur utilia ſignificemus· tuum eſt in bonam partem re
cipere que a nobis ſincera mente ſcribuntur· Datum rome
calen· Decembris· Milleſimoquadringenteſimoquinqua
geſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iacobo Lodro
nio medico· Salutem plurimam dicit· Habui-
mus ex ferraria litteras tuas· libētius te uiciſ
ſemus pro caritate qua tibi ſumus affecti· det
deus ut aliquando ſimul reperiamur· faceremus libenter
omnia que poſſemus pro tuo honore & utilitate· ſed nō ui
demus modo commoditatem· Tempora enim mala ſunt
ſed ſi quid occurrerit non erimus tui immemores· rogamꝰ
ut commendes nos Imperatorie maieſtati & iuues laro-
rem preſentium ad expeditionem ſuā in facto eccleſie par-
mien· quam ſi obtinere poterimus non erit quin utilitas ti-
bi redundet· Salutes ex parte noſtra Vlricum Ridrer &
Valterum ȝebinger ac cancellarium imperialem & alios
amicos noſtros· dolemus multū de captura epiſcopi Gur
cen· & Iohannis Vngnad & aliorū· utinā poſſemus eoꝝ
liberatōem ꝓcurare ꝑfecto nihil omitteremꝰ ex nobis poſ
ſibilibus· Iohannē inderbachiū cupimus nr̄o noīe ſalutari

ſimulq̄z dilectiſſimum filium tuum Federicum cum coniu-
ge tua honeſtiſſima. Vale in chriſto optime noſtri memor
& amans ut ſoles. Datum Rome kalendas Decembris.
Mcccclvii.

Neas Cardinalis Senenſis Laurentio Ro
uarella. S. P. D. A latore preſentium recipies
quatuor bullas apoſtolicas & unum officiuꝫ
transfigurationis. ex bullis unam reddes Im
peratori ſimul cum officio & breui ſibi directo. Alias bul
las curabis mittere tribus principibus electoribus ſimul cū
breuibus ſuis. erant & alie tres bulle apoſtolice ſimul cum
duobus officiis ac tribus breuibus. officia dirigebant Re
gi Hungarie ac domino legato. bulle quoq̄z eiſdem. tertia
uero domino ſtrigonienſi. ſed hec omnia mittemus per ali
um nuntium qui poſt biduum recedet. ſi te reperiet in curia
regis Hungarie aſſignabit tibi ea. ſin autem tradet per ſe
ipſum regie maieſtati que ſibi diriguntur. Alia uero cura
bit tranſmitti Archiepiſcopo & legato. nec alia circa hec
de negociis rheni multa referuntur non bona. propter que
neceſſarium erit ut q̄zprimum cum conſilio imperatoris et
cum litteris ſuis ad partes illas te transferas ꝛ labores iux
ta commiſſionem tibi traditam. interea bonuꝫ eſt ut procu
res ꝙ imperatoria maieſtas ſcribat Archiepiſcopo mag
deburgen. ſimulq̄z ragenſi ꝛ ĩprimis Treuerenſi ac Salcz
burgenſi ut ſi querantur ad aliquam conuentionem in fac-
tis ecclesie nō conſentiant. ſed ad ſe ipſuꝫ oīa referant que
queruntur & ſuadeat ut ſi qui ſunt qui nouitates querant.
illis non aſſentiant. quia periculū eſt in mora habebis mox
alias litteras domini noſtri qui plenius de hac materia ad



te ſcribet & intelliges rei grauitatem ac periculum. bonuꝫ
eſt etiam laborare apud ducem Ludouicum Bauarie ut
ſcribat Palatino Reni cōſanguineo ſuo nec ſe implicet cō
uentionibus eorum que contra ſedem apoſtolicam aliquo
modo parantur per ſuadendo ſibi ꝙ multo facilius filii ꝓn
cipum promouebuntur per ſedem apoſtolicam q̄z capitula
uel ordinarios. & hoc bene cura in auribus principum con
culcare quia ueritas eſt. Vale & ſcribe ſepius quomodo
tibi ſuccedat. Datum Rome calendas Decembris. Mille
ſimoquadringenteſimoquinquageſimoſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis Franciſco Duci
Mediolani illuſtri. S. P. D. Quamuis in cu
ria sereniſſimi Imperatoris ꝛ aliis in locis ubi
moram traxi ſemper honoris & glorie tue cu
pidus fuerim. illiſq̄z pro mea uirili conſulere ſtuduerim ut
teſtes ſunt. magnificus eques Sceua de curte. & alii quos
tua excellentia ad imperialem maieſtatem & Romanam
curiam aliquando tranſmiſit. Fateor tamen me nunquam
aliquid egiſſe propter quod preſumere debeā gratiam quā
tumcunq̄z minimaꝫ ex tua manſuetudine depoſcere. ſed au
daciam petendi quam mea non preſtant opera tua liberali
tas & in omnes beneficētia cōcedit que cum uel ignotis ꝓ
deſſe ſoleat mihi ut exiſtimo non claudet aures. neq̄z ego
illam implorare auderem niſi me neceſſitas urgeret ſed cū
uocatus ad cardinalatus honorem eos non habeam red-
ditus qui huic dignitati conueniant cogor ad eos recurrerē
quos pro ſua ſingulari bonitate mihi bene uelle arbitror.
inter quos excellentiam tuam ueneror. nam & amici quos
Mediolani habeo hoc mihi & litteris ꝛ nuntiis indices cō

firmant· Quibus ex rebuſ commiſi prefato ſceue integ-
rimo amico meo ut aliqua meo nomine manſuetudini tue
exponat· cui precor & benignas aures impartiri & preces
quas uice mea tulerit bono animo exaudire uelis· nam &
opus pietatis exercebis & me ſeruitorem tuum magis ac
magis obligatum habebis· Ex Roma quarta nonas De
cembris· Mcccclvii·

Neas Cardinalis Senenſis Sceue Curtenſi
S·P·D· Raphaelem Caymum nobilez ado
leſcentem quem ad nos miſiſti recepimus in
familiam noſtram & tui cauſa & ſui libenti a
nimo· nam & nos tibi obnoxii ſumus in omnibus morem
gerere & ipſe pre ſe fert modeſti & prudentis indolem iu
uenis· utinam hi ſimus qui uirtuti ſue ſatiſfacere poſſimus·
quod promittis te apud illuſtriſſimum principem procura-
turum noſtri cauſa non eſt apud nos dubium· nouimus a-
nimum ergo nos tuum & amicum te eſſe uerum non ambi
gimus· ſi bona principis mens in ea re fuerit tua non dee-
rit opera ita nobis perſuaſum eſt· ſcribimus excellentie ſue
litteras quarum exemplaria cũ preſentibus ad te mittimus
ſi putas reddendas eſſe reddito ſi minus utere conſilio tuo
& rem noſtram pro tua circumſpectione curato· nos tantũ
uolumus quantum licet· pauperes nati ſumus ⁊ in hãc uſqꝫ
diem uiximus tenues· nunc ſi aucta dignitas eſt non tamẽ
accreuerunt opes· confidimuſ in bonitate ſummi dei ut qui
nos nunquam deſtitit neqꝫ in cardinalatu deſeret· qñ nõ hi
ſumus qa maria monteſqꝫ cupiamus· ſatis nobis fuerit nõ
egere quo illuſtriſſimi ducis auxilio futuꝝ cõfidimuſ ⁊ tua
ſolicitudine· de maxima illa concubina non eſt quod mirẽ

Lata eſt Romana curia & omnium rerum capax· boni et
mali apud nos uerſantur· Hic ſuperbia & humilitas· hic
auaritia & largitas· hic luxuria & frugalitas· hic libido ⁊
continentia· hic ſumma uirtus & ſummum uitiuz· Sagena
eſt hec in mari miſſa omnium genere piſcium plena· Tri-
ticum adhuc ſimul & palea in area eſt & magna fatuitas
& ſumma ſapientia ſimul habitant· quid mirum ſi opera
aliquando preclara effecimus digna laude· aliquando ſic
agimus ut reprehendi uel a minimis ualeamus neqꝫ arbor
bona malos fructus facit· neqꝫ de ſpinis colligunt uuas·
Credimus tamen plura dici qꝫ fiant & plura fieri qꝫ dican
tur· famamqꝫ tanto maiorem eſſe quanto longius effertur
nos noſtro capiti paremus· cuius ſapientiaz nemo ſatis cõ
mendauerit· quamqꝫ aliquando ea faciat que non omnes
probant· ſed quid mirum ſi pontificis & mortalis hominiſ
facta ſunt qui uituperant· quando nec deus ipſe reprehenſi
onibus hominum caret· ſed Vale & Iohanni Caymo ſpe
ctato uiro & nobis amiciſſimo noſtro nomine ſalutes dici
to quantas ab amico deſiderat· Ex Roma quarta nonas
Decembris· Milleſimoquadringenteſimoquinquageſi-
moſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Nicolao Ar-
zimboldo· Salutem plurimam dicit· Quam
uis raras ad te litteras dederimus· nam he ſe
cunde ſunt poſtquam cardinalatus honorem
conſequuti ſumus· nihil tamen minus te amamus & tene-
remur· eſt indelibilis memoria illius dulciſſime conſuetu-
dinis quã ſimul Florentie habuimus· recordamur quãto fa
uorẽ nos mediolãi dũ legatõe ceſarea fũgeremur ꝓſeqbari

Neq; obliti ſumus eorum . & que Rome in coronatio-
ne imperatoris una agitauimus. que omnia ſuauiſſimam
mihi reddunt recordationem tui nominis. ad hec accedunt
ampliſſima in me merita Gaſparis ſlickii cancellarii ceſa-
rei que ſuis neceſſariis & amicis mirum in modum nos ob
ligatos tenent. hec ſcribim⁹ ſemel pro multis uicibus ut ſci
as nobis animum eſſe complacendi & tibi & tuis omnib⁹
nam quotiens tuo nomine requireremur tociens in memo-
riam cariſſimi amici non ſine uoluptate quadam reuoca-
mur. ex te aliud nihil petimus niſi ut nos ames ex ueteri cō
ſuetudine & illuſtriſſimo principi duci Mediolani cōmen
datos efficias. cuius clariſſima uirtus omnem inuidiam ſu
perauit. Vale Ex urbe Roma. quarta nonas decembris.
Mcccclvii.

Neas Cardinalis Senenſis Theoderico ar
chiepiſcopo Colonienſi. Sa. P. D. Ex litteris
quas mihi quaſq; ſanctiſſimo domino noſtro
ſcripſiſti ſinceritatem tuam erga ſanctam Ro
manam primamq; ſedem plane cognoui neq; ambigo ubi
tua dignatio ſit ibi nihil concludi poſſe non iuſtuȝ ſanctūq;
ago gratias benignitati tue que palam mihi dignata eſt a
perire quod ſentit. uerum quia certificatus eſt dominus no
ſter in conuentionibus que in Germania fiunt aliqua trac
tari que hanc ſedem concernunt. oro ne tua circumſpectio
his aures adhibeat qui nouitates efficere cupiunt ut uł ſic
emergant. nanq; ſi romane ſedis auctoritas deprimeretur
credito quia nec tua nec aliorum epiſcoporum ſalus mane
bit. audio tamen que conſulis ut hic quoq; ea reformentur
que odium tue nationis pariunt. & ego ſi mea uox audiet



ad id operam dabo. nam & hic aliqua cōmittuntur que nō
laudo omnia. uerum illud ſalubre puto ut ſuper grauamini
bus que ueſtri allegant ad romanum pontificem recurſus
habeatur qui non denegabit aſſenſum iuſta petentibus mi
hi ea cura eſt ut ea ſemper agā que nationi tue de qua quo
dem modo unum me puto & honori & utilitati ſint. In re
bus autem que tue proprie ſunt ita me habeo ꝛ habebo qđ
aduixerim tanquam mee ſint. ſcio enim quantum dignatiō
ni tue debeo cuius humanitas multis me affecit beneficii-
is. ceterum quia prepoſitura ſanctenſis que nunc mihi com
mendata eſt in dyoceſi ac dominiis tuis non paruam habȝ
iuriſdictionem rogo uelis tuis parentibus litteris manda-
re ut officialibus meis quatenus conſuetum eſt abſq; con-
trouerſia pareant ita ut gaudeat ea dignitas ſe mihi cōm
miſſam eſſe. & cardinalem ſenenſem apud preſulem coloni
enſem intelligat eſſe non ultimo loco. nec alia modo com-
mendo me tibi. Ex vrbe. iiii. noñ. Decembris. Milleſimo-
quadringenteſimoquinquageſimoſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis Vlrico Epiſco-
po Gurcenſi. Sa. P. D. Suſceptis litteris tuis
uocauimus ad nos e ueſtigio procuratorem
Herfordenſium cum quo plura loquuti. illud
ab eo tandeȝ obtinuimus ut in cauſa illa teſtamentaria nō
procedatur nobis inſciis & putamus eum quieturum iux-
ta deſiderium tuum donec adueniat noſter Senſleben. Eſt
enim hic procurator uir bonus & in fortunio tuo compati
atur. ſolum timet ne principales ſui eum tergiuerſarii ſuſpi
centur. nec alia modo rogamus ut nos Maieſtati ceſaree
commendes ꝛ nos in gratia eius retineas quia ipſe eſt cui

preceteris qui uiuant obligati ſumus · diſplicet nobis non
habuiſſe nos illam fortunaꝫ ut pro nobis ceſarea maieſtas
regi Polonie ſcripſerit in cauſa Varmienſis eccleſie·fecit
hoc Velʒeli uetus conſuetudo qui gratiam ceſaris nobis
impediuit·id nobis eſt non damno ſoluꝫ ſed etiam infamie
nam qui nos annis quindecim ſeruiſſe Ceſari ſciunt noſtrã
paruifaciunt exiſtimationem cum litteras commendatici-
as ex Curia eius obtinere nequiuerimus· deinceps roga-
mus aliter agatur nobiſcum qui dies noctesqꝫ ceſari ſerui-
re & ſuis curialibus morem gerere ſtudemus· Vale opti
me·Ex urbe Roma die ſexta decembris·Milleſimoqua-
dringenteſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Frunt·
S·P·D· Affecerunt nos littere tue nõ paruo
gaudio uir preſtans & amice ſingularis quã
do nude ſcribis & interna animi tui pandis·
Credimus te uti non inſulſo conſilio ſi cum nequeas conti
nere coniugiumqꝫ queris quamuis id prius cogitanduꝫ fu
erat quam ſacris iniciareris ordinibus·Sed non ſumus dii
omnes qui futura proſpicere ualeamus·quando huc uentũ
eſt ut legi carnis reſiſtere nequeaſ·melius eſt nubere ꝙ uri
Non tamen hec pontifici ſententia eſt ut diſpenſandum cẽ
ſeat·ſtat in ſua ſeueritate nec putat uni concedendum quod
multis in otium uergat malum & unuꝫ pati pro multis nõ
inconueniens arbitratur·expectandus eſt ergo ut tute ais
alterius apoſtolatus qui mitior ſit· neſcimus tamen cui ui
ta tam diu comes erit· nam ſepius agni premoriuntur oui
bus·tu quam de nobis opinionem geris ut deponas roga
mus·Neqꝫ enim nos hi ſumus quos arbitraris utinam ita
uiuamus ne Cardinalatum indigne uideamur adepti· Cu
pimus nos ſepe reuerendiſſimo patri noſtro domino Colo
nienſi facias commendatos cuius uitam diuturnam cupi-
mus·& ſue dignationi rem gratam facere optamus·prepo
ſito ſancti Florini· Tilmãno ut nos offeras petimus quẽ
inter amicos obſeruamus·nec ſecus de Iohanne polart di
cimus·ſumus enim omnibus obligati· Sed Vale & pro-
curatores noſtros ut aliquid cõſequamur adiuua·Datum
Rome die·ſeptima decembris·Milleſimoquadringente-
ſimoquinquageſimoſeptimo·

Neas Cardinalis Senenſis Iohanni Tol-
ner·Salutem plurimaꝫ dicit· Que ſcribis om
nia cum uoluptate legimus aduertentes qua
nos animi ſinceritate proſequaris · tua nobis
& fides & prudentia magno emolumento eſt · circa rem
prepoſiture expectamus decani procuratorem·ſed ille for
taſſe ideo tardior eſt quia ſperat nouis que audiuntur legi
bus ſeſe magnum fieri·utinam magnus ſit cum rei publice
chriſtiane utilitate·intelligimus eccleſiam quam nobis ꝑ
prepoſitura dimittere intendit · domum habere ruinoſam
quam Palatinus comes eccleſie ſumptibus reparari uult·
quod ſi fiat redditus plurium amicorum in eam conferant
ꝛ nobis eſſet oneroſum·rogamus igitur attente iſta penſes
ꝛ cuncta nobis reſcribas·pro eccleſia collegiata impetra-
uimus ſeptem annorum indulgentias·plures obtinere neq
uimus & illas ad·xx·annos duraturas·ſi uolunt expedire
poterũt hi quibus ea cura cõmiſſa eſt· nos que poſſumꝰ cũ
honeſtate pro eccleſia vormacien·efficere uoluntarii ſumꝰ

Commenda nos epiſcopo & decano ac Iohanni de Bacſteyn amicis optimis. & Vale in domino ſemper ex Roma die ſeptima decembris. Milleſimoqnadringenteſimo quinquageſimoſeptimo.

Neas Cardinalis Senenſis Ludouico ſanctorum quatuor coronatorum Cardinali legato Bononienſi. Sa. P. D. Et oliuas & cetera quibus me honorare uoluiſti cupidiſſime accepi. tum ꝙ id genus alimenti hic rarum & precioſum eſt. tum ꝙ ex amantiſſimo & mihi precipuo domino & benefactore ſingulari quecunqȝ ueniunt nō poſſant eſſe niſi gratiſſima. Exenia quidem tanto acceptiora ſunt quanto is q mittit amantior eſt. qua ratione non potuiſſent munera tua apud me eſſe iocundiora q̄ȝ ſunt quando & me amari a dignatione tua uulgariter ſum expertus. & ego tue reuerendiſſime paternitati tanq̄ȝ patri optimo & domino benigniſſimo ſum affectus. Vellem aūt ea in me facultas eſſet qua poſſem me gratum oſtendere non uerbo ſed facto. ſcio tamen prudenciam & manſuetudinem tuam ex me nihil amplius expectare q̄ȝ poſſim. & in redditione beneficiorum animi tantum inſpicere promptitudinem ſed ne multis dignationem tuaȝ morer quod ſemel dictū eſt id nunquā indictū erit. noſti que fuerūt inter nos uerba dū ageret de mea ad cardinalatū ꝓmotione. nunquā ex animo meo illa cadent nec unquā id cōmittam ut tanti beneficii immemor dici poſſim. quod ſi non ſcribo ſepe ad benignitatem tuam nō ꝓpterea minor eſt mea deuotio nec minus amo. id tua reuerēdiſſima paternitas experiet. ſi qua in re mihi poſſibili mea opera uti dignabit. nec plura modo. Datum Rome die. octaua Martii. Mcccclvii.

Neas Cardinalis Senenſis Latino Cardidinali Vrſino. S. P. D. Reddite fuerunt mihi littere tue quibus Gondiſalui familiaris tui cauſam commendas. legi ſcripta tua non ſine iocunditate cum plena eſſent caritatis & beniuolencie. Illud autem moleſtum fuit ꝙ deſiderio tuo moreȝ gerere nō potui. nam iudex in cauſa conſtitutus ſolum ueruȝ ſequi debui. necqȝ fas fuit ad dexteram uel ad ſiniſtram declinare. quo ad tamen licuit partem familiaris tui iuuare non deſtiti. Accerſiui ad diſcuſſioneȝ negocii tres ex rota uiros preſtabiles quos partes ipſe delegerunt cum his fuit & auditor meus & Iohannes de Ceſarinis non indoctus legum interpres. uiderūt hi regiſtra & pluribus inter ſe diebus de meritis cauſe conſultarunt. poſtea coraȝ me conſtituti retulerunt familiari tuo haud quaq̄ȝ ius competere. idqȝ preter unum omnes affirmauere. uolui & ipſe rem cognoſcere ne lippis oculis iudicarem. necqȝ his contentus ſeorſum aduocaui aliquos iure conſultos & deniqȝ nemo fuit qui Gondeſalui partes tuendas diceret. ea propter interpellatus ꝓ ſententia feci quod iudicis fuit. ſi tua reuerendiſſima paternitas iudex fuiſſet haud aliter ſeſe habuiſſet quam ego unū quod potui non omiſi. induxi enim partem aduerſam ad expenſarum dimiſſionem ſi familiaris tuus non appellauerit Hec acta ſunt per me in cauſa Gondiſalui. doleo non fuiſſe ius pro eo. ſequutus ſum iudicia coelectorum auditoruȝ ſcio dignationem tuam non plus ex me uelle q̄ȝ ferat honeſtas. de reliquis que apud nos geruntur non ſcribo paternitati tue quia nihil hic fit quod te fugiat. de Germania credo audiuiſti Mathiam Vainode filium in Regem electum Hungarie annos. xviii. natum quamuis in Bohemia

eſſet captiuus. Sed quinquaginta milibus aureorum redi-
mitur. Bohemie regnum adhuc pendet & ſtatus Auſtrie
ad Bohemiaꝫ aſpirat dux Saxonie Vilhelmus & guber
nator regni Georgius Deſpotus Raſcie mortuus eſt &
idem de magno Turco dicitur. primum uerum eſt de ſe-
cundo dubito. Cardinalis Auinionenſis reuerſurus breui
creditur. utinam idem facere cum tuo bonore ꝛ commodo
tu ipſe poſſes. Ex Roma die. ix. Marcii. Mccccluiii.

Finiunt Epiſtole Enee Siluii Piccolominei qui & Pius
ſecundus fuit. in Cardinalatu edite.

## Regiſtrum huius libri.

¶ Primum uacat. Enee Siluii. quãtũ ipſe. grãs agere.
¶ Cõmuni. nobis ſcriberes. Eneas car. tuam ut noſtro.
¶ Eneas car. nalatum nil. cecidit qui. ti nos cõmendes.
¶ Veſtibus que. Eneas car. qua amplius. nobis impe.
¶ Ratiſpanenſis. prelatos. Eneas car. dominus.
¶ Predicare non. deteſtantur. pontificales. nec rex.
¶ Columen inuaſe. cleſia ratiſ. que uiciſſe. uti preſidio.
¶ Audi ergo. populum. niſtros per. te fieri cognoſcim⁹.
¶ Vt ita loquar. exerce. Eneas cardi. uerbum emiſit.
¶ Eneas cardi. tum eſſe. Eneas cardi. grum in candida.
¶ Et. xx. & hec uidereſ. te ſcriber. ita eſt Romana.

¶Pius Papa Secundus eloquentiſſimus qui obiit Anno.M.CCCCLXIIII.In Anchona.dũ proficiſci ꝓpoſuerit contra Turcos compoſuit.zc..

p Ius Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei: Illuſtri Machumeti principi Turcorum.timorem diuini nominis: & amorem.ſcripturi ad te aliqua pro tua ſalute & gloria. proq; communi multarũgentiũ conſolatione & pace: hortamur ut benigne audias uerba noſtra: nec prius dãnes q̃ iudices.nec prius iudices q̃ ſingula diligenter intelligas: accipe que ſcribimus in bonam partem & uſq; in finem pacienter audi.ſi bona ſunt que ſuademus: amplectere: ſin mala: reſpue & in ignẽ mitte: neq; icciroo epiſtolam reiicias: quia chriſtiani hominis eſt: & ei⁹ chriſtiani qui ceteris preeſt.non enim te odio perſequimur.neq; tuo inſidiamur capiti q̃uis noſtre religionis hoſtis exiſtas: & armis chriſtianam urgas plebem: operibus tuis tibi non ſumus offenſi: diligimus iubente domino inimicos noſtros: & pro perſecutoribus noſtris oramus ſapiẽtibus & inſipientibus debitores ſumus & omnes cupimus fieri ſaluos.Grecos: Latinos: Iudeos: Saracenos: omnib⁹ optam⁹

bona.ſed ſcimus uera bona neminem aſſequi
poſſe qui extra euãgelium degit .& a chriſto
domino noſtro eſt alienus. noli autem aures
claudere aut oculos auertere cum chriſtum
nominamus qnem Machumetea lex in qna
natus es.& uirum ſanctum & prophetam ma
gnum.& uirginis filium.& miraculis clarum
dicit.Multa tibi per eum & maxima bona ad
uenient.ſi ei crediderís. & eius ſacris iniciari
uolueris .Horreſces hec cum primum accipi
es.ſed audienda eſt tota lex.deinde iudicium
promendum.Audi quo tendimus.multa tibi
& tuis progenitoribus cum chriſtianis bella
fuerunt.multus ſanguis effuſus eſt. multe ur
bes delete.ſacre edes incenſe.rapte uirgines.
uiolate matrone. uaſtati agri. ſcelera perpe
trata ſunt. quecumq; in mentem uenire poſ
ſunt.dum Thurcus & Chriſtianus uter impe
ret gladio contendit.tibi ut fama & opera ip
ſa loquuntur ingens deſiderium eſt chriſtia
nos ſub iugum mittere. & Imperium latini
nominis obtinere. & ſunt fortaſſe qui hoc fa
cile ſuadent.& omnia tuis armis peruia dicũt
& alii tuas uires amplificantes .chriſtianas at
tenuant.alii in diuiſionibus & odiis que gen
tem noſtram excedunt:ſpem collocãt. haud
difficile exiſtimantes eos uinci ab exteris po



ſſe. qui domi deſident. nos non ita ignarum
te credimus noſtrarum rerum quin ſcias quã
ta eſt chriſtiane gentis potentia. Quã ualida
Hiſpania. Quã bellicoſa Gallia. Quã popu
loſa Germania. Quã fortis Britonia. Quã
audax Bolonia. Quã ſtrennua Hungaria.
Quã diues & animoſa & bellicarum perita
rerum Italia. Sola Hungaria diu progenito
res tuos & teipſum fatigauit Octuageſimum
iam annum aduerſus Hungaros Thurcorũ
ſigna feruntur. Et adhuc circa Sanum ac Da
nubium herent. Vna te gens tuaſq; uires agi
tat. Quid facies ſi tibi cum Italis: aut Gallis
aut Germanis res fuit ampliſſimis. & robuſtiſ
ſimis populis. Fortaſſe eſt ꝗ dicat Iuſtinianũ
Imperatorem . Conſtantinopoli ſedentem :
miſſo in Italiam belliſario. cum parua manu
militum perditam. Romam & reliqua loca
uſq; ad alpes recuperaſſe. nec te iuſtiniano mi
norem eſſe. Caue ne te fallant adulatores.
Domeſtica regum & aſſidua peſtis facilem
principes magna de ſe loquentibus aurẽ pre
ſtat. Atq; iccirco ſepe decipiunt’. Rarus eſt q
non ſe uero maiorem credat. Iuſtinianus uni
uerſe Grecie & Illirici & Aſie & Libie domi
nus erat. & Italiam non acquiſiuit. Sed re
cens perditam recuperauit. & Gothis gen

te Barbara non ab Italis abſtulit. nondum a
mor Imperii Romani in mētibus Italis refri
guerat. Neq; ullus erat qui barbaricum iu
gum equo animo ferret. Cuncti arma pro im
perio & pro patria magnis animis ſuſceperūt
nec tam Belliſarius Italis libertatem reſtituit
q̄ Itali ſuum decus uendicarunt. Tui progeni
tores nunq̄ aut poſſiderunt Italiam aut uide
runt: nec tibi ius ullum in ea eſt: q; ſi pergas
Italiam inuadere ſenties tibi cum uiris bellū
eſſe: fatemur res claras maiores tui egere. nec
tua minora ſunt opera qui Conſtātinopolim
expugnaſti & peram e regione Ianuenſium.
Coloniam. & peloponeſum. magna ex parte
in deditionem accepiſti: & in Raſtia & in Va
lachia non paucum agi adeptus es. & ſepe tu
os hoſtes fudiſti. & hoc anno Synopem uetu
ſtam urbem metis eupatoris patriam & eius
tyrannum cepiſti. & Trabezunte direpta. In
colas eius & imperatorem in captiuitatem ab
duxiſti. Et Ioannem Caſſanum prelio congre
di auſum ſuperaſti: magna hec tibi uidentur.
nec nos parua dicim⁹. At Iulius ceſar cum de
uictoria pōtica triumpharet in curru quo ue
hebatur. Hec uerba iuſſit inſcribi Veni: Vidi
Vici. Imbelles eas gētes & parui momenti ex
iſtimans quas Pōpeius paulo ante domuerat.



& tu hac eſtate ſuperaſti. Alia eſt Italorum
natura. alie uires. alia ingenia. alii animi ne
ſciunt ſubeſſe. qui ſoliti ſunt preeſſe. & nunc
tota Italia armata eſt equis & hominibus ple
na. nec pecunia caret. que neruus belli dicit̄.
non pugnabis cōtra feminas aut Italiam. aut
Hungariam. aut aliam in occidenti prouinci
am ingreſſus. ferro hic res geritur. non aſiati
cis ſudibus Calibe⁹ torax pectora tegit. equi
ſimul & homines tecti pugnant ordines ſer
uant. nec uano metu pauent. fortior ſit neceſ
ſe eſt & manu promptior. & animo preſtanti
or qui eos loco depellat. nec chriſtiana diſci
dia deſiderio tuo conducere putes. aut in his
confidas. unientur chriſtiani omnes ſi quādo
te audiant interiora chriſtianitatis accedere:
nec tu melius chriſtianorum paci cōſulere po
tes q̄ ualidis & magnis copiis chriſtianitatem
inuadens: ceſſabunt priuata odia ubi publi
ca ſenſerunt. & coniunctis uiribus aduerſus
communem hoſtem arma ſummentur. nec tu
neceſſe arbitreris ad propulſandas tuas incur
ſiones ad cōprimendum tuum impetū tuaſq;
uires elidendas totam chriſtianitatem unien
dam eſſe. quod fatemur difficile eſſe. Sed una
ex quatuor nationibus ſatis fuerit ſuperq; ſa
tis tuas copias profligare. At ut de aliis tacea

mus complures eſſe in tuo pallacio arbitran
tur.qui terram Italiam luſtrauerunt. Et uires
& ingenia noſcunt ipſos audi atq; interroga.
an equari tuis uiribus Italia poſſit.an uinci tu
is armis.an tuo imperio ſubiici. plus negocii
romanis fuit Italiã acqrere: q̃ orbi relinquo
frena imponere. Dicet aliquis ꝙ ſupra tetigi
mus inteſtina odia que noſtram gentem exa
gitant introitum tibi in Italiam poſſe prebe
re.& ſi unus principum te excludat .alterum
incluſurum daturũq; aditum.ſunt diuiſiones
ſane & inimicitie z ſimultates inter Italos plu
res & graues & periculoſe & utinã non eſſent
ſed nullus eſt qui dominum pati non chriſtia
num uelit omnes in fide orthodoxa mori uo
lunt. Nulli animus eſt a religione recedere.
non hic inuenies ꝙ tui maiores apud Grecos
qui contendẽtibus de imperio duobus. nunc
uni nunc alteri minus potẽti auxilia miniſtra
uere. Donec ambos eneruatos & exhauſtos
eiicere. & ſibi principatũ arripuere. Alie ſunt
Italie potẽtie. Alii regũ oculi. Alia ciuitatum
cõſilia Venetoꝝ reſpublica ſapia diues. & au
ro xp̃o deuota: ut nr̃a fert opinio. Pri⁹ euerte
tur funditus quã hoſtẽ religionis in Italiã pa
tiat̃ intrare atq; hec quidẽ p ſeſe qñ ſtatuerit
nullus adiuta uicinis.tuas opes euertet tm̃ ter



ra mariq; poteſt an florentine urbis magnifi
centiã ignores. & uires & opes & quantus eſt
in ea religionis cultus. quãta erga Iheſum re
uerentia. quantus amor credes ne fieri poſſe.
ut hec ciuitas Italiã diuerſe religionis homi
nibus aperiri ſinat. ſunt alie multe urbes inſi
gnes. multi principes clare & magni. nihil de
regno Sicilie dicimus ꝙ armis ac tempeſtate
concutit̃ .non poſſumus multa nobis de illo
ꝓmittere. licet tamen hoc aſſerere ꝙ quamq̃
duo reges de ipſo litigent & bello decertent.
maluerit tamẽ uterq; regno priuari q̃ tuis au
xiliis uictoria potiri ꝙ ſi ad te alter cõfugerit
totius Italie in ſe odia concitauerit in Gallia
Ciſalpina. que & ipſa pars eſt Italie. Dux me
diolanenſis in armis excellit. & potentia par
regibus habetur. Nec praue ſunt ducis Muti
ne uires aut Gemenſes qui liguribus preeſt
mari. Non contẽnendus ducis Sabaudie opu
lentis & ualidus ĩ Italia ꝑncipat⁹. Adeſt Mar
chio mãtuan⁹. Sũt alii cõplures urbiũ dñi. q
bus nihil põt eẽ moleſti⁹ q̃ nobilẽ Italiã uane
ſupſtitic nis ritu fedari. De nobis & eccl̃ie ro
mane ciuitatibus & ꝓuincils tacemus. Quan
do noſtram ti' i ꝓfeſſionem. haud ignotam
eſſe confidimus. Quibus ſola cura eſt ſeruan
de & ampliande fidei dñi noſtri Ieſu. Hec ſi

accepiſti ab aliis gaudemus. Veritatem enim accepiſti·ſi minus hortamur. hec diſcutias & uerum ueſtiges. Inuenies nihil nos eſſe mentitos. Non ſolium ſibille. Vt quidã ait de euangelii pagina recitamus. difficile eſt atq; adeo difficile. ut impoſſibile dici queat. te tua in lege permanentẽ uoti compotem fieri ſi ut aiũt Imperium chriſtianorum deſideras. Dices q̃ plurimos tibi chriſtianos ſubeſſe. & de reliqs idem ſperas non eſt parratio. Pauciſſimi ſub tuo imperio chriſtiani ſunt qui ad ueritatem ambulent euangelii. Omnes aliquo ſunt errore imbuti q̃uis chriſtum colant. Armeni. Iacobite. Maronici. & alia quedam nomina Greci a Romane eccleſie unitate aberant cum tu Conſtantinopolim inuaſiſti. Neq; adhuc decretum florentinum acceperant & in errore ſtabant. Neq; de ſancto ſpiritu neq; de purgatorio igne conſona recte fidei ſentientes. Pauci fortaſſe inopes. ueri chriſtiani. neceſſitate non uoluntate obediunt. At urbes Italie potentiſſimas nõ eſt tuum cogere ualidiores ſũt q̃ tuis queant exercitibus ſuperari. Noſti que tibi acciderunt cum Thaurinum inuaſiſti. q̃d noſtra etas Belgradum uocat. pauci cruce ſignati. Innumerabiles tuas copias ꝓſtrauerunt non eſt de Italis ſperãda uictoria qbus aduer



ſa fuit in Hungaris pugna. Quocirca ut eo tãdem ueniamus quo ad noſtra feſtinat oratio: & id dicamus quod ad ſcribeudũ cõpulit. tuamq; gloriã & tuam ſalutem tibi deniq; oſtendamus. Adhibe his paucis animum. Si uis inter chriſtianos tuũ imperium ꝓpagare & nomen tuum q̃ glorioſum efficere. non auro nõ armis. non exercitibus. non claſſibus opus ẽ. Parua res omnium qui hodie uiuũt maximũ & potentiſſimum & clariſſimũ te reddere poteſt. Queris que ſit non eſt inuentu difficilis: neq; procul querenda. Vbiq; gentium reperitur. id eſt aque pauxillum quã baptizeris & ad chriſtianorum ſacra te conferas & credas euangelio. hec ſi feceris non erit in orbe princeps qui te gloria ſuperet. aut equare potẽtia ualeat. Nos te grecorum & oriẽtis imperatorem appellabimus & quod modo ui occupas & cum iniuria tenes. poſſidebis iure chriſtiani te omnes uenerabuntur & ſuarum litiũ iudicem facient. Oppreſſi undiq; ad te ueluti cõmune patrocinium confugient. Ex toto fere orbe ad te prouocabitur. Multi ſponte ſua ſeſe tibi ſubiicient tribunalia tua ſequentur & tributa preſtabunt. Licebit tibi ſurgentes extinguere. tyrannides iuuare bonos oppugnare malos nec Romana eccleſia te ar

guet recta uia uadentē. eadē erit erga te chari
tas prime ſedis. Que in ceteros reges. & tan
to maior quāto eris ſublimior. facile hoc pa
cto ſine ſanguine ſine armis multa poteris nā
ciſci regna. Vladiſlaus lituanię princeps Vi
tuldi frater cū aſpiraret ad regnum Polonię
eſſetq; infideliſſimus ut uoti ſui compos fieret
effectus fuit chriſtianus & deinde etiā regnū
obtinuit. Cuius nunc filius Caſmirus regnat
alter filius q etiā apud Hungaros regnauit in
bello contra genitorē tuū geſto ſuperatus oc
cubuit. Quid reris de te fiet chriſtianis inici
ato ſacris. Magnus erit ad te concurſus & feli
citatis genus exiſtimabit' inter ſubiectos tuos
annumerari. Quippe & arbitramur ſi chriſti
anus fuiſſes mortuo Ladiſlao Hūgarie ac Bo
hemie rege. Nemo preter te ſua regna fuiſſet
adeptus. Speraſſent Hungari poſt diuturna
bellorum mala ſub tuo regimine pacē & illos
Bohemi ſecuti fuiſſent. Sed cum eſſes noſtre
religionis hoſtis elegerūt Hungari uiri fortes
& fideliſſimi religionē potius cū bello retine
re q̄ ea perdita pacē cōſequi quot ſunt in Epi
ro in Peloponeſo in Macedonia in reliq̄ gre
cia in Dalmacia. in inſulis Egei Carpatii & Io
nai maris. Qui tuū imperiū nō alia de cauſa
refugiunt niſi quia alienus es a chriſti titu. &



kii modo ad nos mō ad alios recurrūt. opēq;
petunt extrema omnia ſubituri priuſq̄ te cir
cūciſum & alienigenam dominum ferant &
nos aliquādo frumento aliquādo rebus aliis
ſubleuamus. Quod ſi baptizatus eſſes & no
biſcum ambulares in domo domini cū cōſen
ſu. Nec illi tuū imperium tanto tēpore formi
darent. nec nos eis aduerſus te feremus opem
ſed tuum potius brachiū in eos imploremus:
qui iura eccleſie Romane nonnunq̄ uſurpant
& contra matrē ſuam cornua erigunt. & ſicut
noſtri anteceſſores. Stephanꝰ. Adrianus. Leo
aduerſus Haeſtulphū & deſiderium gētis Lō
gobarde reges Pipinum. & Carolum magnū
accerſiuerūt & liberati de manu tyrānica: īpe
riū a Grecis ad ipſos liberatores trāſtulerūt
Ita & nos in eccleſie neceſſitatibus tuo patri
cinio uteremur & uicem redderemus accepti
beneficii. o q̄ta eſſet abūdātia pacis. q̄ta chri
ſtiane plebis exultatio. q̄ta iubilatio in omni
terra redirent Auguſti tempora. & que poete
uocant Aurea ſecula renouarētur. habitaret
pardus cum agno & uitulus cum leone. gladii
uerterentur in facles in uomeres ac ligones
rediret omne ferrum. excolerentur agri. euel
leretur aſpera domus. terra niteſceret uici re
pararent': & urbes reſurgerēt. tēpla deo ſacra

ta que ceciderunt emergerent. colapſa mona
ſteria & plena uiris religioſis diuinis oĩa lau
dibus perſonarent. O quanta tibi redūdaret
felicitas. qui ad eterni paſtoris ouile cunctas
redegere oues. O quantum te omnes amarēt
obſeruarent extollerent. qui communis om
nium pacis & ſalutis fuiſſe auctor. Dicet aliqſ
hanc pacem hanc unionem hāc communem
leticiam. haberi poſſe ſub tua lege erat q hoc
cenſet. multos reges. multos populos unitos
eſſe oportet. priuſq̄ tuam legem. ubiqꝫ diſſe
mines. Nec ſi unies corpora unies & animos.
ſciunt chriſtiani ſuam legem ſanctam eſſe &
ueram & ſalutarem nec dimoueri ab ea pñt.
Quamuis aliqui aut libidine ducti. aut auari
tia tracti. aut uoluptati illecti. aut metu mor
tis attoniti. aut cruciatu ſuperati. nonnunq̄
circūcidantur. & in tuos ritus concedant. quo
rū ſi corda poſſes inſpicere intelligeres nemi
nē eſſe qui libēter cõſultoqꝫ receſſerit ab euan
gelio. oſtēdimus ſupra q̄tū p̄cellat xp̄iane gē
tis uires. & q̄ difficile ſit: tot nationes xp̄m co
lentes euincere. nõ eſt ꝙ pacē ſperes ſub lege
machumetea in qua nõ eſt ſalus difficultates
experimentis ipſe uides q & ſi multis xp̄ianis
his que omnino nõ ueris imperas minime tñ
eis tuam legem perſuadere potes. minus per

ſuadebitur ueris. Que non in argumentatio
nibus rationum: ſed in ſolo ferro fundata eſt
& que uincere diſputando non ſperat. & uin
ci formidat. Non ſunt chriſtiani qui uel bello
ſuperari poſſint. uel diſputationib' decipi qñ
& armis excellunt & rationibus munitiſſimi
ſunt non ſolum diuine ſcripture: ſed etiā phi
loſophice. impoſſibile eſt ſub lege Machume
thea unionem fieri. ſub chriſtiana facile fieri
poteſt. Et id magna ex parte in tua uoluntate
conſiſtit. Tu unus ſi annuas. Thurci oēs annu
ent. Nec Syri aut Egyptii: aut Arabes: aut Li
bies aduerſabuntur. Tecū quicquid eſt intra
Helleſpōtum & Emphratem & quicquid poſ
ſides in Europa conuertetur. Quid faciet bac
culus Egyptiorum arundineus quando chriſti
anū te uiderit effectū? Quid imbellis arabs?
Quid nudus affer? Omnibus his Ethiopes
imminent presbytero Ioanni parentes. Qui
chriſtianus eſt non poterunt. & illis & reliqs
chriſtianis obſiſtere nili curſum retinere pñt
Ethiopes & congregatam aquam dimittere.
que rumpat aggeres: & totam inundet. Egy
ptum. atqꝫ ſubmerget cū ſidus apparet arctu
ri Hiſpani & Siculi facile Mauritaniam inua
dunt & Cathalani cum Genuenſibus. & ſcis
quantum ualeāt occidue claſſes z quantus eſt

terror uel Tyriis uel Alexādrinis .uel ceteris
orientalibus quando chriſti triremes ad eos
nauigant. Tua certe auctoritas & animi mag
nitudo & in bellis felicitas apud omnes am
mirationi eſt. Qui Machumeteam ſequunt
legem. quod ſi te nobis adiungeres: breui to
tus oriens reuertetur ad chriſtum una tantū
uoluntas pacare orbem poteſt. Et ea tua eſt.
ſi ad baptiſmi gratiam ſe conuertat. in te eſt
crudelibus bellis imponere finem. Et tantum
preſtare moralibus bonum quantum effari
nō poſſumus. Querit aliquis quomodo qui
eſcet orbis thurcis ad chriſtum conuerſis quā
do nec ipſi chriſtiani inter ſe cōcordes exiſtūt
& multa per Italiam Germaniam Galliam &
reliquas prouincias deſeuiunt bella. diximus
diſcedere inter ſe concordes exiſtunt. & mul
ta per Italiam Germaniam Galliā noſtre gen
tis homines. nō negamus & pluribus in locis
ferro contenditur diuino olim conſilio ſub
Octauiano propter reuerentiam ſaluatoris q
tunc ſecundum carnem natus eſt. Ea pax in or
be fuit. que nec antea nec poſt uiſa eſt. Diffi
cile eſt & prope modum impoſſibile quieſce
re in terris omnia ubi homines ſunt affectib⁹
ſubiecti reprobis. Illū ambitio exagitat. hūc
cupiditas trahit libido aliū impellit. Multa ē

inter mortales bellī materia ſed nō ſunt tam
atrocia inter chriſtianos prelia q̄ inter thur
cos & chriſtianos. Chriſtianus cū chriſtiano
de agri poſſeſſione. de regno. de imperio. de
gloria contendit. cum thurco: de religione.
de libertate. de uita inter chriſtianos qui bel
lo uincuntur poſitis armis nec uitā nec liber
tatem amittunt. Et multis eſſe patrimonia di
mittuntur principes imperio priuantur. Infe
riores dominum mutant. Reliqua tenent. In
preliis que geruntur. aut cum Thurcis. aut
cum ſarracenis. qui ſuccumbunt. ſi uitam nō
amittunt. in ſeruitutem rediguntur. Et multi
etiam religioni renunciare coguntur. Hec a
cerbiſſima ſunt. & immaniſſima bella que ſi
tollantur quod in te ſitum eſſe monſtrauim⁹
Pax maxima exoritur & uniuerſalis quies.
Non ſunt reliqua bella huic comperata faciē
quodammodo pacis habent & otii. nec illa
tam multa erūt qn̄ unus aſſit q ſolo nutu cō
petere poſſit iniurias q̄liter te futurꝫ nō ambi
gimus ſi cū tua potētia xp̄ianus efficiaris. Vi
des ne q̄tū tibi laudis affert baptiſmi lauacrū
q̄tū cū xp̄o ſublimis & cōſpicuus redderis. qs
ꝓhibet aquā: qd metuis? uoces fortaſſe angli
corū times tuorꝫ. quorꝫ nō dubitam⁹ dicturos
tibi aliquos. qd cogitas? quid agis? quorſum

re tua uolūtas trahit? Vis baptiſari? Vis chri
ſtianus fieri? neſcis quod periculū addis: om
nes te Turci deſerēt. & ubi exiſtimas fieri ma
gnus fies nullus & turc⁹ natus. turcos deſeres
inter turcos creuiſti. turcorum te manus extu
lit. Turci Aſiam & Greciam gubernant. turci
exercitibus preſunt. qui ſimul minimā famā
tue mutationis acceperint eueſtigio ſumptis
armis te deiecto imperatorem alium ſufficiēt
tu nudus & expulſus ſi euaſeris apud chriſtia
nos mendicabis panem. nam quis thurcus eſt
quem ſue religionis peniteat: moriemur om
nes pri⁹ q̄ noſtri prophete iugum excutiam⁹
Non ſunt parua que iſti obiiciunt. adhibēda
eſt & huic patri medela. quā nemo te ipſo me
lius inuenerit noſti tuos homines & quib⁹ ꝓ
uincias commiſeris: non ignoras quāta ſit cui
q; fides: & quis animus non te latet non fit ſi
ne periculo magnum facinus & memorabile
uilia ſunt que paruo emuntur. Diligētia hic
& labore opus eſt. perueſtiganda ſunt amico
rum conſilia noſcenda ſubditorum ingenia z
his utendum eſt quos fidos & prudentes uide
ris: ſeruiunt tibi non pauci ex chriſtianis nati
qui q̄uis circumciſi ſunt non tamē chriſtianū
nomen oderunt. His exercitus. his prefectu
ras reddere potes. qui tui ſint amantiſſimi. &

ita regnum ordinare. ut quando uelis preſto
ſint omnia. & tui ſubditi magna ex pte Greci
ſunt & Armeni: ut diximus Iacobite. qui & ſi
aliquot erroris habent: chriſtiano tn̄ nomīe
cenſentur. nec aliud magis cupiunt q̄ te ſimilē
eis eſſe. & illum deum colere quem colunt ipi
ſperarent meliori eſſe loco futuros qui nunc
mancipia q̄ uiliſſima ſunt tributa ſoluunt gra
uia. iniuriis afficiuntur quottidianis. ad bellū
ducuntur inuiti & inermis cedibus exponūt
priuantur liberis & uxoribus miſerrima res ē
poſtq̄ filios educauerunt eos perdunt. rapiūt
in pallacium pueri circūciduntur & machume
theis ritibus inbuuntur uident infelices pa
rentes non modo corpora liberorum uerum
animas etiam irrependunt. & anguſtiati iter
tot calamitates plorare non poſſunt. maiora
mala timentes. nemo horum te diligit. neq;
enim natura fert ut eos amemus a quibus pa
timur mala q; ſi te chriſtianum cernerent mi
rum in modum te diligerent. fælicitatem tuā
cuperent. & omnibus ſtudiis tuam gloriā q̄re
rent. & filios ſuos & ſeipſos q̄ libentiſſime tibi
donarēt. magna eſt horum multitudo & pro
ſua religione conſtantia. Quod ſi prudenter
eos tractaueris. nihil tibi de religione Thur
corū uerēdū erit. qui medios iter chriſtianos

ſeſe uidentes tue potius uoluntati conſentiēt
fortunas & dignitates ſeruaturi q̄ mortis peri
culo ſe ſubiiciant. non ſuademus rem nouam
aut inſuetam tritum eſt iter. quod oſtendim⁹
multi hoc & magni reges ingreſſi ſunt apud
Francos & gentilis ex idolatra chriſtianus ef
fectus eſt Clodoneus & ſimul cū eo regni pro
ceres baptiſari non recuſarunt. apud Hunga
ros Stephanus noſtris iniciatus ſacris omnē
illam gentem chriſto acquiſiuit. Apud Veſo
gotos longo tempore in Hiſpania regnaue
runt uſq; in hec tempora eiuſdem gentis ſan
guis imperat. Ricardus Lemugildi filius ſua
dente Leandro Iſdalenſi epiſcopo Arriane re
nuntiauit hereſi & cum omni gēte ſua catho
licam fidem complexus eſt apud Longobar
dos agilphus ſuaſu coniugis theu deliride re
liquit idola. & cum omni populo chriſtiane
ſeſe legi ſubiecit. apud Hyberos: qui ſunt in
Aſia imperante Conſtātino maiore. Rex gē
tis cum coniuge. & omni nobilitate atq; ple
be ad predicationem unius captiue mulieris
relicta idolorum inſania baptizatus eſt. ſed
quid moramur & non exemplum illud addu
ximus quod omnium eſt maximum. Conſtā
tinus ipſe Imperator ac monarcha uiam ape
ruit. Quā tu & tui ſimiles ingredi abſq; ulla
cunctatione poſſitis omnes qui eam preceſſe
rant Imperatores excepto Philippo gentiles
fuere. Iouem. Mercurium. Appollinem. Her
culem. & alia que ſunt monſtruoſa nomina
tanq̄ deos colebant. Senatui & omni Roma
no populo. ſtulticia chriſtus erat. proponebā
tur paſſim edicta que chriſtianos comprehen
di iubebant. & niſi ſacrificarent idolis crudeli
bus modis interfici. nil uilius erat nomīe chri
ſtiano. Infame genus & maleficum habebat
omniū qui chriſto crederent ſub Nerone ſub
Domiciano. ſub Diocleciano crudeliſſima in
chriſtianos deſeuit perſecutio. ac Conſtanti
nus acceptis imperii faſtibus poſtq̄ perſuaſus
eſt a Silueſtro predeceſſore noſtro in ſimula
chris demonia coli & unum tantum deū eſſe
cum patre & ſpiritu ſancto chriſtum Ieſum &
in euangelica tātummodo lege ſalutem inue
niri non eſt cunctatus chriſti fidem amplecti
non dixi. Senatus mihi aduerſus erit reſtet
populus copiarum duces alienabuntur impe
rio deiiciat. Sed alto animo iactans in deo
ſpem ſuam edidit qua publice coli iuſſit. &
eam fidem teneri ab omnibus imperio ſubie
ctis quā beati apoſtoli Petrus & Paulus Ro
manis tradiſſent. Nec propterea ſiniſtri ali
quod ſibi accidit. Sed tunc potiſſimum excel

lens & glorioſus euaſit cũ in uexillis ſuis crux
domini Ieſu appoſita reſplenduit. Viderat p
quietem in aere ſignum crucis.& uocem audi
uerat dicentem in hoc Conſtantine uice paru
it uexilla crucis erexit ciuilibus bellis finẽ im
poſuit.ſuperauit hoſtes Barbaros afflixit.im
perium ampliauit. pacem ſubditis dedit.ec-
cleſias aperuit.conſilia ſacerdotũ celebrauit.
hereſes elimauit.lucem q̃ acceperat ab euan-
gelio cunctis gentibus communicauit.Mag-
nificus & excelſus ſuper omnes ceſares inuen
tus Grecis & Latinis noſtris celebratus impe
rauit annos ſupra triginta ſedem imperii apd
Biſantium erexit.Et ampliatis ciuitatis meni
bus.multiſq; tum publicis tum priuatis ediſi-
ciis magnifice conſtructis de ſuo nomine Cõ
ſtantinopolim appellauit.& plenus dierum
apud in comediam edito teſtamento in quo
filios imperii ſucceſſores reliquit ut chriſtia-
num decet ſacramentis eccleſie receptis e uita
deceſſit: quid erat ꝙ ille amplius in terra poſ
ſet optare imperio potitus eſt omnium maxi
ma uita ei & lõga fuit & paucis obnoxia mor
bis.inimicos humiliatos uidit & quod homi
nibus dulciſſimum eſſe ſolet heredes ampliſſi
me fortune filios dimiſit. nec alienum fuerit
tm̃ imperatorem qui chriſtianam fidẽ tãtope

Biſantium Conſtanti
nopolis appellata a
Conſtantino imperatore



ampliauerit in alio ſeculo.cum chriſto regna
re.ut eſt credere.cui ſeruiuit in hoc dum uiuẽ
ret.quod ſi omnibus qui patriam auxierint.
iuuerent: defenderint: certum eſt eſſe in celũ
diffinitum locum in quo beati euo ſempiter
no fruantur ſic philoſophi doctiſſimi tradide
runt.multo id certius de illis ſperandum eſt.
qui pro lege domini uel ſeruanda uel augen-
da ſummis ſtudiis contenderunt ſicut de Con
ſtantino oſtenſum eſt.quem ſicut in terra feli
cẽ fuiſſe didicimus.ita & in celo beatum credi
mus.eadem proculdubio euẽtura tibi eſſe cõ
fidimus ſi nobiſcum ſapiens chriſtum colas &
magnum Conſtantinum imiteris. quemad-
modum Romani cum ſuo Imperatore chri-
ſtiani ſunt effecti.ita & thurci una tecum ba-
ptizarẽtur callide eritq; tuum regnum ſuper
omnia.que ſunt in orbe.& nomen tuum nul
la ſilebit etas latine te littere.& grece & bar-
bare celebrabunt. nemo inter mortales erit.
qui te potentia aut gloria precedat. magna
ſunt hec que promittimus.maiora que ſequũ
tur de regno de potentia huius ſeculi. de glo
ria humana ſumus locuti.caduca hec & incer
ta ſunt & fluxa omnes morimur.omnia nata
occidunt.& omnia orta ſeneſcunt. breuis eſt
humane proſperitatis curſus.cito regnum de

ficit.nulla potentia lõga eſt.gloria quoq; cla
ri nominil q̃uis de maximis rebus diu perſeue
ret.finit᷑ tamen aliquando & cũ tempore de
ficit.nihi eſt inter mortaleꝫ nõ mortale conte
rit omnia tempus.eſto duret per multa ſecula
nomen.que dulcedo poſt obitum laudis .aut
damnatus eſt hõ in altera uita & nihil ei pro
deſt fama que remanſit.aut ſaluatus eſt & ea
nõ eget.beatitudine donatus eterna.que om
ni ex parte pleniſſima eſt. filios ac nepotes ꝑ
clara maiorum nomina iuuant.& nobis quo
ꝙ dum uiuimus dulce eſt talem hereditatem
poſſe relinquere.que ſit poſteritati ſolacium.
eſt id quid aliquo modo bonum ſed meliora
querẽda ſunt & ſtabilia bona. que noſtra ſint
neq; unq̃ nos deſerant.philoſophi quos pery
patheticos uocauit antiquitas.tria bonorum
genera poſuerunt.& alia eſſe animi dixerunt
alia corpis.alia externa.ſtoici ea dũtaxat bo
na exiſtimarũt.que animũ excolerent.hoc fa
cit iuſticia.prudẽtia.moderatio.fortitudo.&
que ſũt alie in aĩo dotes egregiã corpis formã
roboris multitudinẽ nobilitatẽ cliẽtelas opes
inter bona nõ acceperũt.que neq; ſunt in po
teſtate nr̃a.neq; poſſeſſori felicitatẽ preſtant.
ſed neq; ille quatuor uirtutes.que principales
exiſtimantur tranquillam homini mentẽ red



dunt niſi aduniantur alie tres quas theologi
cas appellant.& in animo ſite ſunt ſpes. fides
charitas. triſtis eſt & in anxietate moratur.&
torpet & angitur.& nihil boni operatur. qui
ſpe future uite priuatus eſt. ſine fide impoſſi
bile eſt placere deo.qui eſt ultimum hominis
bonum.& finis in quem tendimus charitas di
uino amore feruet curioſa eſt anime noſtre.&
proximo conſulit.quẽ iubet lex. ut tanq̃ noſ
ipſos diligamus.ſi ergo animi bona cupimus
& moralibus uirtutibus opus eſt.& theologi
cis neq; in his ulla eſt nobis cum tua lege con
tentio.alia ſunt in quibus diſcrepamus .fate
bitur tua lex.& uitam eternam in altero ſecu
lo reperiri.& in his itineribus ad eum perue
niri.dicet fidem neceſſariam eſſe.uerum non
eam fidem q̃ nos recipimus amplectetur. lau
dabit charitatem .ſed alia eius officia dicet. q̃
xp̄ianus ſine ſpe non poſſe bene homini eſſe
fatebitur.ſed ſpei finem longe diuerſum a no
ſtro recipiet.pax erit in noĩbus.bellũ in rebꝫ
fateſcat hec nũc cõtentio.& quõ uera & eter
na bona.ex fide chriſti conſequi poſſis & aĩe
tue conſulere. que immortalis eſt: oſtenda
mus.& ſi enim huius ſeculi que dicuntur bo
na concupiſcis.& inter mortales magnus ui
deri uis nõ tamẽ anime tue oblitũ te credimꝫ

nec ex illorum numero cenſemus qui cū Epicuro & aliis quibuſdam delirantibus philoſophis. extingui animam ſimul cum corpore putauerunt. nec rurſus te ſine deo eſſe cenſemus ſicut olim de Gallicis in Hiſpania traditum eſt. qui nullum colebant deum. & de Pithagora quem ferunt dicere ſolitum eſſe non liquere ſibi an deus aliquis eſſet. Que diſputatio a deo impia iudicata eſt. ut ab Athenienſibns auctor eius eiectus ſit: & libri in quibus ea cōtinebatur exuſti. Poſſidoneus ſcripſit Epicurum de deo nihil ſenſiſſe. ſed ea que diis locutus eſt inuidie depellende cauſa dixiſſe. ſtultorum hec eſt aſſertatio ſicut in propheta legimus. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt deus haud equidem te adeo rudem exiſtimamus. ut celum credas rectore carere. & hāc pulcherrimam mundi machinā caſu emerſiſſe. & oīa fieri fortuitu. ſed arbitramur te deum noſtrū confiteri & in eum credere qui celum creauit & terram. & omnia que in eis ſunt. & ꝗ que creauit non negligit. nec te ignorare cenſem incorruptibiles eſſe animas hominum. & cum e noſtris temporibus migrant in alias regiones transferri. & bonas leta ſortiri loca. malas ad ſupplicium rapi ꝗ non ſolum in euangelio noſtro ſcriptū eſt & in ꝓphetis. ſed tua quoqꝫ

lex idē docet. q̄uis in hoc mundo tēporalia q̄ putantur bona caſu quodā fortuito euenire: non recte arbitrātur Socrates & Plato & Ariſtoteles phōꝝ principes. de mundi regimine. de immortalitate animaꝝ. de deo eadē crediderunt que chriſtiani. q̄uis aliq̄ noue legis archana. que nondū edita erant ignorauerunt Platonis in epiſtolis hec uerba leguntur. credendum eſt autē ſemper ueteribus ſacriſqꝫ ſermonibus nobis aſſerentibus eſſe animā īmortalem. iudiceſqꝫ habere ac penas date maxīas cū a corpore fuerit ſeparata. quod intelligendum cum male uixerit. non eſt hic locus apud te altius examinandus qui ꝓ tuo lege deum eſſe intelligis qui omnia uidet. & omnia iudicat. & animas corporea mole ſolutas pro ſuis operibus in alio ſeculo uel premia recepturas uel ſupplicia: non dubitas: que cū ita ſit: ſtultum cognoſcis terrenis rebus ita aliquē inherere. ut celeſtia negligat. & dum corpori ſtudet animā perdat breue eſt omne quod uiuimus euum. etiā ſi Matuſalem aut Neſtoris annos poſſumus attingere quicquid eternitati comparatur momentaneum eſt. quotus hodie reperit̄ qui centeſimū uideat autumpnū. quotus qui octogeſimū impleat annum. uita hominis. ut inquit ꝓpheta in ipſis ſeptuagin

ta annis in poten tatibus·aliquando ad octua
ginta ꝓtenditus.ulterius labor & dolor·quo
tus iterum ex eis qui naſcunt᷑ ad perfectā per
uadit etatē.q̄ multi moriunt᷑ infantes·Quot
pueros extinguunt morbi·pauciſſimi iuuen
tutem ſuperant.anguſtiſſima eſt uita homīs·
& incerta mille inſtant in omnes horas peri
cula·mille mortis fauces uite noſtre inſidiant᷑
minima res curſum noſtrum interrūpit·Alie
no hic arbitrio ſumus uocat nos deus quādo
uult.& ubi uult·& cum minime credimus tūc
citamur·peremptoria monitio eſt·nec licet ꝓ
uocare aut cōtra niti·parēdū ē altiſſimo dn̄o·
& uillicationis ratio reddenda. ſapiunt q ita
uitam inſtituunt·ut uocati alacri animo abe
ant·& coram iudice qui nihil ignorat impaui
di conſiſtant.in die illa tremēda & amara ual
de:in qua nihil amplius mereri licet·& omniſ
ſpes ac metus ex his que acta ſunt pendet nec
ſupplicare iuuat:neq; negare.eſt igitur de ani
ma curandum que poſt hanc uitā aliā habet
uitā in qua uel dolet uel gaudet· quid ꝓdeſt
homini ſi uniuerſum mundum lucretur· inqt
in euangelio dominus.Anime uero ſue detri
mentum patiat᷑·aut quā cōmutationē dabit·
homo pro anima ſua hac uiuimus hac ſapim⁹
hac deo ſimiles ſumus·hec melior pars noſtri



eſt rebus omnibus precioſior·hec dimiſſo cor
pore in alias regiones ingredit᷑·corpus in ter
ra iacet· & in puluerem conuertit᷑ & uſq; ad
ultimum maximumq; iudicium ſenſu carebit
tunc uero pro meritis que illi cū aīa fuere cō
munia uel ad gloriā uel ad penā reſurget· qd
Nino ꝓdeſt late per Aſiam imperaſſe? quid
Semiramidi eius uxori? quid Dioniſio quid
Herculi ad Indos uſq; penetraſſe? quid Idan
thirſo Scithie atq; Aſie iugum impoſuiſſe·qd
Nabuchodonoſor ad Gades uſq; perrexiſſe?
quid Oſiridi dimiſſa Egypto per Syriam & A
ſiam in Traciam duxiſſe copias? quid Agame
noni Ilium exuſiſſe? quid Ciro perſarū impe
rium conſtituiſſe? quid Alexandro magno il
lud euertiſſe·& uſq; ad Hiſpaſim in orientem
& ad Iaxartē fluuium ſeptentrionem uerſus
arma tuliſſe? quid Hanibali Italiam uexaſſe·
quid Scipionibus Carthaginem deleuiſſe?
quid Pompeio orientales reges debellaſſe?
quid Iulio Ceſari ſubacta Gallia Romanum
Imperium inuaſiſſe? quid Hunorum regi A
thilie Pannoniaq; potita· Aquiliam in Itali
am ſubuertiſſe? quid Tamerlano tot Aſie Sy
rieq; urbes incendiſſe atq; auum tuum prelio
ſuperaſſe? quid genitori tuo amirati·ſepe de
Grecia.ſepe de Hungaris triumphaſſe? qd ce

teris regibus atq; imperatoribus res magnas & claras geſſiſſe prodeſt ſi abſq; cognitione ueri dei mortui ſunt. & nunc eorum anime apud inferos cruciantur. laudantur hic & ardent illic que fame uoluptas in cruciatu eſſe poteſt. Que dulcedo glorie in doloribus dura uox eſt eorum qui uel in tauro Phalaridis beatitudinem eſſe dicunt. Non bene cohabitant dolor ac uoluptas nec ullus eſt in felicitate meror. in celo plena felicitas eſt. apud inferos plena miſeria cum ea uentum eſt nihil iuuat gloria. que preceſſit & fama ſeculi. ſtudendum igitur eſt ut poſt obitum qui per omnes ſe horas infert. certus & incertus animabus noſtris bene conſolamus. preueniendus eſt piis operibus dies mortis & omnes actus noſtri ita dirigendi ut deo placeamus ipſe eſt enim finis omnium & ſummũ bonum. & qd aſpiramus. & ipſa beatitudo cuius cupiditas omnibus mortalibus ineſt. querendum ẽ iter ad eam. id tecta fides oſtendit. & operatio iuſticie. quia nec iuſticia ſine fide. nec fides ſine iuſticia ſufficit. iuſtus ex fide uiuit. ut ſcriptũ eſt. & ſine fide nemo acceptus deo. tua lex ut aiunt. in ſua quemq; religione ſaluari hominem cenſet. ſi alioquin caſte iuſteq; uiuat aut ſi machumetea traditione relicta ad aliã tranſierit dicunt & in tua lege ſcriptum eſſe eſt. n. ſibiipſi ſepe contraria. nulli ſalutem patere niſi in ea. nos contra ſentimus & certi ſumus uiam uite ſoli chriſtiano ſi bene agat apertam eſſe. ait enim ueritas in euangelio. Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluabitur. qui non crediderit condemnabitur. tu ergo ſi futurũ credis ſeculum ſi uis fieri ſaluus. ſi anime tue bene conſultum cupis. ut fidem Romane eccleſie extra q̃ non eſt ſalus & baptiſmum recipias oportet his duabus clauibus fide & baptiſmo aperiuntur paradiſe porte. illis tamen quia appoſite ad fidem uiuunt. nam fides ſine operibus mortua eſt euangelio prebende ſũt aures & chriſti doctrina ſequende que nullũ fallit. dices nolle tue legi noſtram proponere aut machumetem relinquere prophetam magnum rogauimus ab initio ut benigne audires. Idem nunc petimus. & nunc maxime attẽtis auribus. & pia mẽte opus eſt. & iudicio recto quando ad radicem arboris infructuoſe admonemus ſecurim. Audi ſeriem rernm noſce hiſtoriam fidei prebe aures uero cui paratus eſt in altis edibus locus caliſtenem philoſophum crudelibus mõis lacerꝫ in cuſtodiã rapuit Alexander qui uera loquens diuinũ cultum homini denegauit & Diuũ Philippi lau-

des commemorantem lācea transſodit timēt
homines exempla. & uidentes melius adula
toribus ſuccedere quā recta monentibus.ad
nugas ſe conuertunt & que placeant loquun
tur Antigonus aliquando unus ex ſucceſſori
bus Alexandri qui regnauit in Aſia interue
nandum.mutata ueſte. relictis comitibus er
rabundus apud Agreſtes homines in uili tu
gurio pernoctauit incognitus & combibens de
ſeipſo tanq̄ de altero percunctatus aſtantes.
omnia que fecerat mala ab eis audiuit.mane
queſitus atq; inuentus cum ueſtem allatam &
regium ornatum uidiſſet date inquit purpe
ram q̄ ut primum indui uerum de me niſi hac
nocte nunq̄ audiui.& auguſtus morruo uaro
iccirco ſeipſum ſupra modum dolere aiebat.
quia non eſſet a quo uerum audiret. Ad pau
peres philoſophos relegata eſt inquiſitio ueri
que propterea ſapientie amatores uocantur:
quia ueritati ſeruiunt.& nolunt decipi. turpe
eſt cuiq; homini errare maxime regi qui per
ſeipſum non ſatis intelligit prope habet ma
giſtros quos interroget tantum placeat audi
re.nec pudeat diſcere quod ignoras. Tria ſūt
hominum genera. Vt inquit Heſiodus primi
& optimi ſunt qui per ſeſe omnia noſcūt hiis
proximimi qui recta monentibus aſcultant



tertii prorſus.damnandi ſunt.qui neq; ipſi ui
dent.neq; uidentibus credunt.Sed nulla in re
periculoſius erratur q̄ in his que pertinent
ad fidem neq; utilius iuuenitur uerum recte
Antipatrum de Alexādro ſcribit Ariſto. mo
uens ne pro tot exercitibus uictoriiſq; & ſub
iugatione orbis terrarum glorietur. ſed cogi
tet q; ſiquid de deo recte cognoſcat .non mi
nori gloria dignus eſt q̄ ipſe pro tantis rebus
geſtis tantaq; potentia.Et in Ethicis ſapientē
inquit eſſe amiciſſimum deo .ſapiens autem
nemo exiſtimandus eſt qui a recta fide eſt alie
nus.in his uero que ſunt fidei. neq; tuus legi
fer ſatis intellexit. neq; tu in hanc uſq; diem
ſatis didiciſti.an uero recta monentem audi
re & ſequi uelis.futurus dies oſtendet.ſi uero
hec que ad te ſcribimus audieris ſignum erit
ad diſcendum parati.ſi feceris que monemus
eris proculdubio ſapiens. Nemo ſapientiam
cōtemnit.nemo odit.nemo eſt qui nolit eſſe
ſapiens.Verum primus ſapientie gradus eſt
nolle errare. & uerum q̄ libentiſſime audire
maxime in his rebus. unde homini eſt ſalus
ſicut eſt religio que ordinatur ad eternam ui
tam.Audi ergo uerum circa religionem.ſi nō
ſcribimus uerum argue ſcribentes & deſpice
tāq̄ ſtultos.Sed noli falſum dicere.niſi cogno

ueris falſum eſſe.& narrabim⁹ breuiſſime ab
initio mũdi uſq; ad obitum ſaluatoris chriſti
noſtri legis archana.Deinde aliqua de tua le
ge dicemus ea.que conferemus adinuicem.&
quantum interſit oſtendemus. conabimurq;
quantum ex alto dabitur lucem tibi oſtende
re per quam poſſis ad eam lucem peruenire.
que illuminat omnem hominem uenientem
in hunc mundum. Cum creaſſet deus in prin
cipio celum & terram & maria & lucem & ſo
lem & lunam.& alia ſydera.& plantas & her
bas & uolucres & piſces & quadrupedum ge
nus in exterminabile.ut ſcribitur ſapientie ſe
cundo. Ac reptilia & alia animantia. Poſtre
mo Adam creauit & inſufflauit ĩ eum ſpiracu
lum uite & poſuit eum in paradiſo deliciarũ.
& fecit adiutorium ſimile ſibi Euam ex coſta
eius eductam.& data licentia qua poſſent ce
terarum plantationum deguſtare fructus: ut
abſtinent a plantatione prudentie imperauit
Et ambos cum preuaricati eſſent ex paradiſo
deiecit.atq; in eis humanum genus morte dã
nauit.iuſſit laboroſam uitam erumnis plenã
agere.ab his ꝓpagata creatura rationalis cũ
rurſus animo rebelli diuinam maieſtatem cõ
tempneret.Et in uitia quoq; prolaberetur aq̃
rum diluuio deleta eſt.Noe cum coniuge: &



ſex aliis animalibus in archa ſaluat⁹ eſt.& ab
his omnes homines qui modo ſunt & poſt di
luuium fuerunt originẽ ducũt: tres filii Noe:
Sem: Cam & Iaphet redeuntibus aquis in lo
cum ſuum humanam gentem reparauerunt.
adeo ut trahitur priuſq̃ Noe moreretur qua
tuor milia hominum ex ſuis & filiorum lum
bis exiuiſſe. ex quibus etiaʒ iniqui emerſerũt
Nembrotes filius Cam & qui cum eo in con
tumeliam domini turrim babel edificare ce
perunt.in ea diuiſum eſt labium uniuerſe ter
re.& confuſione impeditum opus ſecuta eſt
peccatum peſſimum pentapolitana ſubmerſo
& Abraam & Loth inuenti religioſi. in ſemĩe
Abraam benedicte ſunt gentes & circumciſi
onis pactum cum eo percuſſum eſt. fuit enim
iuſtus & placuit deo in operibus ſuis .cum fili
um Iſaac diuino imperio immolare nõ detre
ctaſſet neq; Iſaac patris uiam deſeruit. cui na
tus eſt Iacob. qui alio nomine dictus eſt iſra
hel.& huic duodecim filii fuerunt. A quibus
duodecim tribus emanarunt.is cognito ꝙ Io
ſeph quem putabat extinctum magnus & po
tens eſſet in Egypto.cum reliquis filiis ad eũ
migrauit.multiplicatum eſt illic Iudeoruʒ ſe
men.& in gentem magnam cũ creuiſſent Iſra
helite ſurrexitq; rex alius. qui Ioſeph & ope

ra eius.ignoraret grauiſſimis laborib⁹ oppre
ſſi ſunt & contumeliis innumerabilibus affe
cti.& miſerante deo per manus Moyſi & Aa
ron ſeruitutem effugerunt & ſicco ueſtigio ru
bro mari traiecto per annos quadraginta ci
bo celeſti uitam in deſerto egerunt. Et circa
ca montem ſynai diuinam legem in tabulis la
pideis acceperunt.acquiſita eſt terra promiſ
ſionis.ſed non tota in manu Moyſi. poſt obi
tum eius mirabilia fuerunt opera Ioſue & ali
orum iudicum inter quos etiam prophete cla
ruerunt uiri excellentiſſimi.ſucceſſerunt dein
de reges & alii prophete in populo dei & non
ſine celeſti munimine conſeruata eſt gens He
brea & conſeruata eſt gens hebrea & prophe
te quidem interpretati legem ſalubria tradi
dere precepta. uirtutem extollentes & uicia
effulminantes.& multa per illos ſcripta ſunt
diuinitus reuelata.que de futuris noticiã pre
buere non tamen pauca perpeſſi ſunt aduerſa
iudei cum legem domini contempnerent :&
in traditionibus patrum non permanerent:
ceperunt eos Caldei & in ſeruitutem redege
runt.Et nunc Syri: nunc Arabes nunc Egyp
tii in eos arma uerterunt:multe fuerunt eorũ
tribulationes.multe calamitates. ac miſerie.
ſed de omnibus liberauit eos dominus cũ ad

deum clamauerunt & tota mente redierunt.
quia cor contritum & humiliatum non deſpi
cit diuina maieſtas:hec ut arbitramur comu
nia tibi nobiſcꝫ ſunt & in Alchorano Machu
meteo magna ex parte continẽtur: uerax igi
tur & tuo & noſtro iudicio lex iudeorum ue
rax:Moyſes & Dauid & Salomon & Eſaias:
& Hieremias & Ezechiel & Daniel. & uera
ces omnes prophete domini. uera iudeorum
fides. qui ante chriſtum in lege permanſerũt
mendaces omnes gentes que coluerunt idola
notus ante chriſtum ſolum in iudea deus.ni
hil hic uſcꝫ contendimus.concedis hec niſi fal
limur omnia.in his que ſequuntur diſcordia
erit.ſed nos in luce ambulamus. necꝫ offendi
mus ad lapidem pedes noſtros.& de cetero tu
quocꝫ offendas magnopere cupimus.& ultro
ne decipiaris lumẽ offerimus. tu creatura dei
es & ouis eius ſed errabunda extra caulas in
alienis paſcuis procul ab ouili dominico letife
rum capis cibum & peſtifera aleris herba.nos
boni paſtoris exemplo .qui relictis nonagin
tanouem ouibus in deſerto.unã quequę aber
rauerat ſecuti ſumus teque querimus. & in
uiam ſalutis optamus reducere. Dolemus
te uirum excellentem nobilitate maiorum il
luſtrem.geſtarum rerum gloria clarum.impe

rio magno preditum.& pluribus nature doti
bus eminentem non incedere in uiis domini:
non noſce mandata eius non eſſe in lege ſua:
compatimur tibi: & tuorum ſubditorum infe
licitatem deploramus qui tecum pereunt.nec
te credimus libenter errare cuius naturam bo
nam eſſe confidimus. ignorantia ueri te reti/
net. tui te parentes & ſeipſos per ignorantiã
decepere cum progenitoribus laberis. ſed ti/
menda eſt ſcriptura que ait ignorans ignora/
bitur Quod ſi ceteris in rebus precipuam cu/
ram. exactam diligentiam ſummum ſtudium
adhibeas ne quis fallat te circa religionem po
tentiſſime curandum eſt ne fallaris. in qua tã
to cautiorem te eſſe oportet.quanto in ea cũ
maiori periculo delinquitur. ceterarum rerũ
ignorantia hec eſt.que ſunt temporalia ĩ hoc
ſeculo adimere. poteſt religionis error alteri⁹
uite bona id eſt anime felicitatem reperit. qđ
ne tibi accidat ſi nobis aures & fidem preſtite
ris facile adiumento erimus. Audiuiſti ea que
de ueteri teſtamento diximus.Nunc de nouo
agendum eſt. in quo plurimum diſcordamus
audi que ſubiungim⁹.ſic & tue legis tenebras
odio habebis ut ſperamus & noſtre legis lucẽ
amabis.Duo in ueteri teſtamento uaticinia
reperiuntur.quorum alterum eſt quia nõ au/

Duo uaticinia preci pua



feretur ſceptrum de iuda neq; dux de femore
eius donec ueniat qui mittẽdus eſt.ſiue ut cal
dei dicunt Meſſias Alterum eſt quod ait cum
uenerit ſanctus ſanctorum ceſſabit unctio ue
ſtra. his uaticiniis predictũ eſt in aduẽtu chri
ſti.iudeos & regnum amiſſuros eſſe & ſacerdo
tium ſicut & factum eſt. regnum quod iudeo
rum fuerat idumei acceperũt. regnante nãq;
primo Herode ãtepatris filio genere idumeo
& alienigena.Chriſtus ex Maria uirgine na/
tus eſt dei filius.uerus deus & uerus homo : q
ſacerdotium iudeorum ad chriſtianos tran/
ſtulit.Petro ſibi ſucceſſore dilecto. in quem
pontificis maximi poteſtatem trãſfudit. neq;
ulterius apud iudeos paſtoralis ouium cura p
manſit.dicente domino ad Petrũ.Paſce oues
meas.Paſtor ipſe bonus & pontifex magnus
chriſtus paſtores. deinceps & pontifices chri/
ſtianos non iudeos eſſe conſtituit: q̃uis Petr⁹
& alii plures ex iudeis non amplius iudei ſuũ
ſummũ pontificiũ acceperunt. Atq; in hũc mo
dum iudaica ceſſauit unctio. & tranſlatum eſt
ſacerdotium. Quo facto & lex ipſa tranſlata
eſt dicente apoſtolo.quia tranſlato ſacerdo/
tio neceſſe eſt ut legis etiam tranſlatio fiat.de
us igitur qui multifarie multiſq; modis olim
patribus in prophetis locutus fuerat. nouiſſi

Regnante herode xpus natus.

me per filium ſuum : quem conſtituit heredē uniuerſorum. per quem fecit & ſecula. allocutus homines nouam legem edidit. Et noua dedit precepta quibus ſeruatis uitam meretur eternam. In tempore igitur quod in altiſſimo indiuidue trinitatis conſilio ab eterno fuerat diffinitum. regnāte apud Hebreos Herode. imperante apud Romanos Auguſto. quieſcēte mundo. & aduentum domini mirabili & inaudita prioribus ſeculis pace honorante. miſſus eſt Gabriel angelus de celo. qui Marie felicem cōceptionem & ſacratiſſimum partum annunctiaret. ſed ante precurſor natus eſt Iohannes qui penitentiam predicaret. & uiā domino prepararet. cōcepit uirgo de ſpiritu ſancto. ut predixerat angelus. & ſeruata dignitate uirginitatis filium ſimul & dominum peperit: natus eſt chriſtus ſaluator octauo calēdas Ianuarias. & in ipſis kalendis circumciſus ē & iuxta uocem euangelicam Iheſus appellatus: quia ſalutem attulit humano generi. plurima de infantia ſaluatoris ſcripta ſunt. nec dubiū eſt qnin omnis etas ſignis & miraculis plena fuerit. ſeu eccleſie noſtre grauitas & acre iudicium. ea tantum recipit que certa ſunt Apocripha pretermittit. duodecimus Saluatoris annus memoriaȝ habet. quia templum ingreſſus cum legis doctoribus diſputauit. & aliqua ex parte ſplendorem ſue diuinitatis oſtendit. Sed circa triceſimum annum fulgor illi plenius emicuit. Tunc enim baptizatus eſt a Iohanne. Et Iohannem ipſe baptizauit. Et paterna uox audita eſt. Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi bene complacuit. Conuertit aquam in uinum. & in innumerabilibus coruſcauit miraculis. Elegit ſibi diſcipulos: quos uocamus apoſtolos. & circuiens regiones. Et mentes hominum & corpora ſanauit egrotantium. & faciens ipſe que docebat toto triennio predicauit euangelium per Iudeam & uicinas prouincias beatiſſima uox eius intonuit. Que uita hominum eſſe deberet oſtendit excellentiſſime. & precepta tamen uera innouauit: tum noua prioribus multum utiliora inſtituit: abdita & obſcura que erant in ueteri lege multa reuelauit. & obſcuros prophetarum apperuit ſenſus: & que de ſe predicta fuerant palā expoſuit myſteriū ſcē Trinitatis oñdit. & unitatem ī trinitate monſtrauit. Docens tum patrem: Tum filium: Tum ſpiritum ſanctum diuinis honoribus ꝓſequēdū. & hos tres unū eſſe deū predixit. nō mō mortē ſuā. uerū etiā gen⁹ mortis. & quod

Circa xxx annu xps baptizatus et iohes a xpo baptizatus

Triennio xps predicauit

tertia die reſurgeret.& ꝙ aſcenſurus in celum
rediturus eſſet in finem ſeculi iudicare uiuos
& mortuos. comprehenſus eſt ſicut ipſe uolu
it.& traditus Pilato preſidi qui eum neci da-
ret. Teſtes in eum citati ſunt nec eſt inuenta
mortis cauſa.quia peccatum non fecit. nec re
pertus eſt dolus in ore eius. maximum crimē
obiecerunt quia filium dei ſe fecit. & regem
dixit.& propter ueritatem occiſus eſt. crucifi
xus atq; ſepultus & iuxta uerbum ſuum reſur
rexit a mortuis.& quadraginta diebus cū di-
ſcipulis commoratus.cum eos confirmaſſet ⁊
corroboraſſet.atq; in orbem ire iuſſiſſet euan
gelium diſſeminaturos tandem uidentibus il
lis eleuatus eſt.& nubes ſuſcepit eum ab ocu
lis eorum. aſcendit ad celum & ſedet ad dex
teram dei patris.& inde uenturus eſt iudicare
uiuos & mortuos.& redditurns unicuiq; ſecū
dum opera ſua.in terra ſpiritus ſanctus ab eo
miſſus oīa ſuggerit eccleſie.q̄ neceſſaria ſunt
ad uitam eternam hec nos xp̄iani firmiter cre
dimus. hec eſt fides noſtra quā cunctis genti
bus predicamus.& impartiri omnibꝰ cupimꝰ
hec ab apoſtolis & eorum ſucceſſoribus per fi
deles manus immutilata & incorrupta ad noſ
uſq; delata ſūt.hec uos thurci & ſaraceni ma
gna ex parte negatis.& ſi enim Chriſtum ex

No. qd infideles de xpo confitentur, et qd negant

uirgine natum.& ſanctum uirum.& dei flatū
& ꝓphetam magnum & mirabilium operum
effectorem.& adhuc uiuentem confitemini.
deum tamen & dei filium eſſe efficiamini.nec
ſibi nec ſancto ſpiritu diuinitatem conceditis
& trinitatem perſonarum in diuinis reſpuitis
& chriſti morteꝫ deridetis.quem tranſlatum
& alium ſibi ſimilem loco ſuo interfectum ar
bitramini.nec eius aduentum in extremo iu
dicio expectatis.& alia non pauca chriſtiane
legis reicitis.& plurima creditis que apud no
ſtros riſu digna uidentur.& que modo dimit
timus intacta atq; nos credimus nō ſolum ex
noua lege ſed ex ueteri inuitamur uos machu
methei & alchorano eius fidem tantūmodo
adhibetis.& hominem mortuum ſine conte
ſte ſine ratione ſine miraculis ſequimini .nos
uiuo credimus uiuit enim ueſtro teſtimonio
chriſtus.nos deo preſtamus aures & ſignis &
rationibus ſacris ducimur teſtimoniis .quod
ſi nos audies monſtrabimus breuiter noſtre
legis ſplendidam lucem & tue obſcuram cali
ginem detegemꝰ.ſed opus eſt piis & attentis
auribus.quando fidei ſublimitas attingitur.
& magni dei panduntur archana. ſepe iocis
& inanibus fabulis te preſentē adhibuiſti. &
leuiores uidiſti narratiōes.nō eſt cur hec gra

omnes ſaluos ſe[illegible] cupimus

uia contemnas aut ea noſſe recuſes. ex quibꝰ tua pendet ſalus. nõ eſt anima nobilis cui nõ inſit ueritatis amor. non eſt homo qui nolit ſaluus fieri. audi ergo qui generoſus es. audi que te ſaluare poſſunt. quid eſt inter chriſtia nos thurcoſq; controuerſie. in quo ſimul con tendimus. que diſcidii cauſa ſane non alius di ſcordie fomes eſt. niſi quia circa diuinitatem non eadem ſapimus/de patre. de filio. de ſpiri tu ſancto contendimus: hoc eſt precipuum di ſcidium quo ſublato facile omnia componen tur. Attingemus hec & que ſit inter nos de di uinitate diſſenſio latiuſ exponemuſ. nos ĩ deo tres dicimus perſonas eſſe patrem & filium & ſpiritum ſanctum. uos unam tantum. quã nec patrem. nec filium. nec ſpiritum ſanctum dici tis. ſed deum tantummodo appellatis. & hũc unicum eſſe dicitis creatorem celi & terre. & omnium que in eis ſunt nulla eſt de unitate contentio. non latent nos uerba Moyſi dicen tis in exordio legis audi Iſrael dominus deus tuus unus eſt. & rurſus in lege ſcriptũ eſt. ego ſum dominus deus tuus qui te eduxi de terra Egypti. non erũt tibi dii alii preter me. & rur ſus ego ſum qui ſum. Et ſi queſierint nomen meum uade & dic eis qui eſt qui miſit me ad uos. & in cantico Exodi dicitur. dominus om



nipotens nomen eius. que teſtimonia unum eſſe deum & unum dominum manifeſte decla rant. & unam poteſtatem & unam naturam. hic amicitia eſt atq; concordia. uobis unus de us eſt. Nam deus nature dominus poteſtatis nomen nobis eſt unus. dicitis principium om nium rerum eſſe deum. nos idem affirmamus in quo igitur diſſentimus. multa ſunt que de deo alit̃ xp̃iani dicũt aliter ſarraceni ſeu thur ci. uos deũ corporeũ dicitis. uos fortuita eſſe que hic ĩ terra gerũtur arbitramini. nec cura re de his deũ patrẽ in diuinitate negatis. nos patrem & filiũ cognoſcimus. uos ſpiritum ſan ctum ex diuina maieſtate reicitis. nos ponimꝰ & ueneramur. mittamꝰ alia hec aggrediamur in quibus plus ponderis eſt. nos chriſtum dei filium dicimus: uos negatis. cur negatis ſane? quia nec uxorem habet deus ex qua filium ꝓ creaꝛ̃ poſſet. Quod ſi uxor ei fuerit filioſq; ge nuerit. mundus qui unius imperio regitur in plures diuiſus dominos diu ſtare non pöſſet/ in unitate concordia eſt. que ſeruet imperia. in pluralitate diſcordia/que maxime regna ſubuertit. Sed quis tam rudis. tam uecors. tam demens Chriſtianus eſt qui generare de um ex cõnubio & ꝑmixtione femine arbitretꝛ̃

Non ſumus a deo hebetes chriſtiani. ut tan-
tũ nephas admittamus ſaracenis ſuaderi hoc
poſſet qui deo & corpus & caput & manus. &
cetera membra concedunt. nos deum ſpiritũ
eſſe aſſerimus. incorporeum: immortalem: e-
ternum: & incomprehenſibilem. qui dum ſe-
ipſum intelligit in mente ſua uerum uerbum
concipit. quod nos filiũ dei eſſe dicimus. nec
aliud eſt in deo ſeipſum noſcere atq₃ intellige
re: q̃ deum eſſe. nihil eſt enim in deo non de⁹
deũ autem cuius eſt uerbum nominamus pa
trem. & proceſſum ipſius uerbi generationẽ
filii dicimus. nec ueritas: hec de uerbo dei a
pud chriſtianos tantum illuxit. gentiles phi-
loſophi ante chriſti aduẽtum eadem que nos
aſſerimus nonnulli affirmauerunt. ſiquidem
Platonici philoſophi in ſuis libris apertiſſime
dixerunt. ꝙ in principio erat uerbum & uer-
bum erat apud deum. & deus erat uerbũ. hoc
erat in principio apud deũ. omnia per ipſum
facta ſunt. & ſine ipſo factũ eſt nihil. & reliq̃
ferme oĩa comprobant de uerbo dei que Io.
in euangelio ſuo tradit. uſq₃ ad incarnatio-
nem uerbi. quam ignorarunt. quia nondum
natus erat Chriſtus. & alta legis myſteria ab
ſconderat deus a ſapientibus hui⁹ ſeculi que
reuelauit paruulis. Quod igitur Platonici

uerbum dei nominauit. & deum eſſe dicunt.
nos filium uocamus ex deo genitum & deum
eſſe fatemnr nec ruinam mundi ex filii gene-
ratione timemus. quando unus dumtaxat fi-
lius eſt & pater & filius unum ſunt. una pote-
ſtas una uoluntas una maieſtas. nec uerbum
conceptum ab intellectu concipiente diſcor-
dat. obſcura hec uerba uidebuntur ac ſi uoles
preſto erunt qui lumen afferant & apertiſſi-
ma omnia reddant. & tu ſolem hunc corpore
um cernis qui noctem abiens & diem efficit:
rediens hic a ſeipſo lucis producit radios. hec
productio generatio quedam eſt in ſole. & ra
dii ſolis filii ſolis eius non inconuenienter uo
cantur. que ſimilitudo q̃uis multifarie eſt ine
pta. nam ſolis plures ſepe uidimus radios. deo
unicus tantum eſt filius in eo tamen cõuenit.
quia una eſt & ſolis & radiorum ſubſtantia. &
una eſt patris & filii diuinitas atq₃ eſſentia. q̃-
uis comperatio corporalium rerum nulla ſa-
tis cum diuinis quadrari poteſt. ſed accipe te
ſtimonia. & qui ratione non capis cede aucto
ritati uetus teſtamentum & iudeis & chriſtia
nis & ſaracenis comune eſt. Eructauit inquit
Dauid ex perſoua dei cor meum uerbum bo
num hoc eſt quod dei filium dicimus & unige
nitum patris eterni non ex carnali coniugio.

aut humano complexu ſed ex corde dei id eſt
intellectu productum aſſerimus & rurſus filiꝰ
meus es tu ego hodie genui te. hodie dicit: qa
deo nec heri preteriit nec cras imminet. Sed
hodie ſemper adeſt cui preſentia ſunt omnia.
iterum ante luciferuꝫ inquit genui te ut intel
ligas quia non loquitur de Salomone Dauid
ſed deus pater de filio deo: quia ante luciferū
nemo fuit. & in libro ſapientie legimus ſapiē
tiam dei que dei filius eſt dicentē. nondū erāt
abyſſi. & ego iam concepta eram. ante mōtes
& colles ego parturiebar. nunq̄ enim pr̄ ſine
filio fuit. nec ſine patre filius. & hoc quod in
euangelio inqt Ioannes. In ꝑncipio erat uer
bum & uerbum erat apud deum & deus erat
uerbum. que myſteria ꝓfunda & alta cū non
intelligeret Arrius nec Machumetes cōprehē
dere. negare maluit ueritatem dei q̄ ſuam ig
norantiam confiteri. & ſuas ineptias imprudē
ter ingerere q̄ alioꝝ ſapientiam humiliter di
ſcere. ſtulta hec ꝫ damnoſa pertinatia eſt. deo
enim & prophetis eius oportet credere. & ſi
quid eſt cuius rationem non capimuſ debemꝰ
cum Paulo dicere. O altitudo diuitiaꝝ ſciētie
& ſapiētie dei q̄ incōprehēſibilia ſunt iudicia
eius: & inueſtigabiles uie eius fatentur iuriſcō
ſulti. non omnium que a maioribus ſuis inſti

tuta ſunt. rationem reddẽ poſſe. & tamen le
gi parendum eſſe: quia non ſine cauſa condi
ta fuerit quanto minus archana dei licet ag
noſcere plurime ſunt occulte cauſe ad quas
nulla potuit curioſitas hominum peruenire ſi
cut oculi noctue ad ſolem ita & noſter intui
tus ad ea que ſunt diuinitatiſ. non eſt ergo mi
randum ſi neqꝫ generationem filii neqꝫ ſpiritꝰ
ſancti proceſſionem neqꝫ trinitatem in diuini
tate intellexit carnaliter homo. uel Arrius ul̓
Machumetes. ſed illud eſt in eis damnabile:
ac deteſtabile fuit ꝙ ſacre ſcripture diuiniſqꝫ
teſtimoniis non acquieuerunt. Nam qd opus
eſt argumentis ubi deus ipſe loquitur de Pi
thagoricis traditum eſt quod in diſputando
ſoliti erant dicere ipſe ait. Ipſe autem erat pi
thagoras tanq̄ eius auctoritati non liceret ad
uerſari/quāto minus deo/qui uerax eſt. & om
nis homo mendax. ſed negabis hec eſſe dei q̄
aſſerimus teſtimonia de his poſterius diſſere
mus nunc de ſpiritu ſancto agendum eſt. cui
tua lex diuinos honores abrogat: non eſt hu
iuſmodi erroris Machumetes inuentor Arrii
& Neſtorii. & Macedonii hec olim dementia
fuit. quos ſacra patrum concilia dānauerunt:
ſed eorum uirus apud Egyptios. & Arabes a
liquādiu latuit. & poſtremo auctore Machu

mete. & magiſtro eius Sergio late diffuſum ē ne mouearis dum uera loquimur. caue ne ſeq̄ris cecos. diſce ſpiritum ſanctum eſſe deum & tertiam in trinitate fore perſonam. Diximus pauloāte deum patrem dum ſe cognoſcit uerbum concipere & filium gignere. nunc quod ſequitur. adicimus cognitioni annexam eſſe appetitiuam quandam operationē cuius principium uoluntas eſt inter operatiões uero q̄s uoluntas producit precipua eſt a mare. adhibe hic aures & mentem erige in deo perfectā & abſolutam fateri cognitionem oportet. & amorem parimodo. cuius proceſſus per appetitiuam operationem exprimitur. ſicut & uerbi generatio per intellectiuam. & alia eſt operatio que intelligit. alia que appetit. Intellectia ex his completur que ſunt quodammodo in ipſo intelligente. nam ſicut ſenſibilia in ſenſu ita intelligibilia in intellectu dicimus eſſe. appetitiua autem complementum accipit ſecundum quendam ordinem uel motū ad eas res que obiiciuntur appetitui. & occultum quoddam principium ſui motus habet. ea uero q̄ principio feruntur archano ſpiritus nomē acceperunt. nam & uentos ſpiritus eſſe dicimus & in ſcripturis procellarum ſpiritus appellantur. quia non apparet afflationis ſpiritus initi

um. Reſpirationem etiam & arteriarum motum ab intrinſeco & occulto principio manātem uocamus ſpiritum atq; hoc modo cōgruenti quadam ſimilitudine. quantū diuina humanis uerbis iudicari poſſūt diuin⁹ ipſe amor a patre filioq; ꝓcedens ſpiritus dictus eſt. i nobis duplici ex cauſa ꝓcedit amor. aliquando excorporea & materiali natura. & is plerumq; inmundus eſt & menti noxius. aliquando ex ipſa ꝓprietate ſpiritualis nature. cum intelligibilia & rationi conuenientia adamam⁹. & hic purus eſt amor & laudabilis & anime ſalutaris In deo corporalis amor ſeu materialis locū non habet ſed ille tantum repitur. qui ſīplex eſt & nitidiſſimus & puriſſimus & quem ſpiritum ſanctumappellamus. nec nos intellectuali & ſācto amore quicq̄ ꝓſequimur niſi quod intellectu concipimus. concepcio autem q̄ fit ab intellectu. uerbum eſt. atq; ita neceſſe eſt amorem ex uerbo exoriri. amat enim de⁹ qd de ſeipſo intelligit id eſt uerbum quod concipit intelligendo. Verbum autem dei dicimus filium dei. qui & ipſe patrē nouit & amat. atq; ita fit ut amor ipſe cui ſanctus ſpiritus eſt nomen. ex patre filioq; ꝓcedit. fitq; cum patre & filio pariter deus. nam ſicut diuinum intelligere eſſentie diuinitatis eſt. ita & amare. & ſicut

deus ſe ſemper intelligit. ita & ſeſe ſemper a-
mat.& omnia amat.ſuam bonitatem dum a-
mat.rurſuſq; ſicut dei filius qui eſt uerbũ dei
in natura diuina ſubſiſtens patri coeternus ꝑ
fectus & unus deus eſt. ita & ſpiritus ſanctus
deus eſt patri.& filio coequalis & coeternus.
& quia omne quod ſubſiſtit in natura intelli
gibili.apud nos perſona dicitur.apud Grecoſ
ipoſtaſis.conſequens eſt ut tres perſonas in di
uinitate ponamus. quia tres ſunt ſubſiſtentes
pater.& uerbum.& ſpiritus ſanctus. neq; per
ſonas dicimus eſſe per eſſentiam diuerſas. ſed
per ſolas relationes diſtinctas. que ex proceſ
ſione uerbi.& amoris proueniunt. atq; in hũc
modum.chriſtiana religio diuinitus illuſtra
ta.diſtinctas tres perſonas confitentur in diui
nis non tres deos ſicut Machumetes falſo opi
natus eſt.ſed patrem & filium & ſpiritum ſan
ctum.unum eſſe ab eterno deum aſſerimus.
nec tamen ipſum patrem qui filius eſt.nec fili
um qui pater eſt.nec ſpiritum ſanctum qui pa
ter eſt aut filius.una eſt enim patris & filii &
ſpiritus ſancti eſſentia. in qua nõ eſt aliud pa
ter.aliud filius.aliud ſpiritus ſanctus. q̃uis in
perſonis alium patrem.alium filium. aliũ ſpi
ritum ſauctum diuina docente auctoritate di
camus.nec ſimilitudo in his que creata ſunt



ſumme deeſt trinitatis. Inuiſibilia dei ſicut a
poſtolus ait. per ea que facta ſunt intellecta
conſpiciuntur.ſempiterna quoq; uirtus eius:
ac diuinitas relucet quippe in anima noſtra &
quedam diuine trinitatis imago.Eſt enim ani
ma noſtra ſubſtantia quedam incorporea :&
ratione predita.& actus quidẽ ſine forma or
ganici corporis: que dum corpus mouet & re
git ſui meminit ſe intelligit.& ſe diligit. qui-
bus in rebus quedam apparet trinitas.memo
rie intelligẽtie & amoris. tria hec ad ſeipſa re
feruntur. quia non eſt amor ſine memoria.
nec memoria ſine noticia.nam quis meminit
aut amat ꝙ neſcit. inſeperabilia ſunt hec a ſe
metipſis & tamen quodlibet eorum & ſimul
omnia una eſſentia ſunt: & una uita in anima
una differunt tamen quia memoria non eſt in
telligentia uel uoluntas. nec intelligentia uo
luntas ſine memoria. quod ſi hec diligenter
inſpicias inuenies ſumme illius trinitatis atq;
unitatis ueſtigium & imaginem quandam q
uis imparem. quicunq; enim ſempiternam &
incommurabilem naturam . per memoriam
reminiſcatur .intuetur per intelligentiam.am
plectitur per dilectionem.profecto reperit in
ſeipſo ſumme trinitatis imaginem. non tamẽ
oĩo ſimilẽ.ſ; q̃lecũq;.ita ut in ſilitudĩe magna

deus ſe ſemper intelligit. ita & ſeſe ſemper a-
mat.& omnia amat.ſuam bonitatem dum a-
mat.rurſuſq; ſicut dei filius qui eſt uerbū dei
in natura diuina ſubſiſtens patri coeternus p
fectus & unus deus eſt. ita & ſpiritus ſanctus
deus eſt patri.& filio coequalis & coeternus.
& quia omne quod ſubſiſtit in natura intelli
gibili.apud nos perſona dicitur.apud Grecoſ
ipoſtaſis.conſequens eſt ut tres perſonas in di
uinitate ponamus. quia tres ſunt ſubſiſtentes
pater.& uerbum.& ſpiritus ſanctus. neq; per
ſonas dicimus eſſe per eſſentiam diuerſas. ſed
per ſolas relationes diſtinctas. que ex proceſ
ſione uerbi.& amoris proueniunt. atq; in hūc
modum.chriſtiana religio diuinitus illuſtra
ta.diſtinctas tres perſonas confitentur in diui
nis non tres deos ſicut Machumetes falſo opi
natus eſt.ſed patrem & filium & ſpiritum ſan
ctum.unum eſſe ab eterno deum aſſerimus.
nec tamen ipſum patrem qui filius eſt.nec fili
um qui pater eſt.nec ſpiritum ſanctum qui pa
ter eſt aut filius.una eſt enim patris & filii &
ſpiritus ſancti eſſentia. in qua nō eſt aliud pa
ter. aliud filius.aliud ſpiritus ſanctus. q̄uis in
perſonis alium patrem.alium filium. aliū ſpi
ritum ſanctum diuina docente auctoritate di
camus.nec ſimilitudo in his que creata ſunt



ſumme deeſt trinitatis. Inuiſibilia dei ſicut a
poſtolus ait. per ea que facta ſunt intellecta
conſpiciuntur.ſempiterna quoq; uirtus eius:
ac diuinitas relucet quippe in anima noſtra &
quedam diuine trinitatis imago. Eſt enim ani
ma noſtra ſubſtantia quedam incorporea :&
ratione predita.& actus quidē ſine forma or
ganici corporis: que dum corpus mouet & re
git ſui meminit ſe intelligit.& ſe diligit. qui-
bus in rebus quedam apparet trinitas.memo
rie intelligētie & amoris. tria hec ad ſeipſa re
feruntur. quia non eſt amor ſine memoria.
nec memoria ſine noticia.nam quis meminit
aut amat q̄ neſcit. inſeperabilia ſunt hec a ſe
metipſis & tamen quodlibet eorum & ſimul
omnia una eſſentia ſunt: & una uita in anim
una differunt tamen quia memoria non eſt in
telligentia uel uoluntas. nec intelligentia uo
luntas ſine memoria. quod ſi hec diligenter
inſpicias inuenies ſumme illius trinitatis atq;
unitatis ueſtigium & imaginem quandam q̄
uis imparem. quicunq; enim ſempiternam &
incommurabilem naturam . per memoriam
reminiſcatur .intuetur per intelligentiam.am
plectitur per dilectionem.profecto reperit in
ſeipſo ſumme trinitatis imaginem. non tamē
oīo ſimilē. ſ; q̄lēcūq;.ita ut in ſīlitudīe magna

inueniatur diſſimilitudo. & ſi enim homo me minit intelligit & diligit non tamen memoria eſt. nec intelligentia nec dilectio. ſed ſunt hęc in eo & in una ſubſtantia non ſicut accidētia ī ſubiectis que poſſunt abeſſe ſed ſubſtātialiter exiſtūt in anima & unus homo eſt qui habet hec tria. In ſimplici uero natura que deus eſt quamuis unus ſit deus. tres tamen perſoē ſūt ut dictum eſt & ipſe deus eſt & tres pſone. ſed illud ſatiſ ad rem noſtrā eſt qa tria hec aliquo modo unum ſunt. repitur & ſub aliis noīnib' & alio modo in nroſtra natura illius ſumme & ineffabilis trinitatis imago. nā mens & noticia eius & amor tria quedam. mens enim nouit ſe & amat ſe nec amare ſe poteſt niſi nouerit ſe. duo quedam ſunt mens & noticia eius duo etiam ſunt mens & amor eius. cum ſe nouit mēs & ſe amat. manet trinitas. ſcilicȝ amor mens & noticia. & hec tria q̄uis diſtincta inuicem ſint unum eſſe tantum dicuntur quia in anima ſubſtantialiter exiſtunt. & eſt ipſa mēs quaſi parens & noticia eius quaſi proles eius mens enim cū ſe cognoſcit noticiā ſuā gignit & eſt ſola parens ſue noticie. tercius eſt amor que de ipſa mente & noticia ꝓcedit dū mens cognoſcit ſe. diligit ſe non enim poſſet ſe dili gere niſi cognoſceret ſe. amat enim placitam



prolem. noticiam ſuam & ita amor quida cōplexus eſt parentis & prolis nec minor eſt proles parenti cum tantam ſe nouit mens quanta eſt. nec minor eſt amor. parente & prole id eſt mente & noticia. cum tantum ſe diligat mens quantum ſe nouit & quanta eſt cōſiderat hec rationalia homo & uidens tria in una eſſentia concurrere extendit ſe ad contemplationem creatoris & intelligit unitatem in trinitate. & trinitatem in unitate & unum deū colit. unaȝ eſſentiam & unum principium. ſicut & patriarche & prophete atqȝ apoſtoli tradiderunt: ſed audiamus iam tandem ipſos & diuine legis auctoritatem & teſtimonia in medium affirmamus ſine quibus uaua eſt omnis argumentatio. deum patrem omnes ſacre littere confitētur & dei nomen paternitatem ad omnia refert. & ſi filium dicimus non poſſumus patrem negare de filio adducta ſunt teſtimonia legis. ergo & pater oſtenſus eſt ſicnt & ſaluator ait: Philippe qui uidet me uidet & patrem meum. nunc de ſpiritu ſancto: quod cepimus proſequendum eſt. In Geneſi legimus: quia ſpūs dn̄i ferebatur ſuper aquas quis tunc dominus niſi deus fuit ꝛ cuius ſpiritus niſi dei Et quomodo dei ſpiritus niſi deus. deus eſt qc quid dei eſt nec aliud illi immixtum eſt in cō

poſitups eſt ſimplex eſt & purus eſt. de⁹ in Iob ſcriptū eſt. ſpirit⁹ domini fecit me & ſpiracu lum omnipotentis dei uiuificauit me. dei ſūt hec opera non hominis quis fecit hominē niſi deus. aut uiuificat hominem niſi deus. eſt igi tur ſpiritus domini ꝓpter quod dictum eſt in pſalmis. ſpiritus domini repleuit orbem terra rum & hoc quod continet omnia. ſcientiā ha bet uocis. qs hic ſpiritus niſi deus qs impleat orbem niſi deus cui celuꝫ ſedes eſt & terra ſca bellum pedibus eius & apud poetas deū nāqꝫ ire per omnes terras tractuſqꝫ maris celumqꝫ profundum traditum eſt. & rurſus eſt ne dei ſedes niſi terra pontus & aer & celum. & uir tus propter quod recte ait Dauid quo ibo a ſpiritu tuo. oſtendens non eſſe locum in quo poſſet fugere ſpiritum domini: qui eſt ubiqꝫ. eſſe autem ubiqꝫ implere & continere mundū ſoli deo tributum eſt. deus igitur ſanctus ſpi ritus eſt. qui hec peragit & futura prenoſcit. & predicit ſicut ſcriptum eſt. Reſponſum ac cepit Symeon a ſpiritu ſancto quia non mo reretur niſi uideret chriſtum domini. non eſt cur deum negemus. qui dei efficit opera. non igitur ſolus pater deus eſt. neqꝫ ſolus filius ſed ſpiritus ſanctus cum patre ſimul & filio deus eſt. quia non aduerſatur rationi trinitas perſo



narum in unitate diuinitatis quemadmodū ſuperius oſtenſum eſt. ſed iam trinitatem ipſā ex ſacris codicibus demonſtremus & Moyſen ante omnes audiamus. cuius hec ſunt uerba in capite libri quem geneſim noſtri uocāt. In principio creauit deus celum & terram. terra autem erat inanis & uacua & ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas tria commemorat deū principium & ſpiritum: ideo in deo patrem in telligimus. in principio filium. in ſpiritu do mini. ſpiritum ſanctum. & accipiatur hoc ī lo co principiū pro filio. Sicut in pſalmis de ſuo filio dicit deus. tecum principium in die uirtu tis tue in ſplendoribus ſanctorum ex utero an te luciferum genui te. Atqꝫ ita in exordio na ſcentis mundi: trinitas ipſa in diuinis perſoniſ adducitur. hic ſi placeret interſeri poſſet de heloeñ. ſecundum Hieronymum ad Marcel lum. temptans diabolus primos parentes in terpoſito ſerpente & ſuadēs ut edant de ligno ꝓhibito. eritis inquit ſicut dii: ſcientes bonū & malum: quod proinde accipiendum eſt. ac ſi dicerē eritis ſicut diuine perſone. quibus ig notū eſt nihil: & cū eiicitur adam de paradiſo inquit dñs. ecce Adam factus ſicut un⁹ ex no bis. quibus nobis patri ſcilicet & filio & ſpū ſancto. ſed manifeſtius eadē trinitas oſtēditur

cum dicitur: Faciamus hominem ad imaginē & ſimilitudinem noſtram. cum ait faciamus: & noſtram. plures perſonas inducit. cum dicit imaginem. unitatem diuinitatis oſtendit. nec ſolitarius eſt cum dicit faciamus: neq; alieno a ſe loquitur qui noſtram ait: duo ſunt plura lia uerba faciamus. & noſtram ut uideatur pa ter cum filio & ſpiritu ſancto miſcere ſermo nem. qui non ſono uocis ſed intellectu expreſ ſus eſt. Dixerat creauit deus celum & terram Deus & creauit ſingularia ſunt quia unus eſt deus & una diuinitatis eſſentia. Subiungitur faciamus & noſtram ut pluralitas in perſonis intelligatur. Idem & pſalmiſta canit regius: dum ait: Verbo domini celi firmati ſunt. & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. quid ma nifeſtius dici potuit in conditione celorū tres perſone concurrunt. dominus uerbum. & ſpi ritus. dominus patrem exprimit. in uerbo fili um accepim⁹ ſpiritus is eſt quem ſanctum uo camus. Et rurſus propheta ut trinitatem per ſonarum in diuinitate tognoſcas. ter deum ꝑ uocat in benedictione. Benedicat nos inquit deus deus noſter benedicat nos deus & metu ant eum uniuerſi fines terre. trina dei confeſ ſio trinitatem exprimit perſonarum & cū ſub ditur metuant eum uniuerſi fines terre unitas



aperitur diuinitatis. In ps quoq;. xliiii. multū expreſſe trinitatem innuit cuȝ dicit filio ſedes tua deus in ſeculum ſeculi. & poſtea ſubdit ꝑ pterea unxit te deus deus tuus. i. pater & ſpi ritus ſanctus. & cum ſequitur pre participib⁹ tuis myſterium quoq; incarnationis aperit de quo ſuo loco proſequemur. Eſaias in uiſione ſua clamantia introducit Seraphin. Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus deus ſabaoth. ter ſanctus ad tres perſonas refertur. & ſemel do minus & ſemel deus dicitur. quia unus eſt do minus & unus eſt deus. & rurſus idem uates ex perſona chriſti loquitur & dicit. dominus meus miſit me & ſpiritus eius. dominus meus inquit id eſt pater meus miſit me. ſ. filium ſuū & ſpiritus ei⁹. qui eſt ſanctus ſpiritus quis hic non intelligat trinitatem non latuit prophe tas hoc myſterium. poſſent & alia plura huiuſ modi teſtimonia ex ueteri teſtamento afferri que trinitatem plene & perfecte oſtendunt. planius tamen locutus eſt in euangelio domi nus. qui cum ī orbem mitteret diſcipulos eun tes inquit. docete omnes gentes & baptizate eos. In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti Amen. Tres nominauit perſonas. in nomine dixit: non in nominibus ut eſſentie unitatem in perſonarum trinitate monſtraret. Et Ioan

B. R. J. 0. J. R. B.

nes euangeliſta. qui de pectore domini uerita
tem hauſit. in epiſtola ſua inquit. tres ſunt q
teſtimonium dant in celo pater: uerbū: & ſpi
ritus ſanctus. & hii tres unum ſunt. & apoſto-
lus Paulus miſit inquit ſpiritum filii ſui in cor
da noſtra. Et alibi. Spiritus eius qui ſuſcitauit
Ieſum habitat in nobis & iterum ex ipſo inqt
& per ipſum & in ipſo ſunt omnia ipſi gloria.
ex ipſo dicit propter patrem. & per ipſum ꝓ
pter filium. in ipſo propter ſpiritum ſanctum
nō dicit ex ipſis. aut per ipſos ſiue in ipſis nec
ipſis: ſed ipſi gloria inquit: ut trinitatē ſimul
& unitatem cognoſceremus. Atq; his teſtimo
niis & auctoritatibus illuminata eſt deſuper
chriſtiana religio. Summa enim fiducia confi
tetur. & predicat unum deum eſſe qui eſt cau
ſa cauſarum principium & finis omnium reꝝ
& omnis auctor creature. & ſummum bonuꝫ
& nihilominus tres perſonas in deo recogno
ſcit. & trinitatem in unitate ueneratur. cui q
aduerſatur ſalutis expertem ſe reddet & am
bulat in tenebris & ueritas nō ē ī eo: tu ꝟo ſi
ſapias de tenebris emerges & cādida luce per
fuſus ſacratiſſimam trinitatem & cognoſcen
do coles. & colendo cognoſces. nec aduerſa
beris ſacro ſancto euangelio. in quo legitur:
uerbum caro factum eſt. negat tuus legifer in



carnationem uerbi. Nam cur inquit factus ē
deus homo & in ligno crucis paſſus. qui alio
modo genus humanum redimere poterat. ne
gat tua lex chriſti necem & alium ſuo loco in
fectum exiſtimat. nec deum incarnatum cog
noſcit. neq; crucifixum aut mortuū. nos utrū
q; predicamus quia factus eſt deus homo. &
paſſus eſt. & propter ſalutem hominis hec fa
cta eſſe teſtamur. Ait enim de ſeipſo domin⁹.
Venit filius hominis ſaluare quod perierat.
conſtabat primi parentis erratu omnes homi
nes culpa teneri. clauſa erat paradiſi porta.
nec mortalibus patebat in celum aditus. Di
cebat ſummam dei bonitatem hominem. qui
ceciderat reparare nec miſerum eſſe perpetuo
ſinere. qui ad beatitudinem perfruendam cre
atus fuerat. Sed obſtabat iuſticia dei que pro
peccato ſatiſfactionem exigebat. Dign⁹ erat
infinita pena. qui mageſtatem offenderat in
finitam. Nec homo tanti erat qui infinitam
poſſet redimere culpam. Stabat hinc diuina
iuſticia ultionem petens. Illinc diuina boītas
miſerendum eſſe contendens. Audienda fuit
utraq; uox quia uniuerſe uie dn̄i miſericordia
& ueritas quare etſi poterat deus aliter hūane
imbecillitati conſulere. eſt enim omnipotens
hic tamen conuenientiſſimus fuit modus quē

elegit.ut aſſūpta humana natura .ipſe penas ſaluaret.Factus eſt de⁹ homo ut homo fieret deus.Veritas de terra orta eſt & iuſticia de celo proſpexit.coniuncta eſt humanitas diuinitati:ut acciperet de plenitudine bonitatis.qd ſue defectum ſuppleret infirmitatis: Fuit hic modus ſaluandi humani generis diuine bonitati conueniens.Satiſfactum eſt iuſticie ſimul & miſericordie.Satiſfactum eſt amori & odio Placuit hoc diuine potentie: que omnem defectum noſtrum ſua uirtute ſuperat. Placuit & diuine ſapientie.que nihil fruſtra:nihil nō decenter:ac conueniētiſſime facit. Et licet neceſſitate abſoluta qua neceſſariū dicimus ſine quo aliud eſſe non poteſt. incarnatio uerbi neceſſaria non fuit tamen eo modo quo neceſſarium accipitur id quod conuenientius & cōgruentius peruenitur ad finem dicere non pudet ad reparationem hominis incarnationeʒ filii dei neceſſariam fuiſſe.Ego ſum deus.Ego ſum dominus.& non eſt abſq̧ me ſaluator.ex perſona chriſti inquit Eſaias quia non poterat homo ſaluare ſeipſum.& neceſſarium fuit ut homo fieret deus .& deus homo ſaluaret hominem propter pulchritudinem. Et ad propoſitum apertiſſime inquit:Ex noſtris ꝓfeſſoribus unus in hunc modum de myſterio



diuine incarnationis. Suſcipitur a maieſtate humilitas.a uirtute infirmitas. ab eternitate mortalitas.& ad dependendum conditionis nature debitum natura inuiolablis eſt unita paſſibili.deuſq̧ uerus & homo uerus ī unitate ꝑpatur.ut quod noſtris remediis congruebat unus atq̧ idem hominum deiq̧ mediator. & mori ex uno & reſurgere poſſet exaltero niſi enim eſſet uerus deus non afferret remedium niſi eſſet uerus homo non ꝑberet exemplum ītelligas q̄ conuenienter filius dei carnē aſſūpſerit ut deus.& mortem obierit ut homo ſed queris teſtimonia antiq̄ legis.non negabim⁹ preſto ſūt.ecce inquit Iſaias uirgo concipiet & pariet filiū & uocabitur nomē ei⁹ emanuel quod interp̄tat̃ nobiſcū deus. quomodo nobiſcū deus.niſi quia uerbuʒ caro factum eſt & habitauit in nobis.&iterum eiuſdem ꝓphete uerba ſunt:puer nat⁹ eſt nobis.& filius datuſ eſt nobis.cuius imperium ſup humerum eius et uocabitur nomen eius admirabilis.conſiliarius .deus fortis.pr̃ futuri ſeculi. princeps pa pacis. an nō hic miſteriū incarnationis plane oſtēditur.& que tunc futura erant tanq̄ p̄terita manifeſtātur.puer īquit nat⁹ eſt nobis quia natus eſt humana paruitate.& datns eſt filiuſ quēadmodum ioannes ait quia ſicut deus dile

xit mundum.ut filium ſuum daret unigenitū
Datus eſt chriſtus ex diuinitate. natus ex hu
manitate. natus ex uirgine. cuius imperium
ſuper humerum eius quod eſt imperium chri
ſti niſi lignum crucis in quo pependit mundū
uicit.aereas poteſtates debellauit. & ſubacto
triumphatoqꝫ diabolo regnum ſuum poten
ter intrauit oportuit eum chriſtum pati & ſic
intrare in gloriam ſuam:ut inquit in euange
lio Luce.Imperium igitur ſuper humerum ei⁹
fuit.quia crucem ſuam ſuis geſtauit humeris
q̄uis in eo fatigato Symon Cireneus angaria
tus ſic eam tollere dicitur admirabilis ꝑpter
ſigna.& prodigia que fecit.lumen cecis aud
tum ſurdis.claudis ambulationem.debilibus
fortitudinem.& mortuis uitam reſtituens.cō
ſiliarius appellatur propter euangelica conſi
lia.que adiecit antique legi.deus aſſeritur ne
putares purum hominem natum .nam deus
humane nature cōiunctus eſt.fortis quia ſpo
liauit infernum.& portas ereas confregit: &
uectes ferreos diſſipauit. pater futuri ſeculi.
quia celum aperuit electis & regnum homini
preparauit eternum.poſt hanc uitam in cele
ſti Hieruſalem princeps pacis.quia nato chri
ſto clauſum eſt apud Romanos templum.
Iani & mira pax eſt orta. & gloria in excelſis



deo cantauerunt angeli.& in terra pax homi
nibus bone uoluntatis. Vnde dicit & alio lo
co idem Eſaias incarnationem uerbi dicens:
Dominus enim iudex noſter dominus legifer
noſter dominus rex noſter ipſe ueniet & ſalua
bit nos ꝙ perinde accipiendum eſt.ac ſi dicat
carnem accipiet.& mortem pro nobis ſubibit
& rurſus. Vere tu es deus abſconditus. deus
Iſrael ſaluator.Abſconditus inquit quia ī car
ne latuit ſaluator Iſrael .quia ſua morte no
ſtram mortem redemit.Et ne putes tempora
lem eſſe ſalutem ſaluationis.genus addidit Iſ
rael.Saluatus eſt inquit in domino in uirtute
domini.& ſubdit.ſalute eterna. quam conſe
cuti ſunt omnes qui ex iſrael chriſto credide
runt.apertiſſimum teſtimonium eſt Eſaie.ſed
audi Hieremiam ſua ſunt hec uerba. Ecce di
es uenient dixit dominus & ſuſcitabo germē
iuſtnm ex ſemine Dauid.& regnabit rex & ſa
piens erit & faciet iudicium & in diebus illis
ſaluabitur Iuda & habitauit Iſrael confidēter
& hoc eſt nomen quod uocabunt eum deus
iuſtus.conſidera uerba & attende myſteria.
Suſcitabo inquit germen iuſtum id eſt chri
ſtum ſanctum & iuſtuꝫ ex ſemine Dauid ſecū
dum carnem.quia ex proſapia regia & de ſan
guine Dauid Maria mater domini nata eſt.

& regnabit rex. Quomodo regnabit? Sane quemadmodum ipſe apud Matheum i euangelio dicit data eſt mihi omnis poteſtas i celo & interra. quod eſt regem eſſe. & ſapies erit ſapientia creata ſcilicet que hominis eſt. & icreata que dei eſt & que eſt ante ſecula. & faciet iudicū diſcrecionis ſcilicet & diſcutionis. nunc diſcrecionis dū eligit ex mortalib' quos uult & alios ſuo arbitrio dimittit & i fine ſeculi diſcuſſionis quando reddet unicuiqꝫ ſecūdū opa ſua. in diebus illis ſaluabit' iuda id eſt. quicūqꝫ crediderit & baptizatus fuerit ſalu' erit & habitabit iſrahel confidēter in ſtatu eccleſie triumphantis & hoc eſt nomē quod uocabūt eū deus iuſtus. ut ſcias quia chriſtus ex ſemie dauid natus eſt non ſolum homo ſed etiā deuſ ē nec altrei q̄ chriſto h̄ uerba conuenire poſſūt accedat & alius ꝓpheta Baruth noīe. quid ille ait? hic eſt inquit deus nr̄ & excitabitur ali' aduerſus eum. hic adinuenit omnem uiam diſcipline & tradidit illam Iacob puero ſun & iſrahel dilecto ſuo. poſthec in terris uiſus eſt & cum hominibus conuerſatus eſt. docēt h̄ oīa incarnationem uerbi & hominem factum dei filium manifeſtāt. nunc de morte audi & eos contemnito qui criſtum uolunt eſſe tranſtatū & nondū mortuum ſed incredibili clementia



circa diem ſupremum iudicii cum omnib' angelis interficiendum putant. ad neſandam audaciam & ſtulticiam aliis inauditam dimittimus angelos quorum ſubſtantia incorporea eſt & immortalis. chriſtum interfectuꝫ negāt & aiunt interficiendum. ac Dauid ex perſona chriſti que non rapui tunc inquit exoluebam quia non peccauit & penas dedit. & pro alieno delicto mortem ſubiit. Quod manifeſti' Eſaias oſtendit dicens: Vere lāguores noſtros ipſe tulit. & dolores noſtros ipſe portauit. ipē uulneratus eſt propter iniquitates noſtras atritus eſt propter ſcelera noſtra. diſciplinam pacis noſtre ſuper eum. & liuore eius ſanati ſumus omnes enim nos quaſi oues errauimus. & unuſquiſqꝫ in uia ſua declinauit. & deus poſuit ſuper eum iniquitatem id eſt penam pro iniquitatibus expiandis omnium noſtrum. & ſubdit' oblatus eſt. quia ipſe uoluit & nō aperuitos ſuum. & paulopoſt tradidit in morteꝫ animam ſuam. & cum ſceleratis deputatus eſt ipſe multorum peccata tulit. & pro tranſgreſſoribus rogauit. Si uidiſſet ꝓpheta paſſionē chriſti uix potuiſſet apertius loqui. nec Hiremias tacuit tormenta domini q eū in ligno crucis. ita loquentem inducit. O uos omnes qui tranſitis per uiam attendite & uidete ſi ē

dolor ſicut dolor ueus. Et ipſe ſaluator de ſe ait. Ecce aſcendimus hieroſolimam: & fili⁹ hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis. & condemnabunt eum morte & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandũ: & crucifigendum. & tertia die reſurget. & iterum alibi ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem ĩ deſerto ita exaltari oportet filium hominis. ut omnis qui credit in eum non pereat ſed habeat uitam eternam. & ne de morte dubites. Scribit euangeliſta cum accepiſſet Ieſus acetum dixit conſummatum eſt. & inclinato capite emiſit ſpiritum. Prophete chriſtum moriturum & a mortuis ſurrecturum predixerũt Euangeliſte & obiiſſe in cruce & ſepultum reſurrexiſſe tertia die affirmãt certa res ẽ nihil ambiguitatis habet ueritati omnia conſonãt reſurrexit dominus. aſcendit ad celum & uenturus eſt iterum. & faciat iudicium in fine ſeculi. tua lex hec non recipit quia non ſapit de chriſto. que ſapere oportet. cuius alterum aduentum non ſolum euangelium ſed antiqui etiam uates oſtendant ſicut pauloante de hieremia diximus: cõteſtis eius eſt Daniel dicẽs: Ecce in nubibus celi quaſi filius hominis ueniebat & uſq; ad antiquum dierum peruenit & ſequitur & dedit ei poteſtate3 & honorem. & regnum & omnis populi tribus & lingue ſeruient ei. quibus uerbis uiri doctores iudiciũ chriſti facile inueniunt in fine mundi. & ipſe chriſtus de ſeipſo loquitur dico uobis quod uos qui ſecuti eſtis me in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue. ſedebitis & uos iudicãtes duodecim tribus Iſrahel. & in actibus apoſtolorum legimus. cõſtitutum eſſe chriſtum a deo patre uiuorum & mortuorum iudicem. hec nos de deo ſentim⁹ hec & firmiter credimus. hec ſalubriter predicamus eternam uitam promittentes omnibus qui chriſto credunt. & in trinitatis nomine baptizati opera faciunt euangelio digna queris que ſit iſta uita eterna. quid agat illic homo. qua uoluptate letetur. & quam beatitudinem aſſequatur. Reſpondemus cum euangelio Ioannis. hec eſt uita eterna ut cognoſcant te uerum deum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. ſumma ibi felicitas erit. uidere deum in ſua natura. & eius perfrui bonitate gaudium noſtre mentis erit has ſatiabimur. hac implebimur. hinc ſumma felicitas erit habere deo. & deum agnoſcere. uidemus enim nunc per ſpeculum: ut ait apoſtolus. Tunc facie ad faciem & in iubilo teſte Iob. In facie domini uidebimus lumen: & ſatiabimur cum appa-

ruerit gloria eiꝰ & erimus ſibi ſimiles ſicut ait
Ioannes:nec oculus uidit. Inquit Eſaias. nec
auris audiuit:nec in cor hominis aſcẽdit: que
promiſit dominus diligentibus ſe.& apoſtolꝰ
non eſſe condignas paſſiones huius ſeculi di
cit ad futuram gloriam que reuelabitur in no
bis.tua lex ĩ alia uita flumina lactis. & mellis
& uini promittit & cibaria delicata & uxores
multas & cõcubinas & uitginum coitus & an
gelorum in turpibus obſequiis miniſteria &
quicquid caro depoſcit bouis hec paradiſus.
& aſini potius q̃ hominis eſt.nam quis morta
lis eſt hominis habens faciem qui per omneꝫ
uitam ſuam corpori ſeruiat quis non aliquan
do in mentis ſeceſſum abiit quis non paſcit in
tellectum aliquando & a ſenſibus recedit ſpe
culando.an non eſt honoris & glorie uolup
tas.multo iocundior & diuturnior quam ue
neris.an non dulcior eſt bene acte uite laus.
quam cibus ipſe uel potus bibit ſapiens: atqꝫ
edit ut uiuat.tua lex ideo uitam appetendam
homini exiſtimat ut edat & bibat: ſicut ĩ hoc
ſeculo carneus fuit legifer tuus. ita & in futu
ro carni ſtudendum putauit.neqꝫ curauit ſaci
are mentem cuiꝰ omne ſtudium fuit implere
uẽtrem.atqꝫ in ea re ſummum bonum eſſe pu
tauit.quod neqꝫ gẽtiles philoſophi p̃ter pau

cos admiſiſſent.inter quos ſumma fuit de ſu-
premo bono diſſentio.alii in doloris preuari
catione felicitatem poſuerunt.ut Didonius.
alii in honeſtate uoluptati coniuncta ut cali-
pho & ſinomachus.alii in ſcientia ut Erilus.a
lii in ſola uirtute atqꝫ honeſtate ut Zenon &
Stoici.alii in bonis animi & corporis & fortu
ne.ut Ariſ.& paripatetici.ſoli Arriſtippus &
Epicurus & eorum ſcola ſummum bonum in
uoluptate locauerunt atqꝫ his tua lex confor-
mis eſt qui fex omnium philoſophorum & fe
tidum cenum fuere .nec tamen illi in eo erro
re fuerunt:ut hanc felicitatem in altero ſecu
lo expectarunt. quibus future uite ſpes nulla
fuit mortalem animam exiſtimantium.noſtri
philoſophi ſummum bonum nec in terra nec
in ſenſu.ſed in celo & in deo querendum cen
ſet.& eo ſaciandam menten exiſtimant. & na
tura inſtituit nos & celum aſpiciẽtes uotis om
nibus aſpiremus .ſicut eſt illud poeticum .os
omnium ſublime dedit celumqꝫ uidere iuſſit.
& erectos ad ſydera tollere uultus. quis neſcit
finem his preſtare que ſunt ad finem omnia
hec corporea oblectamenta eo reperta ſunt:
ut ſpes hominis conſeruati & in ſuum finem
qui eſt deus per hec adduci poſſet. quis aut e
deret:aut biberet:aut procreãdis liberis ope

ram daret niſi eſſet ĩ his aliqua delectatio. ad hec non eſt finis hominis qui ad deũ factus ẽ. & niſi ad deum ueniat nunq̃ quieſcit. nec per carnales delectationes ad deum ipſum perue nitur. ſed quanto his magis immerſus eſt hõ tanto eſt ab ipſo deo remotior. qui aliquãdo eo beatior exiſtit. quãto angelice diuineq; na ture magis ac magis adheret. nec curat carna lia deſideria. qui bonis fruitur ſpiritualibus. ſicut ignis & aqua ſimul eſſe non poſſunt: ſic delicie ſpirituales carnalibus nõ coherent tra hunt ille ad ſe humanam naturam & totã in ſe rapiunt nec ſentire ſinũt. que caro appetit guſtato ſpiritu decipit omnis caro ut inqt un⁹ ex noſtris. tua lex in paradiſo uoluptates ad- mittit quas nec Solon nec litingus permiſit ĩ terra. qd feditates de cibo & potu & aliis uo- luptatibus oriuntur. quas in paradiſo nephaſ fuerit nominare. aut enim gignerentur ſine fi ne homines. & implerent omnia nunquã mo rituri. aut fruſtra eſſet permixtio maris & fe- mine ſine fructu. que etiam in hoc mundo dã natur. Dices quid ergo feminis opus eſt ſi nõ eſt coitus. dicimus & nos. quid opus eſt coitu ſi non eſt generatio. ꝓpter uoluptatem dices ad hec feda uoluptas eſt & indigna. que para diſum nõ ingreditur. Nam quõ illic permiſſa

erit hec turpitudo que hic tanq̃ obſceua ꝓhi betur. & tantum propter ſobolem. aut euitan di maioris mali cauſa permittit' ipocrates di- uine uir ſcientie uenereũ coitum partem eſſe quandam morbi teterrimi exiſtimabat quem noſtri conuicialem dixerunt. quid igitur hñs aliquid humani pudoris ac ut uerbis cuiuſdã gentilis utamur uoluptatibus iſtis duabus co eundi atq; comedendi. que homini cũ ſue atq; cum aſino communes ſunt gratuletur. Non ſunt hec que pia mens in celo requirat. Dicis iterum non erit plena felicitas in paradiſo ſi aliquod defuerit oblectamenti. genus ergo exiſtimas cum uariis rebus oblectentur homi nes. ſaltatione. uenatione. piſcatione. ludo. lu cro. cantu. cibo. potu. uenere & aliis q̃plurib⁹ eadem omnia in paradiſo tuo requires. & cũ Virgilio dices: Que gratia curruum armorũ q; fuit uiuiſq; cura intentes. paſcere equos ea- dem ſequitur tellure repoſtos. Vana hec phi loſophia eſt quam nullam unq̃ ciuitas bene inſtituta recepit. nos ut diximus mentis gau- dia & ſpirituales delicias querimus. Beatitu do noſtra quam expectamus: in altera uita eſt ipſa dei uiſio: qua nihil optabilius inue niri poteſt. Videbit enim beatus animus. & que ſunt in celo & que ſub celo. qd erit qd

eius aſpectum fugiat qui uidebit uidentē om
nia que nunc uidentur obſcura de deo.de tri
nitate.de incarnatione uerbi.de proceſſione
ſancti ſpiritus.de ſacramentis eccleſie.de cete
ris archanis.tunc aperta erunt & manifeſta.
nullum deerit oblectamētum. nihil requiret
ultra plenus animus.nā quid pleno opus eſt?
nihil illi deeſt qui nihil cupit.deſideria noſtra
implebit optim⁹ ac maximus deus in quo om
nia bona inſunt.nec ullum cupiditatibus no
ſtris relinquet locum erit deus omnia in om
nibus.qui ſine fine uidebitur.ſine fine amabi
tur:ſine defatigatione laudabitur que lingua
dicere:uel quis intellectus capere ſufficit illi⁹
ſuperne ciuitatis quanta ſint gaudia angelorꝝ
choris intereſſe cuꝫ beatiſſimis ſpiritibus glo
rie conditoris aſſiſtere preſentem dei uultum
cernere.incircūſcriptum lumen uidere. nullo
mortis metu affici.incorruptionis ꝑpetue mu
nere letari. neqꝫ illuc beatitudo humani cor
poris in epulis erit.aut in uino aut in coitu ex
redundantia beatitudinis anime glorificabit
corpus ipſum .& ſimilitudinem eius induet.
fulgebit tanq̄ ſol in conſpectu dei tenuitati ei
us nulla reſiſtet materia.leuitas & agilitas in
finita ſpacia in ictu oculi permeabit.nihil erit
quo amplius ledi poſſit.inuiolabile erit & im

paſſibile more anime.& ita totus homo exu
tabit & dicet cum propheta.Cor meum & ca
ro mea exultauerunt in deum uiuum. nec fru
ſtra erit differentia ſexuū .aut artus reliqui.ſu
perfluent.reſurgēt uiri & femine integris mē
bris.& non ſolum in ſpecie ſed in ipſo indiui
duo humane nature perfectio reintegrabitur
nec tamen animales operationes aderūt. nec
cōmixtio maris & femine quia ceſſabit cauſa
ꝓpter quā fuerat introducta. erit enim com
pleta multitudo hominū a deo prefinita. nec
ullus erit carnalis appetitus nec pulſabit tem
ptatio inimici.non patebit inuidie locus cum
peruentum fuerit ad triumphū pax ibi cōcuſ
ſa.& quies & ſumma concordia uigebit.uides
inter tuam . & noſtram beatitudinem quan
tum intereſt noſtra felicitas nobiliori homi
nis parti id eſt anime . Reſpondet tua uiliori
id eſt.corpori noſtra mentalis eſt tua carna-
lis noſtra fulgens & nitida.tua obſcura & feti
da.noſtra cum angelis ipſi deo cōis eſt. tua cū
ſuibus.& aliis pecoribus noſtrā docti omnes
philoſophi laudant.tuā uituperant.noſtra ce
lo digna eſt.tua etiam in terra reprehenditur
ſed dices in ſacris etiam codicibus conuiua re
periri. que futura uidentur in celeſti hieruſalē
potu ciboqꝫ plena.Inquit enim Eſaias.Faciet

dominus exercituum omnibus populis ĩ mon
te hoc conuiuiũ pinguium & in ſapiẽtia legi
mus. miſcuit uinum & poſuit menſam. & iterũ
uenite & comedite panem meum & bibite ui
num quod miſcui uobis. Et in Eccleſiaſtico Ci
bauit illum deus pane uite & intellectus & aq̃
ſapientie potauit illum. & dominus apud Lu
cam. Ego inquit diſpono uobis ſicut diſpoſu
it mihi pater meus. ut edatis & bibatis ſuper
menſam meam in regno meo. omnia hec &
his ſimilia ſpiritualem habent intelligentiam
quia de menſa ipſa ſapientie non corporalis:
uel cibus: uel potus aſſumitur. ſed mentalis q̃
ſuauiſſimus eſt ac mundiſſimus. & hic eſt quẽ
nos expectamus in futuro ſeculo. tanta eſt igi
tur noſtra dignior q̃ tua felicitas quanto no
bilior. & diuine beatitudini propinquior. ſed
attingamus nonnullas alias tue legis ineptias
que tum ſacris litteris aduerſantur. tum philo
ſophicas rationes excludunt. dicit legifer tu⁹
ꝙ tetigit eum deus manu ſua inter humeros.
& uſq; ad medullam dorſi eius penetrauit fri
gus quod perinde eſt ac ſi corporeum eſſe de
um affirmet quia tactus non eſt niſi per corp⁹
nos incorporeum dicimus deum. ait enim Eſa
ias ex ore dei. celum & terram ego implebo.
quod non poſſet fieri ſi corporeus eſſet. & ꝓ

pterea dicit in pſalmis Dauid. Spiritus dñi re
pleuit orbem terrarum. ſpũs inquit domini non
corpus dñi. & Ioannes in euangelio ſpũs ẽ de
us. philoſophi deum purum actum dicunt eẽ
principium omnium rerum. nature omnino
ſimplicis & eterne. ꝙ ſi corpore⁹ eſſet. eſſet cõ
poſitus ex elementis. aut alia materia. & po
ſterior ſuis partibus. neq; ſimplex. neq; origo
rerum. & creaturas rerum. & creaturas habe
ret ſeipſo excellẽtiores angelos nobiliora ſũt
enim ſpiritualia quã corporea. quod eſt opia
ri abſurdũ ne dicamus aſſerere nec ſimul ſtare
poteſt ut cauſa cauſarũ ſit deus ſicut philoſo
phi uolunt. & recte uolũt & cõpoſitus inueni
atur. eſſet enim ab alio cõpoſitus & illum nos
potius diceremus deũ. qui cõpoſuiſſet. nõ eſt
igitur corporeus de⁹. qa cõpoſitus nõ eſt. nec
mouemur quia in ſacris litteris & caput & ma
nus & pedes & oculi & digiti & cor & uterus.
& hmõi attribuantur deo. utit̃. n. ſpũs ſanct⁹
qui loquitur in ſcripturis uocabulis. que ſũt
in uſu per ſimilitudinem quandam ſicut dicit
Ezechiel ex pſona dei. ego uiſionẽ multiplica
ui eis z ĩ mãib⁹ pphaꝝ aſſimulat⁹ ſũ eis. ẽ. n.
naturale hõi p ſenſibilia ad ĩtelligibilia peruni
re. & oĩs nr̃a cognitio a ſenſu capit exordium
atq; iccirco ſpiritualia nobis in ſacris codici

bus ſub metaphora corporaliū exhibentur·
atqꝫ ita fit ut etiā rudes aliquid capiāt·qui ali
quid eſſent diuine ſapiētie minus idonei audi
tores.dixit preterea tuus machumetes omni
um peccatoꝝ cām eſſe deū.·& exclamans: his
uerbis utitur·O deus quibus uis bonā quibꝰ
uis malā uiā p̄bes.nos mortale peccatū· auer
ſionē quandā eſſe dicimus ab ultimo fine.nec
poſſibile cenſemus deū qui ultimꝰ finis eſt uo
luntatē cuiuſpiā a ſe auertere·eſſet.n· ſibiipſi
cōtrarius & ſi deus oīa diligit quecūqꝫ fecit ut
eſt illud ſapientie. diligis omnia que ſunt·&
nihil odiſti eoꝝ que feciſti quō cōſentaneū ē·
ut peccati cā ſit ipſe deus cui dixit in pſalmis
Dauid·odiſti oēs ꝗ operant̄ iniq̄tatē·Et in ec
cleſiaſtico legimus omne detrimentum erro
ris odit deus·contraria ſūt amor & odiū·audi
ulteriꝰ· intollerabile tue legis errorē·ſi uobis
inquit aduerſa incūbūt·incubuerūt & ceteris
ſunt.n·iſti dies caſus atqꝫ fortune· negat diui
nā ꝓuidētiā curare mortalia·nos de diuina ſa
piētia dicimus ꝙ attingit a fine uſqꝫ ad finem
fortiter & diſponit oīa ſuauit̄· nec ſumme dei
bonitati cōuenit ea negligere q̃ creauit ꝓpt̄
quod inquit apud Matheū dn̄s.oēs capilli ca
pitis ueſtri nūmerati ſunt·addit machumetes
āgelos creatos ex flāma ignis·& peccar̄ z mor

tuos eſſe·nos cum propheta dicimus ꝙ deꝰ fe
cit angelos ſuos ſpiritus·& creauit eos ex nihi
lo & philoſophos nobiſcum ſentientes habe
mus·qui omnes angelos quos uocant intelli
gentias incorporeas eſſe dixerunt ·nec pecca
tum in angelis reperiri poſſe cenſemus·ꝗ deū
in eſſentia uidentem omnia uident. & omnia
intelligunt ad ſuam perfectionem neceſſaria·
nec eſt in eis ignorātia peccati mater·nec ſub
iectam corruptioni naturam angelicam arbi
tramur in qua non eſt materia que ſeparari
poſſit a forma·ſed ipſa forma per ſe ſubſiſtit
incorruptibilis & immortalis origenes precla
ri & excellenti ingenii uiri ſicut multa extant
preclariſſima opera.ita & nonnulli errores ꝑ
uerſiſſimi reperiuntur inter quos unus ille eſt
qui demones per dei miſericordiam liberan
dos eſſe aliquando a penis aſſerit .hunc ſecu
tus eſt machumetes qui ſaluandos per alcora
num malos angelos affirmat nos cum Eſaia d̄
omnibus damnatis ſiue hominibus ſiue ange
lis unam ſententiam habemus ꝙ uermis eoꝝ
non morietur·& ignis eorum non extinguet̄
Et ſaluator in euangelio damnatis in ultimo
iudicio ignem eternum repromittit diabolo:
& angelis eius preparatum· Quid ꝙ tuus le
giſer animam humanam portionē aſſerit ani

me dei.ſic nõnulli philoſophi palam tradide
runt & manichei ſecuti ſunt. Nos humanam
animam ad imaginem & ſimilitudinem dei fa
ctam dicimus ſicut ſcriptum eſt in Geneſi. Fa
ciamus hominem ad imaginem & ſimilitudi
nem noſtram quod de anima dictum eſt non
de corpore. quod ſi anima hominis portio eſ
ſet dei.eſſet utiq3 deus.nec eſſet homo non de
us quod dicere ſtultiſſimum eſt. cum manife
ſtum ſit labi hominis animam a bonitate in
maliciam.a ueritate in errorem. a gaudio in
triſticiam.a ſpe in deſperationem. quod eſt a
dei ſubſtantia penitus alienum.nec illud ue℞
eſt quod in ueſtra lege traditur.animas homi
num ex materia productas eſſe omnes aſſerũt
enim philoſophi ab extrinſeco eſſe homini ĩ
tellectum: ſed ꝙ in nato fit ſpiritus uite iuſſu
dei.& theologi rationales animas omnes ex
nihilo creatas dicunt.& adam cum factam ui
diſſet feminam.hoc os inquit de oſſibus meis
& caro de carne mea non dixit anima de ani
ma.& propheta in pſalmis canit. Qui finxit
ſigillatim corda eorum.ponitur enim cor ꝓ
anima quia ſedes eius in eo eſt.& deus ſibi ani
marum productionem reſeruauit propter ea
rum dignitatem.qui per Eſaiam ait. omnem
flatum ego feci quod intelligitur de flatu ſpi

rituali.qui eſt rationalis aĩa.preterimus ꝙ ce
lum ex fumo factũ dicitis.quod ſi ue℞ eẽt cor
ruptioni ſubiaceret.preterimus ꝙ ſolẽ & lunã
eq̃les ab initio uirtutis & luminis tuus ꝓphe
ta teſtatur.nos dicimus celũ ex nihilo creatũ
& duo luminaria magna feciſſe deũ ab initio
luminare maius ut preeſſet diei. & luminare
minus ut preeſſet nocti.ad illud trãſimus q̃d
in ueſtra lege dulciſſimũ & ſaluberrimũ eẽ pu
tatis.uxores multas ducere. quod ſi deo pla
cuiſſet creato homini ab initio nõ unã tantũ
ſociã prebuiſſet ſed plurimas. nec dixit deus
relinquet hõ patrẽ & matre3 & adherebit ux
oribus ſuis.ſed uxori ſue dixit.Nec amicitia
inter uirum & uxorem uera eſſe poteſt ubi nõ
eſt equalitas.cum uir pluribus miſceatur mu
lier uero uni tantũ adhereat.cuius eſt in alias
plures diſtract⁹ amor.nec ꝓpterea nũerus ho
minũ auget̃.qa plures uni nubãt femĩe.nam
quotidie uiri ꝑuati cõiugio ſine ꝓle decedũt.
& ꝑſertĩ cũ mulieres nũero pauciores exiſtãt.
iniq̃ inſup res uidet̃ & naturali aduerſa lib̃ta
te uni⁹ urbis ciuiũ alios mltiplici mr̃io uti. ali
os ĩ ſolitudĩe degere.nec ꝓpt̃a laudãda cõſue
tudo ꝙ ĩ ueteri lege pleroſq3 ſcõs uiroſ plib⁹ ux
orib⁹ fuiſſe ꝯiũctos legim⁹ qa nõ id ex lege aut
ex uoluptate fecerĩt ſ3 dĩa q̃dã diſpẽſatõe z ad

ſobolem procreandam. que creſceret in cultu dei. tacemus de diuortio quod permittit᷑ apd̄ uos contra legem euangelicā & de adulterio & fornicatione & aliis ſceleribus que licet antiqua lex deteſtetur. & noua prorſus abhominetur apud uos tamen conceſſa uidentur. nō eſt ꝙ omnia tue legis errata percurramus q̄ñ neq; nobis ſcribendi neq; tibi legendi ſatis eſt ocii. & tuipſe ꝓ tuo ingenio multa intelligis adeo ſtulta eſſe: ut nulla poſſent ratione defē di. tota de deo que eſt hic omnia referuntur: totum in hoc conſiſtit ut chriſtum Ieſum deū eſſe credamus quo conceſſo neceſſe eſt eius legi obedire & eius uerbis credere. qui uerax eſt & mentiri non poteſt. in eius lege trinitatem. de qua ſupra diximus in unitate diuinitatis compimus & incarnationem uerbi: & proceſſionē ſpiritus ſancti & reliqua omnia que retulimus uſq; ad extremum iudicium. ꝙ aūt chriſtus deus ſit. iam ſupra oſtenſum eſt ex ueteri lege atq; ꝓphetis. licet etiam ex tua lege monſtrare: que ꝓphetam & ſanctum uirum fuiſſe chriſtum aſſerit. Si propheta & ſanctus ergo uerax: ſi uerax & deus. nam deum ſe ſēpe teſtatus eſt dicens: Ego & pater unum ſumus & qui uidet me uidet & patrē. & ſi creditis in deū & in me credite. & alia multa huiuſmodi

per que diuinitas xp̄i colligitur. & equa cum patre & ſpiritu ſancto maieſtas bene ē igitur ut legem noſtram amplectaris que uerax ē & ſalutaris a deo data. & tuam relinquas ī q̄ nō ueritas neq; ſalus homo illā tulit peccatis & ignorantia plenus intellexiſti quanta adducimus ex ueteri lege teſtimonia quib⁹ de⁹ oſtēditur: & homo xp̄s iheſus & ꝓ noſtra ſalute ſupplicio crucis affectus audiuiſti ſacras ſācti euangelii atteſtationes. & ipſius xp̄i uoces ꝙ tua lex ſanctum habet quid igitur obſtat baptiſmo. quis ꝓhibet aquam. qd moraris ingredere. iam tandem ſalutis iter cum precellētib⁹ uiris & magnis imperatoribus ad eternā ſalutem ſub xp̄i peruenies. diximus de conſtātio ſeniore & philippo qui rem publicaꝫ tenētes in xp̄m credidere. poſt conſtātinum creati ceſares idem iter ſecuti ſunt. & in fide nr̄a morierunt. excepto iuliano appoſtata qui ex monacho ceſar factus tranſiuit ad idola que uitā laxiorem promittebant. ſed ille in bello ꝑtico penas dedit & ſagitta confoſſus ī īcertū miſſa coactus eſt cadens dicere uiciſti galle. ſic enī per cōtumeliam uocabat Chriſtum. fuerunt & aliqui ſciſmatici & heretici qui & Chriano nomine non tamen recta inceſſerunt uia Imperatores chriſtiani nullo errore poluti in

uenti ſunt. Iouinianus. Gratianus. Iuſtinian⁹ Valentinianus. Iuſtinus. duo Theodoſii. Archadius. Honorius. Carolus magnus. Ludouicus. & plures franci & Teotonici. tres Ottones. Henrici aliquod. & nō pauci ſub aliis nominibus. preterimus alios reges fama claros. qui uel in Gallia uel in Hyſpania uel in Anglia uel in aliis prouinciis chriſtianis ſacris iniciati fuerunt. & in domino mortui ad uitā creduntur migrauiſſe beatam cum his non ē. cur te pudeat chriſti iugū ſubire. & ſub eo regnare. per quē reges regnant. & legū conditores. iuſta decernunt. multos inuenies reges qui te colentem xp̄m honorabunt. & ſi enim aliquādo horrebāt reges chriſti nomē & ꝓpter idola chriſtianos perſequebant̄. poſita tn̄ ꝓpter xp̄m idola delerunt. honeſta hec ſocietas ē cū qua te uocamus in uiam ueritatis & pacis. illa nihil dignitatis habet cū qua te tua lex in deuia rapit. nā preter othonianorum familiam de qua natus es & illuſtres ꝓgenitores tuos. qs eſt qui magnopere laudari int̄ ſarracenos queat. colebatur ſaldanius quidā. & aliq pauci nomē habēt. que res memoria dignas geſſere. at xp̄iauoꝝ excellentiſſima nomia omnes hiſtorias impleuerunt. noti ſunt in ſeria. & in egypto. & in aſia. gotfrid⁹. baldin⁹. bohamūdus. tācredus. conradus. philipp⁹ & alii admodū multi q ab extremis galliaꝝ & germanie finibus cū ĩgētib⁹ copiis. hieroſolymā petiere. iterq̧ ſibi per medios hoſtes ferro parauer̄ hos tibi comites damus. cū his te xp̄o iungere cupimus. honeſtiores hii ſocii ſunt q̄ egyptii effeminati aut imbelleſ arabes tua origo ſicut accepimus. ſcithica eſt inter ſcithas multos fuiſſe uiros in armis claros memorie traditur q uectigalē aſiā pluribus ſeculis tenuerunt & egyptios ultra paludes eiecerūt. nō ſunt cōperandi aut egyptii aut arabes. ſcitico generi nō eſt forti & ignano equa ſocietas. mirandū eſt tn̄ potuiſſe ſuis feſtinationibus arabes. ut audaces & preſtātes ſcithaſ in ſuā ſocietatē adduxerūt. qd ſocietatē. nō eſt hec ſocietas ſeruit⁹ eſt. qn̄ eoꝝ legi ſubiectus es. q̄ utinā lex eſſet & nō deceptio ac preſtigiū cōformior tibi cū xp̄ianis ſocietas erit. Fortib⁹ uiris facile amitant̄ fortes. uirt⁹ uirtuti placet. pulchra & ſtabilia ſūt int̄ eq̄les cōſortia. ſi eadē religio ē idē q̧ cultus dei. Age igit̄ accipe xp̄ianos ſocios. accipe fidē & baptiſmū q te hic ĩ terris faciet magnū quoad uixeris & poſt obitum in celo beatum reddet. Audiſti promiſſa euangelica. & quomodo cuncta que diximus ueteris legis auctoritate probātur. ſed times ne te de

cipiamus.recordaris tue legiſlatoris. qui aſſe
rit legem & ꝓphetas a iudeis euãgeliũ a chri/
ſtianis eſſe corruptum tantũq; de ueritate uel
noui teſtamenti uel ueteris remanſiſſe quãtũ
alcarano.continetur exploratum id forſitan
arbitraris & uerum eſſe atq; iccirco teſtimoni
is noſtris nõ adhibes fidem.nec baptizari au
des.aut in chriſtum credere.utinam tam bo/
nus fuiſſet tuus legifer q̃ callidus.tam uerax q̃
uerſutus.tam iuſtus q̃ iniquus.tota eſt artifi/
cioſa & fraudulenta lex eius.nam qui diuinũ
ſibi abeſſe auxilium non ignorabat ad huma
nas confugit aſtutias.cupiebat legem edere q̃
ſibi nomen daret.femina que etiam per flagi
cia exoptabat.ut Nero ſtratus ille qui diane
Epheſie templum incendit.& animaduertens
antiquam & nouem legem q̃uis honeſta eſſet
duram tamen uulgo uideri & ſeruata difficilẽ
ſuam in ſe edidit que uoluptatem humano ge
neri amicam permitteret: ſic enim facile fieri
poſſe exiſtimauit.ut innumerabiles populi in
ſuas traditiones concederent.nam gentiles q̃
uis laxiori legi tenerentur q̃ chriſtiani conti/
nentiam tamen & modeſtiam & frugalitatem
commendabant.& philoſophis auſcultabant
uirtutis amatoribus neq; ſinebant ſuos ciues
corrumpi uiciis aut uoluptate marceſſere. cre

uit igitur ſecta ſarrecenoꝝ licentia uicioꝝ.pla
cuit uxores ducere quot mallent.eaſdemq; di
mittere.cum diſplicere cepiſſent.habere con
cubinas q̃plures & omne libidinis genus po/
ſſe ꝓuolui.indulgere uentri cũcta que uellet.
& ori preter uinum & uniuerſis immergi uo/
luptatibꝰ.& ſi enim aliqua ieiunia in lege tua
precipiunt id etiam ad irritandam uoluptatẽ
factũ eſt.nam ſarraceni diem ieiunantes. no/
cte q̃ longa eſt epulantur & bibunt. nec aliaꝫ
ob cauſam uini uſus interdictꝰ eſt niſi quia no
ceret in ardenti terra qualis eſt arabia . & ma
ior eſt in frigidis uoluptas poculis.hoc unum
ergo in machumetis inuentum fuit ut legem
ꝓpagaret ſuam.ea precipiens que grata eſſẽt
auditoribus.& maxime plebibus q̃ iumentis
ſimiles exiſtũt.nec fefellit eũ opinio in hac ꝑ
te placuit noua lex.& breui tẽpore ita coaluit
ut in multis populis gẽtibus ac linguis recipe
retur.cuius fundamẽta in uoluptate iacta fue
runt.ueꝝ ſicut agricola non prudens. poſtq̃
uineã plantauit foſſam circũducit & ſeptẽ ne
deſtruat a feris.ita & machumetes ſuam legẽ
cõſeruare ac munire ſtatuit animaduertit hõ
ſagax duobus modis ſuũ dogma conuelli poſ
ſe atq; cõfundi.auctoritate ſcilicet & ratione.
atq; aduerſus hec duo que poterant inueniri

remedia non neglexit. auctoritati non appoſuit. ꝙ pauloante retulimus antiq̄. ſ. & nouā legem deprauatam eſſe. nec quicq̄ ueri reſtaꝛ niſi quod alcoranus haberet rationi arma obiecit. iubens ne quiſpiam de ſua lege diſputaret. neue rationem quereret in eum qui cōtra niteretur ferro uindicandum eſſe. atq; huiuſmodi uallo ſuam legem callidus ueterator cō muniuit. ſed non eſt hic adamantius murus. neq; ferreus. neq; ex uiuo lapide fragilis materia eſt creta & luto munita domus. facile oppugnabitur neq; reſiſtit telis noſtris. facile ruunt edificia in arena fundata. aggrediamus hꝭ telis tue legis munimenta corruptionem ī primis ſacrarum litterarum obiicitis hoc ei probandum fuerat que factum aſſerit ſatis nobis erat negare factum. libet tecum aliter agere. & apertam tue legiſlatoris calumniam oſtendere. lex iudaica quam Moyſes & prophete tradiderunt anteq̄ machumetes naſceret̄ pluribus ſeculis ſcripta fuit. & multis in locis promulgata. & in alienas tranſlata liuguas. nec fuit unus interpres ſed plurimi. rogante Ptolomeo Phyladelpho ſeptuaginta preſbyteri legem interpretati ſunt & conſona dixerunt. Aquila etiam & Theodocion. & Simacus. & alii uetus teſtamentum traduxerunt. facta eſt

antiqua lex & greca & latina multis etatibus anteq̄ tua promulgaretur. implete ſunt omnes bibliotece moyſaica & aliorum ꝓphetaꝝ traditione. Alexandrie. Rome. Athenis. Carthagine. Siracuſis. Toleti. Lugduni. & in omnibus locis que inſignia eſſent. ſiue apud grecos ſiue apud latinos uetus teſtamentum ex hebraica ueritate traductum & habebatur & publice legebatur. quis ille iudeus tam potēs fuit. qui corrumpere legem ubiq; gentium potuit. n ondum natus erat Chriſtus cum ſeptuagita [illegible]nterpretum editio facta eſt. quo tēpore nulla erat cauſa corrumpende legis cū nulla eſſet cum chriſtianis nondum natis de lege contentio. nec propter alios oportebat legi aliquid detrahere qui legem non acceperant. nec propter ſe qui talem acceperant & laudabant ſi qua corruptio internenit in ea potuit interuenire que apud hebreos remanſit non in ea que inter latinos & grecos diuulgata eſt & per infinitas diffuſa prouincias. q̄q̄ nec iudaica corrupta eſt. que uſq; in hanc diem cum greca & latina traditione concordat difficilis ac pene impoſſibilis fuiſſet corruptio in tot manibus. Machumete leue fuit unum codicē corrumpere. & illum tanq̄ uerum his tradere

qui ſibi ab inicio crediderunt ꝙ ſi multi ſunt
hodie apud uos codices unius continentie nō
tamen iccirco ueritas in eis eſt ab uno enī qui
falſus erat emanantes•omnes falſitatem cōti
nent•quia non defluunt ex amaro fonte dul
ces riuoli querimus ex te magne princeps•ſi
te iudice•duo rationum codices afferant quo
rum alter ex altero trāſcriptus exiſtat & in eo
de quo eſt facta trāſcriptio ſempronius mille
debere talenta ſcriptus eſt•in exemplari duo
milia cui potius fidem dabis• aut non exēplo
magis q̄ exemplato•hebrei parentes antique
legis exiſtunt & apud eos exempla legis habē
tur apud alios exemplaria• rurſus ex te queri
mus quatuor inueniuntur rationū libri apud
quatuor negociatores•Seium•Gayum. Titiū
& Sempronium•in eo quem ſempronius ꝓdu
cit•creditori ipſe Lucii in centum talentis ſcri
ptus inuenitur•in aliis debitor cui credes qd
reſpondebis an nō tres libros uni prefers• cer
te non dubitabis preferre ſi ita iudicas ſoluta
queſtio eſt. quatuor libri habent uetus teſta
mentum unus eſt hebreorum•alter gentiliū
& tertius chriſtianorum•ultimus ſarracenoꝝ
quia ceteris diſcrepat•mendax enim eſt nā re
li qui conformes inueniuntur•nam & greci q̄
gentiles erant ante chriſti aduentum & latini

ante machumetem•uetus teſtamentū nō alio
modo habuerunt q̄ nos hodie habemus•hoc
fortaſſe infedari poſſes•quia non reperiuntur
hodie gentiles. qui bibliothecas habeant ue
teres•ſed interroga iudeos. inuenies uera eſſe
que dicimus & adhuc extat Ioſephus hebre⁹
qui trāſlationem antique legis in manu Pto
lomei quē nominauimus emanarunt que uſq̄
in hanc diem perſeuerant•& hebraice uerita
ti cōcordāt•ſtulta eſt igitur machumetis ficto
& turpis inuētio nec quicq̄ habet ueriſimile•
nec tā cōfuſione q̄ irriſione digna eſt quod di
cimus de ueteri teſtō idē licet de nouo intueri
quod nec ab uno ſcriptū eſt•nec ī una lingua
nec in uno loco nec in uno tēpore & tñ una ſē
tentia eſt & unica cōcordia quod greci habēt
hoc latini hoc hebrei hoc ſiri armeni hoc om
nes barbari xp̄m colētes q̄uis heretici aliq ad
tuendo errores ſuos corrūpere nonnullos co
dices auſi fuerunt. Quid ages? Quid dices?
cui fidem adhibebis? an ſoli ſarraceno? an la
tino? an greco? an hebraico•multo antiquior
eſt xp̄iana lex q̄ ſarracena. miſit chriſt⁹ adhuc
in terra exiſtens diſcipulos ſuos in orbem ut
predicarent euangelium omni creature. audi
ta eſt in omni terra euangelii tua ſicut ſcriptū
eſt. in omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ•& in fines

orbis terre uerba eorum.uulgata eſt & recep
ta lex chriſti per totum Romanum imperiū.
priuſq̄ tuus legifer prodiret in lucem.& idem
euangelium quod nunc habemus omnes gen
tes ſuſcepere.nec fuit maioribus noſtris aut fa
cultas corrumpendi rem adeo uulgatam aut
neceſſitas.cum nō eſſet machumetes. cū quo
de fide contenderent. corruptio ei neceſſaria
fuit qui nouam legem edere uoluit ueteri &
noue contrariam.nec dubium faciet iuſtus iu
dex quin chriſtiano maior fides adhibenda
ſit.de chriſti lege quam ſarraceno ipſe enī cō
ſeruator eſt ſue legis & manet ī traditione pa
trum.ſarracenus ab ea receſſit & inuentiones
ſequitur nouas quas ſui maiores ignorauerūt
euangelia apud nos quatuor recepta ſunt. q̄
ſumma diligentia uigenti ſtudio & acri diſcuſ
ſione ſancti patres in generalibus conciliis nō
prius amplexi ſunt q̄ eſſe ueriſſima multis mo
dis recognouerunt.non eſt igitur ꝙ tuus legi
fer de corruptione ſacrarum litterarum poſſit
obicere.de ciuitate domini que eſt eccleſia in
quit in pſalmis Dauid.Fundauit eam deus in
eternum non eſſet fundata in eternum eccle
ſia ſi fundamentum eius quod eſt euangeliū
uiolari aut corrumpi potuiſſet. nec uerum fu
iſſet quod ait ꝓpheta Baruth.loquens de le

ge dei lex que eſt in eternum.nec illud ſtaret
quod dicitur.in eternum permanet uerbum
tuum.& in ſeculum ſeculi ueritas tua.nec Eſa
ias uera fuiſſet de chriſto locutus dicens.Suꝑ
ſolium Dauid & ſuper regnum eins ſedebit.
ut confirmet & corroboret illud in iudicio &
iuſticia uſq; in ſempiternum nos Gabriele an
gelo credimus. qui de chriſto Marie uirgini
ſic ait.Dabit illi dominus deus ſedem Dauid
patris eius & regnabit in domo Iacob in eter
num.quomodo regnat chriſtus in domo Da
uid niſi per fidem.quomodo per fidem niſi ꝑ
euangelium in eternum .quomodo per euan
gelium in eternum ſi corruptum eſt euangeli
um mendax lingua falſa calumnia. ego uobi
ſcum ſum inqt dominus uſq; ad cōſummatio
nem ſeculi.& Oſee prophete uerba ad eccleſi
am conferuntur.ſponſabo te mihi in fide uſq;
in ſempiternum.& ad Petrum uicarium ſuuꝫ
inquit ſaluator.Tu es petrus & ſuper hāc pe
tram edificabo eccleſiam meam.& porte infe
ri nō preualebūt aduerſus eā.& iteꝝ rogaui ꝓ
te Petre ut nō deficiet fides tua.preualuiſſent
porte inferi & defeciſſet fides Petri.ſi falſum
eſſet euangelium quod ſequimur. ſed manet
fides magni paſtoris in eccleſia Romana que
nunq̄ inuenta eſt erraſſe neq; errabit ī eternū

magiſtra eſt enim & mater omniũ fidelium & diſciplia ueritatis. caue machumetes caue magne princeps ne ſequaris errorẽ Porphirii ſiculi. qui tue legi conſona dixit. is ex chriſtianiſſimis ad idola tranſiens ait ſe deos conſuluiſſe quid de chriſto ſentirent. & illos reſpõdiſſe bonum uirum fuiſſe chriſtum. ſed peccaſſe diſcipulos eius qui diuinitatem ei attribuerãt quam ſibiipſe nunq̃ erogaſſet hoc deorum teſtimonium eſt. i. idolorũ que tu demonia eſſe non dubites. an non intelligis fraudem. an nõ uides tui legiferi & demonuꝫ eſſe unum argumentum unam colluſionem. unam fallaciam & chriſto diabolũ inuidere eiuſq; glore & maieſtati detrahere. cuius conſilio atq; ſuaſu tua lex edita eſt euangelice atq; moſayce contraria. dices pari modo chriſtianam legem moſayce aduerſari. nã que iuſſit Moyſes plurima uetat & permittens que ille uetuit. neſcis antique legis archana. que diu grauida fuit. nouã in utero gerẽs & cũ ſtatutum diuĩo cõſilio tẽpus uenit. eam peperit. uidit Hieremias ꝑ ſpiritũ legẽ hãc nouã cũ ait. ecce dies ueniunt dicit dñs. & feriã domui iſrael. & domui iuda fedus nouũ non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus eorum. ſed erit pactum quod feriam cum domo iſrael. poſt dies illos: dicit

dominus dabo legem meam in uiſceribus eorum. & in corde eoruꝫ ſcribam eam. & ero eis in deum. nouũ fedus inquit quia baptiſmus circũciſioni ſucceſſit. & legem meam inq̃t ſcribam in corde eorum quia uerus lex in tabulis lapideis ſcripta fuit noua per charitatem ĩ corde hominum radicata. & ero eis in deum. q̃a noue legis auctor & promulgator chriſtus deus & homo eſt. antiqua per Moyſen innotuit tantum hominem. & adueniẽte perfecto euacuatum eſt imperfectum. nec amplius in preputio nobiſcum deus ſed in corde paſcitur: dicente apoſtolo. ſi circumcidimini nihil ꝓdeſt uobis. nec ulterius cerimonie legis habent locum. uenit enim ille de quo loquitur in Deutronomio Moyſes ꝓphetã. de gente tua ſuſcitabit tibi deus. ipſum ſicut me audies. & ſubditur. ponam uerba mea in ore eius loqueturq; ad eos omnia uerba que precepero illi. De Chriſto hec ꝓphetia eſt qui locut⁹ eſt ex ore dei quod uerum erat os ſuum. in cuius aduentu legalia & ceremonie erant. ſicut apud Matheum ſcriptum eſt. lex & ꝓphete uſq; ad Ioannem. ſacramenta enim que ueteres & prophete obſeruabant adnunciatiua erant uẽturi chriſti que in eius aduentu completa ceſſauerũt. & alia inſtituta ſunt uirtute maiora ue

ritate meliora. actu faciliora numero paucio-
ra. & ſicut ſacerdotium mutatum eſt ſub cui9
adminiſtratione lex erat ita & legē mutari o-
portuit. nō eſt igiť aduerſa ueteri. noua lex q̄
in eius uētre cōcluſa erat. ex adueniēte chriſto
& euāgelii luce clareſcente patefacta circūciſi
oni & aliis ceremoniis antiqtus obſeruatis ſi-
cut prefinitū erat finē impoſuit. ē aūt xp̄iana
lex tāto dignior q̄ iudaica. q̄to nobilius ē ora
culū dei q̄ hominis. cognoſcis iā niſi fallimur
ueritatē & maieſtatē nr̄e legis. nec utilitatem
ignores. incipiſq3 de tua diffidere. & ardes de-
ſiderio diſputādi uelleſq3 latius cūcta diſcute
re. ſed obſtat legifer tuus & inquirere ueꝝ ꝓ
hibet. & incriminať & clamat. nō eſt mea lex
que diſputationi ſūbiiciēda ſit. caue ne qd lo-
quaris arma ſunt in manu tua dū mihi credis
multū imperii adeptus es qui nō audiūt meā
uocē gladio cōterēdi ſunt enſis mee legis dig
nitatem tuetur. ī arabia ortus eius fuit ex par
uo principio quantum creuerit uides egyptū
adieci mee legi & ſiriam & meſopotamiam &
libiam & indiam & mauritaniam. & partem
hyſpanie & diuitem aſiam & doctam grecia3
& fortē traciā & nobilem macedoniā. ſunt &
alie q̄plurime regiones ſub imperio mee legis
que armis non uerbis queſite ſunt. muliebre

eſt uerba uerbis refellere uiri ferro decertant
ſi non fuiſſet uera mea lex non dediſſent ſupe
ri imperio noſtro. necnon dominationi nr̄e:
tantos ſucceſſus atq3 proſperitates. amat nos
deus & legis odorem ſentiens. gratulatur. &
ſternit iter uictoriis noſtris. ſcis q̄ feliciter ſe
pe in hoſtes pugnauiſti & modo in ponto &
ſepe in grecia. heu fili quid cogitas? quid mo
liris. tot triumphis ſub mea lege illuſtratus:
chriſtum ſequeris cuius cultores ſtrauiſti toti
ens & in titionem uſq3 cecidiſti. caue ne mea3
linquens legem relinquaris a deo. credimus
his te uerbis nō parum commoueri & aliquē
ineſſe in tua mente timore3. ſed audi q̄ inanis
eſt timor. omnis qui malum facit inquit ī euā
gelio ueritas odit lucem. fures noctu domos
perfodiunt. & in obſcuro adulteri latitāt. nō
adhibent teſtes qui peccant. nolunt deprehē
di mendaces. cū his ſentit tuus legifer. uereť
ne diſputādo ſue legis uāitates īnoteſcāt uere
tur ne pudenda ſua detegantur. prohibet di
ſceptari uerbis. armis defendi ſuam legem iu
bet. nec aliu3 iudicem q̄ ferrum depoſcit. mul
tumq3 gloriatur de ſue legis incremento. dixi
mus cur creuerit. plebes uoluptas allexit. ne
q3 inficiamur multas tue gentis uictorias par
tas. & ingenia confecta bella. Et tu ipſe

in preliis clarus euaſiſti uiciſti hoſtes non pau
cos.& triumphaſti ſepe.fuiſti tamen etiam a
liquando uictus.parua chriſtianorum man⁹
tuas ingẽtes copias.ut ante diximus apud cõ
fluentes ſanum & danubium paucis ante ãnis
deleuit non milites ueterani. non duces ĩ bel
lis ante probati non uiri nobiles armis poten
tes & equis.ſed pauci cruce ſignati ex agris
collecti intermes & nudi. fide tamen armati
ferro fulgentes.& auro tuos fuderunt exerci
tus.ꝙ ſi uictoria ueritatem legis oſtendit hoc
uno prelio ſatis admouebare in quo multi fu
gerunt paucos tue uictorie nihil miraculi ha
bent.ad quas nunq̃ ſine grandi tuorum ꝓ̃
gatiua uentum eſt.ſed quid agimus non hiis
argumentationibus ſtat recta fides.uici. fudi
doſtes.imperium teneo.ſi ſic licet arguere.ue
ra fuit ſub Alexandro magno.tot uictoriis il
luſtrato.& ſub eius ſucceſſoribus religio. qui
& in grecia.& in aſia.& in ſiria.& in egypto.
& in libia.& in perſide.& ĩ ſcithia. & in indis
regnauere.imperio ꝑ arma queſito.uera etiã
Romanorum fides uſq; ad priorem Conſtan
tinum.qui orbem ſibi ferro ſubiecerũt & om
nes domuere quas adiere gentes.ſcimus tamẽ
& Alexandrum & eius heredes & Romanos.
& q ſub eis erãt.iudeis exceptis.idola coluiſſe

Alii Iouem.Alii Martem.alii Mercuriũ.Alii
Solem & Lunam & alia ſydera. multi etiã ut
Egyptii animalia bruta colebãt.quis neſcit in
quit.unus ex poetis .uoluſi bithume qualia
demens egyptus portenta colat.Crocodilon
adorat.& quod ſtultus fuit.& allium & por-
ros & cepe inter numina poſuerunt.Preclare
tamen egyptiorum uictorie memorantur. ſicut
de oſiridi proditum eſt qui uictuʒ peragrauit
orbem.ergo & deus egyptiorum recipiemus &
ueram eorum religionem fatebimur quia ui-
cerunt.non ſic ratio ſuadet.neq; ſic iudei ſen-
ſere qui uicti ab aſiriis & ab antiocho & a ro
manis.& in ſeruitutem ducti nõ tamen uicto
rum leges de diis acceperunt.ſed uicti & anga
riati & mille modis oppreſſi in ſua lege manſe
runt.nec nos criſtiani cum prelio ſuperamur.
aut aliis calamitatibus affligimur legem nr̃aʒ
aut relinquimus. aut accuſamus. ſed arbitra
mur pium deum nos tanq̃ filios ꝓpter pecca
ta que committimus uerberare.quia nõ pare
mus euangelio non ſeruamus legem noſtram
neq; manemus in traditionem ſanctorum pa
trum. ſed uicti fragilitate aberramus & labĩ
mur ut homines. ipſe uere lapſos corrigit &
plagis multis noſtras iniquitates emendat.co
gnoſcimus errata noſtra & conſiderantes que

fecimus minorem eſſe penam q̄ delictum non ignoramus. Si cadimus in bello ſi amittimus regnū ſi iugo ſeruitutis opprimimur. dicimus cum Daniele ꝓpheta deum eſſe in celo qui reuelat myſteria mutat tempora & tranſfert regna ut uniuerſi cognoſcant ꝙ dominatur in excelſis in regno hominum. & cui uoluerit dabit illud. nouimus deum & iudeos & chriſtianos poſſe cum uelit & uoluiſſe aliquando alterius ſecte homiuibus ſubiicere propter offenſas populi. qui eum ad iracundiā prouocauit. ſed conuerſi ad deum non deſperamns miſericordiam conſequi q̄uis enim iraſcitur deus ut inquit propheta non tamen obliuiſcitur miſereri. Pius eſt & benignus nec deſerit clamātes ad ſe. abſit autem ut propter uictoriam meliorem eſſe credamus religionem uictorum. ſic enim fatendum eſſet omnes qui uicerunt hebreos melius de deo ſenſiſſe q̄ ipſi uicti. quod neq; tu diceres neq; tuus legifer. qui defenſionem ſue traditionis in armis collocat. & oē genus rationationis effugit. maximum iniquitatis indiciū non ſic beatus petrus qui donatis a chriſto domino celeſtis regi clauibus & paſtor conſtitutus gregis chriſtiani paratum ſe ait rationem omnibus reddere de ea que erat in ea fide nec aliter ſuos auditores edocuit &

beatus Laurētius martyr. mea uox inquit obſcurum non habet ſed omnia in luce clareſcūt & in euangelio nō probat dominus eum qui lucernam accendit. & ſub modio ponit ſed ſuper candelabrum eam eſſe uult. ut luceat omnibus qui ſunt in domo & predicari uerba ſua ſuper tecta iubet & de ſeipſo dixit. ego palam locutus ſum mundo. deceptores & pſeudo ꝓphete in angulis predicant & uolunt occulta eſſe que dicunt ſed iuramenta taciturnitatis exigunt. ſicut rome accidit in his qui baccanaria celebrant. in occulto enim deo ſuo ſacrificantes nullum flagicium libidinis omittebāt ꝙ ſi alia non eſſent aduerſus tuam legem iudicia. hoc unnm ſufficere potuit. quia prohibuit eius lator in diſputationem uenire ſciebat non equa eſſe neq; uera tradiderat. uidebat ueterem & nouam legem contra ſe ſtare intuebatur philoſophorum acutiſſimas rationes ſibi aduerſas eſſe. nec ſperauit in cetu hominum aut in ſcolis uirorum excellentiū ſua deliramenta poſſe defendi. animaduertit hō ſagax & īgenioſus in malo gētiles q deos colebant dānatos eſſe & iam prope modū exterminatos. nec iudeis locū eſſe quorum lex trāſlata eēt cū ſacerdocio ad chriſtianos. cūq; ſta

tuiſſet nouam legem idemq; ſibi nomē daret
ſperauit quod modo euenit. iratum deū chri
ſtianis qui ſine legis mandata tranſgrediebā
tur aduerſus tranſgreſſores uictoria conceſſu
rum. atq; iccirco ſue legis defenſionem in ar
mis collocauit. quam alioquin hominib⁹ gra
tam propter licētiam uoluptatum non ambi
gebat diaboli hoc fuit inuentum antiqu⁹ hāc
uiam ſue nequicie ſerpens excogitauit qui cū
uidiſſet ſeſe procul eici & chriſtiana religione
augeſcente idola deleri nec amplius deorum
multitudini locum eſſe. ſed unum tantum de
um adorari cum patre & ſpiritu ſancto Ieſum
chriſtum Heradio imperāte machumetis ſpi
ritum excitauit cumq; ſibi miniſtrū elegit ho
minem ritu prius idolatram fortuna pauperē
mente ſuperbum natione arabem. qui cōcilio
uſus quorundam iudeorum & chriſtianorum
peruerſorum inter quos fuit Sergius ſpiritu
ambitionis inflatus. legem tertiam edidit ex
ueteri & noua conflatam multis ineptiis extri
ſecus adiectis legem diximus. quia ipſe legem
uocat nos blaſphemiam rectius appellamus.
fugaſti frontem auertiſti oculos horruiſti tur
batus es ſubiratns es dum hec dicim⁹. at ſi ue
ritatis amicus es audienda eſt ueritas. neq; tu
us legifer ſi tibi amicus eſt ueritatē interdicet

que tāto magis amica eſt. quanto ſalubrior &
humani ab ipſa natura cōuenientior. audi ue
rum & diſce quō ſit appellanda lex. legem di-
cunt eſſe philoſophi ꝙ ratione precipit̃ & ſūt
qui nil aliud legem affirmant q̄ rectam ratio
nem a diuino numine ductam. quicquid igit̃
rationi aduerſum eſt legis nomine caret. at tu
us legifer rationari de ſua lege ꝓhibet & ſolū
arma illi ſuffragari uult. non eſt igitur dicen-
da lex. ut ſi ex illis quarū conditores apud Eſa
iam dominus maledicit. docet nos Dauid co
gnoſcere legem dn̄i. dum ea que ꝓpria ſūt ex
ponit. attende & uidebis an machumetea lex
de celo ſit. & a numine tracta diuino an aliun
de Lex domini inquit ꝓpheta immaculata cō
uertens animas teſtimoniū domini fidele ſa-
pientiam preſtans paruulis. immaculata ē lex
domini quia mala queq; excludit neq; libidi
nem neq; turpitudinem ullam admittit. ſic a
pud eundem ꝓphetā eloquia domini caſta di
cuntur & apud Iob legitur non inuenietis in
ore meo iniquitatē. nec in faucibus meis ſtul
ticiā perſonabit. & apoſtolus lex ſancta inqt
& mandatum ſanctū & iuſtū & bonū. at quō
machumethea lex immaculata que ſtupra &
adulteria & omnes libidinum maculas ac fedi
tates admittit. dices qa ieiunia quedā ꝑcepit.

& orones & elemoſynas. nõ dãnamꝰ hoc abſit ut ea mala dicamus. inuentorẽ eoꝝ machumetem eſſe negamus abſq machumete ſciebamꝰ hec eſſe bona. ieiunauit Helias. ieiunauit chriſtus. orare & frangere eſurienti panẽ ſuum & egenos & uagos in domũ ducere multo antiquius eſt q̃ tue legis inuentũ. multi nos legiſlatores ad opera pietatis inuitarũt. Verꝫ adulterari. fornicari. ſeruire uentri. & in sceno uoluptatũ iacere ſolus tuꝰ legifer inter bona collocat. Solus machumetes eſt qui turpia docet & flagicia precipit q̃uis hereticoꝝ more ut facilius decipiat bona ſimul & mala commiſcet At lex quedñi dicitur. ut inquit ꝓpheta Animas conuertit: quo conuertit? ad deum. conuertit ad ſuum creatorem. ad ſummũ bonum ad ultimũ finẽ. at lex machumetea non cõuertit ad deum ſed auertit ab eo. Dicit enim dñs deus eſtote ſancti quia ego ſanctꝰ ſum machumetes uxores inquit ducite & cõcubinas quot placet. nam ego quadraginta uirorũ in meis lumbis uiris habeo & uxoribus atq ancillis ꝑmiſceor plurimis. qd de teſtimonio fideli. cũ data eſt Moyſi lex domini in mõte ſynai. fulgura & coruſcationes apparuerũt & ſigna de celo que teſtimoniũ legi prebuerũt. lex chriſti miraculis admodũ multis cõfirmata eſt. dicente ipſo. ſi opera non feciſſem in eis que nemo alius fecit peccatũ ſcilicet infidelitatis nõ haberent. & ꝓpterea de ueteri que conuertit ad ſuum creatorem ad ſummũ bonũ & noua lege inquit Dauid. teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis & in euangelio luce circa finẽ legimus. illi profecti predicauerũt ubiq dño: cooperante & ſermonẽ confirmante ſequentibus ſignis. at machumetis legem. que ſigna. que miracula probat. audiamus euꝫ non ſum miſſus inquit niſi in uirtute gladii. & qui non ſuſceperit meam ꝓphetiam occidatᷣ aut reddat tributum preciũ ꝑ infidelitate ſua. qd eſt hoc nunquid manifeſte negat ſe miraculorũ uirtute carere. & ficta falſaq eſſe omnia ſigna demonſtrat. que tue legis doctores in populis predicant. non habet igitur tua lex teſtimonium niſi in armis. ſed id non eſt fidele ut ante docuimus. ad ultimum tranſeamus. & quomodo ſapientiam preſtet paruulis. id eſt. populis tua lex animaduertamus. ſapiẽtia ut antiqui tradiderunt diuinarum & humanarum rerum ſcientiam continet: eſtq admodum ſapida & dulcis. dum amorem diuinitatis mentibus noſtris inſtillat. Propter qd inquit pſalmigraphus. Quã dulcia faucibus

eloquia tua ſuper mel ori meo. tua lex neq̧ de deo ſapit. neq̧ de celeſtibus. neq̧ terrena ſatis intelligit. que putat ſuperis cura non eſſe. magna olim & florida in alexandria philoſophorum ſcola fuit. & multi per ſiriam & aſiam uiri doctiſſimi claruerunt. quorum nomina ad nos uſq̧ peruenerunt. at poſtq̄ lex machumetea curſum habuit pauciſſimi nominantꝰ: qui nature archana perſcrutati. excellentes euaſerint: quia non preſtat paruulis ſapientiam tuus ꝓpheta. aut tua lex cuius fundamentū uoluptas eſt. & tutela gladius inter noſ uero liberalium artium ſtudia admodū florent legitur publice philoſophia auditur in ſcolis theologia. nullū doctrine genus pretermittitur gingnaſia litterarū in pluribus italie ciuitatibus clariſſima reperiūtur. nec tranſalpes in hyſpania in gallia in germania in britania collegia deſunt uirorū excellentiū. qui ſapientiam preſtant paruulis. eſt enim ingens xp̄ianoꝝ cura ut indocti erudiantꝰ & ueritatem intelligant in noſtra lege. que nunq̄ mentita eſt diuinitꝰ cōprehenſa ac legifer tuus non modo mentitꝰ ſed leuiter. ſed indocte. ſed inprudenter. ſed inſipide mentitꝰ. & ſibiipſe ſepe contrarius eſt: queadmodū ſue legis inſpector plane intelliget innumerabiles ſunt eius inepties & aniles

fabule & pueriles nuge. de quibus lib3 hoc loco pauca referre que de ceteris iudiciū prebeant. exponens machumetes capitulū alcorani quod dicit filioꝝ iſrahel in hanc ſententiā loquitꝰ. ſit laus ei qui ſeruum ſuū ab oratorio quod eſt helcarata ipſa eſt domꝰ meſche uſq̧ in oratorium ſancte domus hieruſalem nocte una trāſtulit circa quā bn̄diximus deū. o uos homines audite & intelligite. cū abii a uobis uenit ad me gabriel ſero poſt pſalmodiam ueſpertinam. que ultima eſt & ait. O machumetes iubet deus. ut ſe adeas. cui reſpondi. & ubi eum adeam. & ait gabriel. ubi ipſe eſt. & iumētum illico adducit magnitudine inter aſinum & mulum elberabil uocāt humane uocis capacem. & una non amplius hora interegi annorū quinq̄ginta miliū & ait gabriel aſcēde animal & ito ad ſanctā domū aſcendere uolentē fugiebat iumentū. & iuſſum eſt ſtare. quia machumetes aſſenſurus eſſet nunq̄ accerſitus ē inquit. & reſpondēte gabriele accerſitū eſſe. nō ſinam addidit niſi ꝓ me deū rogaret obtuli ꝓ ces deo meo pro iumento qđ me incedēte ſuaui greſſu inceſſit. ponēs ungulā pedis anterioris in orizonte ſui uiſus & minori ſpacio q̄ ictꝰ impletur oculi. ad ſanctam domū perueni comes aderat gabriel. qui dixit me ad terrā ſan

ctam domum in hieruſalem & uicinam rupē dixitqꝫ deſcende qm̄ ex rupe ad celū aſcendes & colligato illic iumento portauit me humeris ſuis in celum. Et cū applicuiſſemus ad celū mundi & ad portā ei⁹ pulſauit gabriel. & queſitum eſt quis eſſet. & reſpōdit gabriel ego ſū & iteꝝ querenti quis tecū adeſt. reſpondit machumetes. & ſubdidit ianitor. nunquid uocatus. & ait gabriel uocatus & aperta eſt porta. & uidi angelos & bis genua flectens oraui ꝓ eis. Et accepit me rurſus gabriel. & uexit ad ſecundum celum & fuit diſtātia inter celū & celum quantū eſt inter quingentoꝝ annoꝝ. & ſicut in primo celo ita in hoc celo pulſatū extitit. & rurſum pari ſolennitate atqꝫ ſeptimum uſqꝫ celū ꝓcedit. equā celoꝝ diſtantiā ponens & ait. in ſeptimo celo uidiſſe ſe angeloꝝ populum & longitudinē angeli cuiuſqꝫ inſtar mūdi fuiſſe & aliquoꝝ mille uicibus extenſiorem & inter eos unū īueniſſe cui ſepties centena mille milia eſſent capita & in quolibet capite totidem ora. Et in quolibet ore lingue totidem que ſeptingenis mille milibus ideomatibus laudabant deum. & rurſus alteꝝ angelū oſtē diſſe qui fleret. & queſiuiſſe cauſam fletus. & cū ille dixiſſet culpas eſſe orauit ꝓ eo. & tunc cōmendabat me gabriel alii angelo & ille alii

donec fui in conſpectu dei. & tribunali ei⁹ adheſi tetigitqꝫ me de manu ſua de⁹ inter humeros & frigitas manus eius peruenit uſqꝫ ad medullas dorſi mei. his nugis atqꝫ deliramentis implet machumetes aures populi. ſed audiamus alteram fabulam in libro. cui titulus eſt de doctrina machumetis. duo angeli nominātur arathes & narathes quos ille aſſerit iuſſu dei in terram deſcendiſſe. ut genus humanuꝫ regerent atqꝫ inſtruerent tribus mandatis ac ceptis. Primum ne quenq̄ occiderent. alteruꝫ ne quid iniuſte decernerent. tertium ne uinū biberent. cum aliq̄diu rexiſſent. & iam ex toto orbe ad eos iudicia deuoluerentur mulier quedam decenti forma & omnium pulcherrima. aduerſus maritum ſuum cauſam habens iudicium ab eis petiit. atqꝫ ut fauentes haberet iudices. ut apud ſe prandium habeāt multis precibus inuitat. non abnuunt angeli. paratur ſplendidum conuiuium. epulas & pocula mulier ipſa miniſtrat. apponuntur fercula multiplicia. & cum his uinum. ꝙ cum angeli recuſarent inſtāte ſepius muliere. & multas obiciente blandicias tandem biberunt & inebriati uino inhoſpitam incaluerunt. eiuſqꝫ cubitum poſtularunt. Spondet mulier ea conditione. ut alter eorū ei aſcenſum in celū oſtē

deret. alter deſcenſum.placet cōditio illa .ut
iter didicit.mox aſcendit in celū. relictis atq;
irriſis angelis.quā deus recognitam inter ſy
dera collocauit.cui lucifer eſt nomen angeli:
ad iudiciu; euocauit cathenis ferreis in puteo
ꝓfundiſſimo religati ſunt uſq; in diem iudicii
permanſuri.cum elegiſſent in hac potius uita
q̄ in altera plecti.hec eſt ſapientia machume
tis q̄ docet paruulos.hec eius theologia.hec do
ctrina diuinitus reuelata.mira hominis auda
cia ne dicamus ſtulticiam ſeu dementiā. quot
ſunt in his fabulis deridenda ſomnia.non ob
iurgamus iumenti uerba quando & aſina; ſa
cre littere loquutam produnt & gentiles bo
uem ſed quid eſt ꝙ una hora iter quinquagin
ta milium annorum pergitur.metue hec & di
ligenter cogita an corpori nondum glorifica
to id poſſit accidere quo iuit.ubi fuit.quid cir
cuiuit.non adhuc celum aſcenderat. quibꝫ in
locis tantum ſpacii peragrauit nec iumentum
eum tulit: quis tulit eū: unde uenit. quō uenit
nil hoꝝ dixit.quid peccauerat.iumentum ut
precibus egeret.cui non eſt lex alia niſi natu
re & illi paret.quid hoſtiarius in celo colloca
tus rogamine machumetis egebat. an non ſa
tis felix erat: fortaſſe altius cupiebat aſcende
re: tanq̄ non ſit illic perfecta hominū btītudo

& regnet adhuc ambitio.diſtantiam celorum
oſtendit.& ſperarum quanta ſit craſſitudo de
monſtrat.quingentorum annoꝝ.iter ex celo
in celū ponit & parere omnium ſpiſſitudine;
quid hoc.quis credat gentilium fabulis. ſimi
le ſomnum eſt aiunt illi dioniſiodorum quen
dam geometrie ſcientie nobilem in patria ſe
nectem diem obiiſſe. ꝓpinquos funus eius du
xiſſe.ad quos pertinebat hereditas.hos conſe
cutis diebus cum iuſta peragerent.inueniſſe i
ſepulchro eius epiſtolam dioniſidori nomine
ad ſuperos ſcriptā que diceret eum a ſepulcro
ad infimam perueniſſe terram. eſſeq; illuc uſq;
quadraginta milia ſtadiorum.nec defuerunt
geometre.ut Plinius ait. qui interpretarent
ſignificare epiſtolam a medio terrarum orbe
miſſam quo deorſum a ſummo longiſſimum
eſſet ſpacium.& ibidem pile medium ex quo
conſecuta computatio eſt. que circuitum ter
re. id eſt totius pile ambitum ducenta quinq̄
ginta quinq; milia ſtadioꝝ pronunciauit. ſed
armonica ratio.que cogit rerum naturam ſi
biipſum congruere eodem plinio teſte. addit
huic menſure ſtadiorum ſeptem milia. herato
ſtenes huiuſmodi rerum ſolertiſſimus indaga
tor uniuerſum terre ambitum ducētoꝝ quin
quagintaduorum milium ſtadiorum ꝓdidit

hipparchus ſtadiorũ paulominus uigintiqn
ꝙ milia adiecit reperiuntur & aliorum ſenten
tie ad modum diſſone neqꝫ in hanc uſqꝫ diem
mortali cuipiam ſatis exploratam credimus
terre menſuram. cuius neqꝫ ſeptentrionem ne
qꝫ meridiem uerſus cogniti fines ſunt. at tuus
legifer maiora concepit animo qui tanq̄ celũ
aſcenderit. quingentorum annorum itinere
diſtare celum a celo prodidit quoniam tanta
eſſet craſſitudo ſperarum. hoc idẽ aſſerit rabi
moyſes hebreus genere philoſophus q apud
philoſophos egyptios claruit. At philoſophi
quos noſtri ꝓbāt non ita ſentiunt. nec Ptolo
meus alexandrinꝰ aſtronomoꝶ facile ꝑnceps
de craſſitudine lunaris ſpere cũ tua lege con
cordat. in q̄ iter annorũ ſexagintanouẽ & ali
quorum menſium ac dieꝶ poſuit milibus paſ
ſuum uigintiqnqꝫ. ſeu ſtadiis ducẽtis ꝑ quali
bet die cõputatis. Alii uero aſtronimi q hec
diligenter indagauerunt ſperā ſolis pluſq̄ ſex
centis uicibus ſuperare lunarem tradiderunt.
rurſuſqꝫ martis ſperā q̄uis ſole altior eſt & lon
ge maiorẽ habet ambitũ ſpiſſitudinẽ tñ mul
tis uicibus ſuperari. improbum humane men
tis auſum uerum ita ſubtili argumentatione
comprehenſum. ut pudeat aliquos non crede
re. plurimi hec incerta reſpuunt. tue legiſlato

ri fortaſſe credendum fuerit. nõ quia illuc an
gelo bono deferente conſcẽderit. ſed quia cũ
peruerſo ceciderit. ꝙ ſi ac de cauſa fidem ex
pedit: credimus. alioquin cum ſacra ſcriptura
dicimus celum ſurſum & terram deorſum &
& cor regis inſcrutabile eſt. ſed alia percurra
mus angelos ſe uidiſſe affirmat eoſdemqꝫ cor
poreos. Si mundo maiores angeli ſunt. neceſ
ſariam eſt aliq̄ eorum partem extra mundum
eſſe. at philoſophi mundi circumflexum oĩa
contineri dicunt neqꝫ quicq̄ exterius. tuus le
gifer quando aliquid ſolito plus adbibit. ſo
pori deditus qnicquid ſomniauit pro uero re
tulit & omnia ſibi licere putauit quo errore z
angelos corporeos. & peccare & egere uenia.
& ſe rogaſſe pro eis dixit. ſimile ſomnolentia
tactũ ſe ſuper humeros affirmauit manu dei.
cuius gelu uſqꝫ ad dorſi medullas penetraue
rit que omnia ſuperius confutata ſunt. Quis
illud pacienter audiat ꝙ angeli dei uino ine
briari. ſpecie mulieris decepti. concubitum
eius appetierint. que iter in celum edocta.
ad conſpectum magni dei peruenit. & ho
norifice accepta. inter aſtra locum obtinue
rit. angeli penas dederint. atqꝫ iccirco uinum
homini interdictum. Quot tanti mali cau
ſa fuerit. Commemorat hec tuus legifer. &

tanq̄ ex penu dei recepta hominibus inculcat uide q̄ grauiter. q̄ uere.q̄ perite loquunt᷑. poetarum figmenta.que pueris leguntur. inter archana legis inſerit.pueri noſtri non ſine riſu audiunt cum rapte in celum femine referūtur.& in aſtra cōmutate que maior & minor urſa uocantur.pigri circa ſarraca poete lucentes.credimus pro tua ſapientia te iam parui facere.Atq; contemnere tue legis figmentis ſed miraris uehemēter ꝙ indies aliqui relicto dogmate chriſtiano ad tuum migrant. & aſſerētes iniquam legem noſtram amplexi tuā circumciduntur & tuis inicíantur ſacris & qui trinitatem predicabant.nunc deteſtantur .& q chriſtum cruci affixum colebant & laudabāt nunc derident.Sunt qui hoc agunt non dubitamus.Sed qui nam homines ſane aut libidinis ſerui aut ambitionis & quibus nullus erat locus ī noſtra lege.ſpreti a nobis & eiecti tāq̄ uilia & inutilia mancipia ad te tranſiuerunt. nec tamen illos inextinguibilis cōſcientie uermis rodere ceſſat ꝙ ſi poſſes eorum introſpicere corda intelligeres proculdubio eos. aut uite future ſpem nullam habere aut admodum eſſe anxios quia fontem aque uiue reliquerūt chriſtum Ieſnm.& neſciunt quo pacto redeāt maius ſuum peccatum exiſtimantes q̄ dei miſericordiam.ſed quid miraris.ſi ad opes conſequendas ad uoluptates exhauriendas nōnulli tue legi ſeſe ſubiiciunt.non eſt hoc nouū:nec dignū admiratione.idem quoq; & ſarraceni faciunt.qui ſepe ad nos migrant. Illud eſt mirabile:illud ſtupendum: illud magnopere celebrandum quot tot milia philoſophoꝝ chriſtiano inſignita nomine ſub tuo imperio degunt grauia tributa pendunt.nunc liberis priuantur.nunc coniugibus opprimuntur duriſſima ſeruitute lacerantur.uexantur mille modis.nec tamen chriſtiane legi non renunciant ꝙ ſi tuam acciperent micius ferrent imperiū. fierent liberi honores & opes ſperare poſſent ſed malūt tollerare ſeruitutis iugum & ī ſqualore ac miſeria uiuere.q̄ chriſtum negare.hoc ſtupendum eſt & diuinum opus & quod te p̄cipue mouere debet.non ꝙ pauci a noſtra lege aberrent.ſed ꝙ tam multi in ea perſeuerēt & ꝙ tanta ſit uel in aduerſis conſtantia miraculum eſt.facit hoc bonitas legis. & ſecuritas eterne uite.quam nemo ſapiens preſenti uite poſtpoſuit.quid tu hic dicas. quid contrahiſcere.aut mutare poteris .uera eſt chriſtiana lex ex utero recepta moſayce.ex ꝓphetis.ex diuinis oraculis deus auctor eius eſt.filius dei eam tradidit.ex ore dei manifeſtata eſt. pura

eſt & nitida. & inmaculata & ſancta perfecta
ex omni parte nullam habet rugam. nuſq̃ de
ficit. nuſq̃ claudicat in ea que querit inuenit
que petit accipit. & pulſanti aperietur. Ipſa ẽ
fons clementie. iuſticie. culmen pietatis. ſpe
culum manſuetudinis & mĩe plẽa. pro ea mar
tires innumerabiles ſunt occiſi. ſeneſ. iuuenes
pueri. matrone. uirgines. uidue. innupte puel
le. crudelia carnificum. nõ ex pauere tormẽta
ſcientes beatos eſſe mortuos qui moriuntur ĩ
domino preterimus ſigna & prodigia que cer
titudinem chriſtiane legis oſtendant. quis ui
ros cõmemorare queat ex chriſtiano genere
diuini & humani iuris excellẽtiſſimos ꝓfeſſo-
res uere mundi lumina. ſcientie fontes. q uſq;
ad mortem in fide chriſti perſeuerantes. p̃cla-
ra uolumina ediderunt. que tanq̃ ſidera q̃dã
doctriue humanas mentes illuſtrant. & q̃ nã
ullo in loco lex eſt que alterum habeat augu
ſtinum. altrum Hieronimum. alteꝝ Ambro-
ſium alterum Gregorium. & ne pretereamus
grecos. que religio: uirum unq̃ habuit q oris
geni comparari poſſet. q̃uis hic in pleriſq; lo-
cis errauit. quis Ioanni criſoſtimo exequat̃-
quis magno Baſilio. quis Cirillo. qs Euſebeo
quis Gregorio nazanzeno. non ſufficit dies
ſi numerar̃ pergimus illuſtres nr̃e legis docto

res. ſiue uiuos ſiue mortuos. q̃uis nõ ſint mor
tui ſed nunc maxime uiuunt. & tanq̃ ſtelle in
firmamento lucent. qui fidem ſacratiſſime tri
nitatis elucidarunt. quid dicemus de religio-
ſis domibus in quibus angelica ducitur uita.
& pro peccatoribus aſſidue effundetur preces
domino. nec unq̃ ceſſant diuine laudes pſal
modie benedictus nurſienſis apud nos multo
rum monachorum doctor. & pater extitit a
pud grecos magnus baſilius. ſecuti ſunt bern
hardus abbas clare uallis. & bruno qui cartu
ſiam inſtituit quotidie ſanctorum uirorum a
pud nos augetur numerus edificantur noua
monaſteria & ſcã renouantur inſtituta. quos
fructus edidit ſeraphicus. franciſcus eximius
paupertatis amator in umbria. que pars eſt
italie natus. Quot eum diſcipuli ſecuti ſunt.
quot ſub eius regula uiri ſanctiſſimi floruerũt
antoniꝰ patauí iacet miraculis clarus. bernar
dinus Senenſis in aquila quem noſtra etas
quaſi alterum Paulum predicantem audiuit
nicolai liritani extãt opa que oẽs admirãtur.
dominicꝰ in extremis hyſpanie natus oris. q̃ſi
aliꝰ ueſp emicuit. que nouũ quendã ſanctum
& nitidum uiuendi morem ſuis auditoribus
tradidit. z predicatoꝝ inſtituta regula uniuer

ſum illuſtrauit orbem. multi ex diſcipulis eius clariſſimi euaſerũt. ſed precipua eſt magni al berti fama. qui nullum doctrine genus igno raſſe creditus eſt nec minor eo Thomas aqui nas fuit in litteris & ſi maior extitit ſanctitate claruit & meo ſeculo ſub eadem regula Vin centius hyſpanus quem noſter anteceſſor inẽ ſanctos chriſti confeſſores rettulit. & in ordĩe diui Auguſti Nicolaus tolentinas pauloante inter celeſtia relatus ſanctorũ agmina. noua indies prole floreſcit nŏſtra religio. ꝙ ſi nõ de ſunt peccatores diuinã prouocantes maieſta tem. non deſunt etiam conſiliatores uiri ſãcti deo accepti. & uirgines immaculate. precibus aſſiduis diuinam iram auertẽtes. nec timemꝰ ruinam tantis adiuti patrociniis. tu ergo prin ceps nobilis qui non es rationis incapax. neq ingenii obtuſi. collige que diximus & conſer ua in mente tua. & conſule tibi & tue genti. & noli eſſe incredulus ſed fidelis. relinque tene bras & lucẽ ſequere. intelligis quo pede clau dicat tua lex. & quantis ſcatet erroribus. & q̃ procul a ueritate recedit: & ꝙ non eſt in ea ſa lus noue & antique legis inimica. intelligis q̃ ſolida eſt euangelica doctrina q̃ uera q̃ ſancta q̃ munda & immaculata. & ꝙ in ea tantũ iter in celum oſtendit & non alia intelligis ſi uer-

ba noſtra memoria tenes. ꝙ trinitas in unita te & unitas in trinitate colenda eſt neq altera cõtradicit alteri. intelligis quonam modo pa ter ſibi filium equalem genuit. & quomodo a patre & filio ſanctus procedit ſpiritus. qui eſt caritas & amor. & ſimul colendus eſt & deus ẽ & ꝙ filius ꝓ noſtra ſalute incarnatus eſt. mor tem tulit & ſpoliato inferno tertia die reſur gens. quadraginta diebus cum diſcipulis con uerſatus aſcendit in celum. ſedetq ad dexterã patris. uenturus in fine ſeculi iudicare uiuos & mortuos. quo facto mali perpetuo penam ignis ſubibunt. boni eternam beatitudinẽ cõ ſequenter. non in carnalibus deſideriis. aut in pudiciciis nõ in cubilibus ſed in dulcedine mẽ tis & in charitate chriſti que ſuperat omnem ſenſum. ante omnia uero monſtratum eſt nõ poſſe te aſſequi inter chriſtianos gloriã & po tẽtatum quem uideris optare: maxime apud europeos & occidentales populos dum tua in ſecta perſeueraris. ꝙ ſi uelles chriſtianis imi tari ſacris magnam tibi ſpem fecimus & potẽ tie & glorie. memento igitur uerborũ noſtro rum. & accipe fidele conſiliũ. ſume baptiſmũ chriſti & lauachrum ſpiritus ſancti amplecte re ſacro ſanctum euangeliũ & illi te totũ com mitte ſic tuam animã lucrifacies. ſic thurcoꝝ

populo bene conſules. ſic tue cogitationes ad impleri poterunt. ſic tuum nomẽ in ſecula celebrabitur. ſic te omnis grecia. omnis italia. omnis europa demirabitur. ſic latine te littere. ſic grece. ſic ebraice. ſic arabice. ſic omnes barbare celebrabũt. ſic nulla etas de tuis laudibus contumeſcet. ſic pacis auctor & fundator quietis appellaberis. ſic te thurci animarum ſuarum reportorem & chriſtiani ſue uite conſeruatorem uocabunt. ſirii. egyptii. libici. arabes. & quecunq; ſunt alie gentes extra chriſti caulas. aut his auditis tuam uiam ſequentur. aut tuis z chriſtianis armis paruo negocio domabuntur. & ſi uoluerint in noſtra lege te ſocium habere. experirentur dominum in ſua nos te iuuabimus. & omnium eorum aſſiſtente diuina gratia legittimum principem conſtituemus. hec ſunt que tibi cum baptiſmo premia promittuntur. his te bonis diuina pietas proculdubio cumulabit. obſequentem euangelio ꝙ ſi re ſpueris conſilia noſtra. peribit tã ꝗ fumus gloria tua. & tu more hominũ reuerſus in cinerẽ tot⁹ morieris. Chriſtus regnabit in etnũ cui ẽ honor & glĩa ĩ ſclo℞ ſcla. Amẽ.

Explicit epiſtola Pii Pape ſecũdi ad Thurcũ. Sequit̃ rñſio turci.

Incipit epiſtola Morbiſani magni Turci miſſa ad Pium Papam ſecundum.

Orbiſanus Hebrei & Geſii cum ſuis fratribus Cerabi Eiuſbait imperatoris organi collaterales pugilles in partibus achere magno ſacerdoti Romanorum iuxta merita dilecto nuper auribus noſtris intonuit: ꝙ in partibuſ Italie ad preces & poſtulationem populi Veneciarum in baſilicis ueſtris pnblice facitis diuulgari: ꝙ quicumq; ſumpſerit arma contra nos & noſtros ſuorum in hoc ſeculo remiſſionem peccatorum. eiſq; beatam uitam promittitis in futuro: cuius rei ueritatem occulta fide decernimus per aduentum quorundam peditum cruciferorum qui nuper in Venetorũ nauigio tranſfretarunt. propter quod ammirari cogimur uehementer quia dato ꝙ a ſummo tonante uobis eſſet data poteſtas abſoluẽdi animas & ligandi. tamen adhuc maturius ꝓcedere deberetis. neq; chriſtianos maxime Italicos crucis caractere inſignitos inducere ſuper nos cum ſecundum ꝙ partes ante dixerunt nobis populus noſter thurcorum inno

cens fuerit mortis & iniurie Chriſti ueſtri. & cum terra & loca ubi ſanctuaria ueſtra ſunt: minime poſſidiantur per nos: immo populus iudeorum exoſos ſemper habuimus & habemus. Quia prout in hiſtoriis antiquis & cronicis noſtris audiuimus ipſi proditorie & per inuidiam eundem chriſtum ueſtrum prophetam hieroſolymis tradiderunt preſidi Romanorum. quem in crucis patibulo mori fecerũt ac inſuper ammirari & dolere compellimur. ꝙ ſurgunt Italici contra nos cum latẽs amor nos incitet ad dilectionem ipſorum: eoꝙ ipſi & ipſorum magnalia & parentes a Troianorum ſanguine proceſſerunt. quorum auctorẽ fuiſſe ſcimus ueraciter Anthenorem & Eneã de ſanguine Priami procreatos. in cuius locũ ducturi ſumus imperium in partibus Europe ſecundum repromiſſiones a diis noſtris: quas patres noſtri habuiſſe noſcuntur. & Troiam magnam intendimus reſtaurare & ulciſci ſanguinem Hectoris ac Hilionis ruinam nobis grecorum imperium ſubiugando & iniuriis dee noſtre Palladis factis eoſdem punire. in tranſgreſſorum heredes. Inſuperq; intendimus Cretam & alias Marinas Inſulas quas Venetorum populus antedictus extorſit a nobis imperio repromiſſo totaliter uendicare. eaſq; noſtre ſubiacere iuriſdictiõi. Iccirco prudentiam ueſtram attente requirimus & rogamus quatenus epigramatibus ueſtris per terras italie miſſis ad inſtãtiam ſupradicti populi uenetorum ſilentium imponatis non prouocantes contra nos amplius ſub pietatis ſpecie populum chriſtianum cum erga nos & ipſuȝ nullam guerram propter crudelitatis differẽtiam habeamus. cum eniȝ nihil nobis referat ſi ipſum colitis chriſtum quia & nos ipſum reputamus fuiſſe ꝓphetam. neq; enim ex lege ipſius prout audiuimus poteſtis aliquẽ ad crudelitatem compellere ſi autem lis aliqua uel diſcordia orta eſt inter nos & populum uenetorum. hoc accidit: quia ipſi indebite nullo iuſticie muniri colere ſub ceſaris nomine. uel alterius monarche. cui ex lege aliqua temporalia ſint ꝓmiſſa. ſed ſua ſuperbia ac temeritate iam dudum quaſdam marinas inſulas & alia loca quẽ noſtro ut ſupradiximus ſunt repromiſſa imperio crudeli tyrannide ſubiugarunt que tollerare non poſſumus cum futurum tẽpus noſtre repromiſſionis inſtat propter que & alia poteſtis merito ab inceptis deſiſtere & ſpecialiter cum audiuerimus ipſum populum uenetorum fore aliennm a uita & moribus ro

manorum quia nec ſecum legibus uiuunt nec moribus coutuntur ſed ſe ſolos eſtimant cun ctis circumſtantibus populis meliores quorũ inſaniam ſuperbiamq̄ʒ deorum noſtrorum & ſummi Iouis auxilio ad extremum deducem' alioquin ſi ueſtra prudentia non deſiſtat am pliare curabimus uires noſtras ſuper eo diui ni imperatoris organi auxilio & aliorum oriẽ talium regum & principum qui ſimulãt ſe ho die dormire quorum muniti preſidio trahe mus a finibus terre armatorum acies copioſaſ per quas non ſolum cõtra ueſtros pedites cru ciferos reſiſtemus uerumq̄ʒ ſi contra nos Ro mam ac Germanicam & Gallicam militiam prouocetis intendimus hoſtiliter obuiare. ac demum fauente Mercurio per mare ponticũ & Dalmaciam cum innumerabili noſtro na uigio heuriflatibus perductu intendimus per tranſire & ſeptentrionalem plagam preſertiʒ Croaciam & Dalmatiam uiſitare. Datum an no Machumeti ſeptingenteſimo quadringen teſimoquinto in introitu menſis Haſten.

¶ Regiſtrum.

| | |
|---|---|
| Pius papa<br>Et tu hac | Circa diem ſu.<br>cos admiſiſſem |
| Ita & regnum<br>Ampliauerit | Per que diuinita<br>uit igitur ſecta |
| Sex aliis anima<br>Feretur ſceptrũ | Alii Iouem.<br>Q ue tanto magis |
| V m. reſpira<br>Prolem. no. | Sericordiam. ſed<br>ba noſtra memo. |

Oratio Antonii Geraldini Prothonotarii apoſtolici Poeteqꝫ Laureati: Ac Regii oratoris. In obſequio canonice exhibito ꝑ Illuſtrem Comitē Tendillę per protonotarium Metimnēſem ⁊ per ipſum protonotarium Geraldinū nomine Sereniſſimoꝝ Ferdinandi Regis ⁊ Heliſabeth Reginę Hiſpanię Innocent. Octauo eius nominis Pontifici Maximo.

Quod olim Romanę rei publicę relique orbis nationes pręſtitere obſequium: id nunc longe iuſtius ac ſanctius a coeteris chriſtianis principib⁹ chriſti reparatoris noſtri vicario pręſtari: illudqꝫ potius huius qua potimur: foelicitatis pręludiū extitiſſe: Hiſpaniam autē eiuſqꝫ principes cū priſcis ſęculis vtriqꝫ imperio / tum vero imprimis ętate noſtra huic apoſtolico throno / non minus decoris atqꝫ emolumenti q̄ alias quaſcumqꝫ ꝓuincias attuliſſe: aſſerere haud longa oratione intendimus pater Sanctiſſime Innocenti ſumme atqꝫ octaue eius nominis pontifex. Uerum ad hęc agenda nō parum offendor officii deſuetudine / qui poemata recentius q̄ orationes ſcribere conſueuerim: perturbor materię magnitudine: quę ⁊ facundiſſimū oratorem ⁊ peritiſſimum quēpiam theologum ſimul expeteret. obſtupeo Sanctitatis tuę huiuſqꝫ ſacri ſenatus maieſtate ac ſapientia: quibus nihil maius eſſe nouimus inter mortales. Confundor demum atqꝫ pręmetu conſternor auctoritate eoꝝ: qui tot ſęculis / in tot pontificum ſucceſſionibus / hoc eodem in loco verba fecerunt: Qui licet eloquentiſſimi eſſent: nec parum attente a ſuis potentatibus ad tantū munus delecti: trepidarūt tamen plęriqꝫ quum in tantam patrum amplitudinem dicturi acceſſiſſent: Nec lingua tantum ⁊ ars / verū ⁊ ratio ⁊ mens omnis eos interdum ſubito defecerunt. Quo in diſcrimine conſtitutus vnicum mihi pręſidium reliquum eſſe video: diuinam opem ⁊ tuam qui dei vices in terris geris clęmentiam implorare. Ac ne ad ſalutis viam lente cucurriſſe videar flexis genibus illius inuoco numen ⁊ auxilium: qui e coelo in terras ad

hominum ſalutem delapſus ſalutis nomen pariter ⁊ officium
gerit: illumqꝫ relligioſiſſime precor: non vt Demoſtenis Cice/
roniſue / qui ſuis temporibus ſatiſfecerunt: Sed vt Pauli ex
Exaieqꝫ eloquiū mihi ſuppetat. Quorum alteri ad diuinum fa
tum depromendum labia calculo mundauit ignito: Alterū ve/
ro ex lupo paſtorem / ex chriſtianorum perſecutore / doctorem gē
tium ⁊ vas electionis effecit. Quam vero clementiam ſupplici/
ter oro: vt ipſius quem refert veſtigia imitata / paruulum non
contēnat: Sed quāto altius eiꝰ eſt faſtigiū / tanto humanius ad
humiles reſpiciat: et quod exilitati meę detrahendum videbi/
tur: aſcribat fidei: quę maluit cum periculo parere: quā regio / qđ
nefas eſt: imperio renitens / ingrati atqꝫ impii nomen ſubire.
Ego enim licet natione ſim Italus: tamen Hiſpanus ſum edu
catione: quippe qui a teneris annis in Hiſpania: Hiſpanoꝝ qꝫ
regnum obſequio verſatus: ad hoc autem muneris non iccirco
delectus / quia in Hiſpania vel veterum vel nouorū oratorum
copia deſit: Sed quoniam / velut qui multis imperant diuerſa/
rum gentium ingenia fouere conſueuerunt: virtutiſqꝫ potius
quā ortus rationem habere: ut omnium nationum imperio di/
gniſſimi videantur. Quoniam igitur eo quo propoſui ordine
procedendum mihi eſt: ⁊ vna in tota oratione dicendi ſeries ꝑ/
petuo retinenda: non arbitror pater ſanctiſſime illud ad pro/
bandum difficile eſſe: quod in ipſo ſermonis mei initio pręno/
taui: vniuerſos chriſtianorū principes iuſtius ſanctiuſqꝫ huic
tuo culmini obſequi: quā ſenatui ac po. Ro. coetere prouincię: ac
gentes conſueuerunt. Si enim tantum valuit apud eos ęqua
bilis vitę pbama: ⁊ nitidiſſimū iuſticię nomen quo iura apud
omnes partiri ęqua lance exiſtimabātur: vt ſe ad eorum ditio/
nem plereqꝫ vltro transferrent: illam non imperium / ſed tutiſſi
mum humani generis patrocinium comuneqꝫ hominum perſu
gium exiſtimantes: longe magis apud eaſdem valere debet / nō
comunitatis tantum pbama: ſed iuſticia ipſa: nec iuſticia ſolū:
ſed vera religio ac pietas: nec religio tantum ⁊ pietas: verum

ipſa beatitudo ⁊ foeliciſſima atqꝫ ęterna hęreditas pręcioſiſſi/
mi ſanguinis domini noſtri Jeſu chriſti: quoꝝ arbitrium di/
ſpenſatio atqꝫ poteſtas eſt apud eius vicarios ⁊ ſucceſſores Pe
tri. Pro qua quidem fide ipſe idem apoſtolorum princeps Pe/
trus: qui ab eo coelorū claues / et ſoluendi atqꝫ ligandi animas
poteſtatem acceperat: non dubitauit ſe crucis patibulo expone
re: ⁊ mortem cum vita mutare: pro qua Johānes baptiſta Pau
lus ⁊ infiniti pene alii poſt plurima acerbiſſimaqꝫ tormenta ca
pite truncati fuerunt: pręcipitatus Jacobus: ⁊ fullonis vecte ꝑ
cuſſus. Bartholomeus etiā pecoris ritu excoriatus. ꝓ qua Ste/
phanus lapidibus obrui: Laurentius ſe ſuper craticulam / vt
piſcem aſſari: Sebaſtianus ſagictis vndiqꝫ penetrari: Blaſius
pectinibus cedi: Jgnatius ⁊ infiniti pene alii fuſtibus / plumbo
vngulis ferroqꝫ cōteri / Leonibus obici / ac demum ignibus cō
ſumi paſſi ſunt. Pro qua deniqꝫ tam multi preter hos fidem
hanc chriſti ꝓfitentes: Uirgines ſacerdotes atqꝫ pontifices ſe
vltro humanis delitiis atqꝫ affectibus exuerunt: ⁊ in terris p̄/
ter terreni corporis ritum ac neceſſitatem vixerunt ex homini/
bus angeli anteqꝫ morerentur effecti. Quę ꝓfecto ſi falſa eēt
vt quidam gentilium ſectatores / ⁊ ideo voluptarii / etiam nunc
dicere audent. Non tales tantoſqꝫ habuiſſet aſſertores Gręcos
cos pariter ⁊ latinos: vt Dionyſium Ariopagitam / Johannem
Chriſoſtemū / Gregoriū nazāzenū / Magnū Baſiliū / Origenē /
Necnō Ambroſiū / Hieronymū / Auguſtinū / Gregoriū / Leonē /
Bedā / alioſqꝫ vtriuſqꝫ linguę doctores peritiſſimos: Si ſine pręmio: nūqꝫ hi / quos añ dixi Apl'i Martyres ⁊ reliq eiꝰ ꝓfeſſores
tā mares quā feminę voluptates / honores / diuitias / ⁊ demū eas
qbꝰ viuebāt aīas cōtēpſiſſent. Sꝫ qm̄ plenitudo tp̄is iā ade/
rat: Et oīs lingua illi / q ad iuſtificādos ſaluādoſqꝫ hoīes vene
rat: ꝯfiteri cogebat: iure optimo deo ceſſimꝰ: merito hāc religio
nē ſuſcepimꝰ: coeloqꝫ ſil' ac terra oībꝰ ſignis oībuſqꝫ ꝓdigiis
monētibꝰ ac plane iubētibꝰ: illū veneramur ⁊ colimꝰ: q dei vi/
ces in terris gerit: qui religionis ſanctę arbiter ac miniſter eſt:

qui |coelū tradita ſibi a dei filio poteſtate |cui vult claudit ſi/
mul ⁊ aperit. Eo foeliciores ꝙ̄ antiqui illi Romanorum tribu
tarii ⁊ populares: ꝙ illi pro ꝓfama|nos ꝑ vera virtute quam
in te conſumatiſſimam ⁊ tanto magiſtratui parem eſſe cogno/
uimus: illi ꝑ terrenis|nos pro celeſtibus pręmiis laboramus:
illi humanis rectoribus|nos dei vicariis obſecundamus: Illos
mortaliam pręconia|nos ſuperorum oracula pertraxerunt.
Quod autem illud Romanorum huius chriſtiani imperii pre/
ludium fuerit ac plane pręſagium: facillime probari poteſt: non
minus veterū traditionibus ⁊ teſtimonio quę ex ipſa rerum ſe
rie atq̄ ordine. Quemadmodū enim eccleſię ſponſum|hoc
eſt principem congregationis fidelium Ieſum chriſtum domi/
num ac deū noſtrum|ab omnibus| tum hebreorū vatib⁹: quos
prophetas nun cuparunt|tum etiam grecorum gentiliūq̄ ſcri/
ptoribus|pręnunctiatum fuiſſe conſtat: pręſertim Sibyllarum
carminibus: Apollinis Delphici oraculo|⁊ Mercurii trimegi/
ſti vaticinio: Ita ⁊ ſponſę|hoc eſt ſacerdotalis Monarchię re/
gnum|prefiguratū fuit| Iiſdem fere auctorib⁹ |⁊ ab omnib⁹ ꝙ̄
ab orbis primordio imperia dominiaue numerantur: velut Eu
ſebius Pamphilus in libris de p̄paratione euāgelica latius re/
fert: Que ſi minus certa ⁊ fidedigna putant: certe in viſione il
la Danielis|qua in ſtatua illa imaginaria per metallorū diuer
ſitatem imperiorum ſeries deſignatur|nullus relinquitur ſcru
pulus: quum ⁊ ipſe manifeſte q̄ vidit rettulerit: ⁊ nō vulgares
hēat ſuę viſionis explanatores. Quę haud dubie oſtendit ideo
preceſſiſſe alia imperia: vt hoc ſacerdotale regnum|hanc ſan/
ctam ditionem|hanc coeleſtem ⁊ plane diuinam in terris Mo/
narchiam prępararent. Quę deo vſq̄ adeo grata ⁊ chara fuit:
vt regnum coelorum perſępe euangelii oraculo velut Gregori⁹
interpretat̄ | ſit appellata. Romanum autem imperium ita hu
ic pręuium ac proximum indicem extitiſſe: Quemadmodū Io/
hannes baptiſta ſaluatoris noſtri pręco ⁊ pręcurſor fuit: meri/
toq̄ nec illo maiorem quempiam inter natos mulierum: Nec

Romano imperio quicq̄ ſublimi⁹ ſpecioſiuſue ī toto orbe vnq̄
antea apparuiſſe. In quo iure optimo|facto orbis cenſu ⁊ pro/
pagata per omnes oras pace ſalus hominum ⁊ patris ſapiētia
naſci voluit: vt illi imperio quod ſuo pręluxerat fauere videre/
tur: vt venienti Regi Regum et Domino dominantium totus
orbis pacatus ſubq̄ vnius ditionem redactus applauderet: Ac
demum vt coeleſtis regis triumpho terrena poteſtas quę omni
um fuit ampliſſima pompam pręferret. Poſſem equidem pater
ſanctiſſime hoc loco multa priſcorum monumenta| quę partim
ſummorum pontificum decretis|partim vniuerſe ciuitatis fide
lium conſenſu approbata ſunt: quędam trita ⁊ vulgata: quędā
etiam abſtruſa ⁊ recondita aut ſaltem pauciſſimis cognita in
medium hic afferre. Uerumenimuero qm̄ vereor ne ſanctita
tis tuę|huiuſq̄ ſacri ſenatus aures|melioril⁹ maioribuſq̄ chri
ſtianę rei.p. negociis debitas: diutiuſq̄ fas eſt teneam: ⁊ eadē
fere omnia in faſtorum meorum volumine: quod nuper elegia/
co verſu compoſui: cōmodius latiuſq̄ explicata ſunt: his omiſ/
ſis ad illud exoluendum venio quod tertio loco promiſeram:
Hiſpaniam videlicet eiuſq̄ principes|illud ſemper auxiſſe atq̄
ornaſſe imperium: quod vel ſponte vel neceſſitate ſequi inſtuiſ
ſent. Quod vt facilius preſtē: nec rerū ſeriē ſcindere vnq̄ co
gar altius mihi quędam de Hiſpanię ſitu ac fertilitate repetē/
da ſunt: Deinde attingenda gentilium chriſtianorumq̄ tem/
pora: In quorum calce|etiam aliquid ſubdendum erit de Emi/
nentiſſimorum Ferdinandi Regis ⁊ Heliſabet Regine laudi/
bus: Quę vſq̄ adeo magne ⁊ excelſe ſunt vt cum omni priſcoꝝ
gloria conferri poſſe videantur: ⁊ quorū obliuionē nulla vnq̄
allatura ſit ętas.
Eſt quidem Hiſpania prouincia|vt Geographi tradidere in
extremo occidente ſita: freto Gaditano ⁊ Ethesiis a meridia/
no ęſtu auſtriniſq̄ tempeſtatibus defenſa: a furore autem Bo/
reę eiuſq̄ vi pyreneis montibus|⁊ tota gallia pręmunita: tritici
vini olei omniumq̄ frugum|omniumq̄ metallorum: ac animā

tium quę hominibus ſunt vſui feraciſſima: noxia vero rariſſi-
me gignit. Abundat pręcipue velociſſimorum acerrimorumq̧
equorum foetura: Cenſeturq̧ foeliciſſima viroꝝ ſobole/ quę nõ
minus corporum dexteritate ac robore q̃ animorum induſtria
ac vi reliquas prouincias aut ſuperat aut certe equat. Trecen-
tos totos apud eam annos decertatum eſt Scipione Graccho
Albino: Catone: Metello: Pompeio: Cęſare aliiſq̧ ducibus: a
Numantinis vero ⁊ Cantabris ita acriter repugnatum: vt p-
priores victorie fuerint qui victi fuerunt. Recepta fuit tandem
per eoſdem duces/ ⁊ Cantabri poſtremo ab Auguſto debellati.
Poſtq̃ aũt Romanis faſcibus libere paruit tanto vſui tãtoq̧
ornamento illis fuit: vt nullum vnq̃ memorabile bellum ſine
Hiſpano milite geſſerint. Ita familiariter cum illa vixerũt: vt
in nullam prouinciam plures colonias tranſmiſerint: nullibi
plura ſuorum geſtorum monumenta reliquerint: Pompei tro-
phea in pyrenorum iugo ſita ſunt. Scipionum monumenta nõ
longe a Taracone ſpectantur. In Baſtetania tauri ſunt/ ex la-
pide duriſſimo maximi tergaq̧ his litteris ad huc notati.
BELLUM CAESARIS ET PATRIAE.
Turres Julii: Julii carceres: Julio briga: Pax Julia: Julia
myrtibilis/ omnia Julii cęſaris opera fuerunt. Cęſarauguſta/
Emerita Auguſta/ Flora Auguſta/ Aſturica Auguſta/ Augu-
ſti munere condite vel inſtauratę fuerunt/ atq̧ omnes eiuſdem
nomini dedicatę. Emporię: Valẽtia: Cremona: Placentia/ mul
teq̧ alię in Hiſpaniam ab Romanis Colonię deducte fuerũt.
Ipſa Emerita auguſta celeberrimũ veteranoꝝ domiciliũ. Sa
guntibus vnicum ſed lachrymabile fidei exemplũ/ ac Taracon
nobile peregrinoꝝ ipſiuſq̧ Auguſti hoſpicium vrbes ſunt in
Hiſpania Romanoꝝ titulis ac monumẽtis pleniſſime. Nunq̃
deinde in Hiſpania bellum aut tumultus fuit quin cenſeretur
perinde ac ſi eſſet in foro po puli Romani: ⁊ in arce imperii.
A qua quidem non dubitauit vrbs hęc rerum domina ⁊ magi-
ſtra doctrinę non ſolum bonarum artium doctores accipere: vt

Quintilianum/ Senecas/ Lucanum/ Luciumflorum/ Pompo-
nium melam/ Sylium Italicum/ Martialem/ Oroſium: Verũ
vtiliſſimos rectores rei publicę. Clariſſimoſq̧ imperatores/ vt
Neruam traianum/ Hadrianum ac Theodoſios. Quin etiam
Galbam ipſum q̃uis Romanum tamen ab Hiſpanis Romam
ad imperandum miſſum fuiſſe priuata pecunia cõſtat. Sed de
gentilium temporibus iam ſatis: Videamus nunc quid ꝑ Hi-
ſpaniam chriſtianę religioni acceſſerit. Fuit ea principio ſunda
ta ⁊ aucta/ martyrum vt dixi famoſiſſimis cędibus mirabiliq̧
conſtantia: ⁊ tam marium q̃ mulierum feruida profeſſione ve-
raq̧ ſapientia: Poſtq̃ autem Maumethe aliorumq̧ barbaroꝝ
hereſis ⁊ vis increbuit etiã ⁊ catholicoꝝ principũ potentia in-
ſtaurata/ In omnibus his ordinibus celeberrimos pię religio-
nis aſſertores produxit Hiſpania. Quum enim a non vltimo
apoſtolorum Jacobo zebedei filio chriſti fidem accepiſſet: ipſa
quoq̧ poſtea in numeros tulit: qui eam quã acceperant religio
nem cum vitę periculo tuerentur. Omnium clariſſimos genuit
Laurentium ⁊ Vincentium Valerii dyacones. Eodem fere tẽ
pore Engratiã ⁊ innumerabiles martyres Cęſaraugu ſtanos:
Duas pręterea Eulalias alteram Barchinonẽſem alterã Eme-
ritenſem. Toleti Eugenium Epiſcopum ⁊ martyrem/ Alfon-
ſum ⁊ Julianum Epiſcopos ⁊ confeſſores: ac Leocadiam virgi
nem/ In certis locis Siſebutum ⁊ Recaredum Reges Gottho
rum/ ac Hermigillum Leonigildi Regis filium: qui maluit ſe-
curi a patre percuti q̃ Arrianę hereſi conſentire: Ex his autem
qui eccleſiam dei ſuis meritis ⁊ doctrina fundarunt plurimũ
ex Regia ſtyrpe fratres Leandrum cui Gregorius ſuorum li-
bros moralium deſtinauit: Braulionem Epiſcopum Cęſarau-
guſtanum: Iſidorum qui inter multa opera ethimologias etiã
ſcripſit: ac Florentiam virginẽ/ quę religioſis mulieribus quas
olim veſtales: deindes Moniales nuncuparunt: centum coeno
bia erexit. Super hos tulit Hiſpalis Carpophorum Epiſcopũ
⁊ martyrem: Abundium ⁊ Germanum dyacones ⁊ martyres/

Juſtam ⁊ Ruffinam virgines· Habent Cordubę quinqꝫ ⁊ qua/
draginta ex vtroqꝫ ſexu ſanctorum cathalogo aſcriptos habent
duodecim legione. Habent Emeritę ſex: Sex Barchinonę: Abu
le ſeptem : Gerundę vnum foelicem martyrem ⁊ in eius agro
Damaſum pontificem Maximum ⁊ cōfeſſorem · Quos omnis
atqꝫ aliorum quinqꝫ ⁊ quadraginta in Euſebii kalendis nota/
ta·nomina breuitatis ſtudio volui pręterire·Uerum q̄zuis ad
occaſum mea feſtinet oratio neutiqꝫ omittēdi ſunt diuus Do/
minicus predicatorii ordinis fundator: ⁊ in eadem religione ꝓ
feſſor incitus Diuus Uincentius Ferrarius. Poſtq̄z au/
tem cum impuris Jſmabelitis Maumetheam hereſim aſtruen
tibus non pro gloria ⁊ imperio: ſed pro religione ⁊ vita certa/
mus: iamqꝫ aut noſtro crimine: aut diuino ⁊ archano alio quo/
dam fato/ non ex Aſia tantum ⁊ Aphrica: verum ex maiore Eu/
ropę parte depulſi ſumus: fuitqꝫ opus ad inſtaurationem reli/
gionis armis ⁊ potentia principum/ q̄zq̄z nō defuerint ex aliis
regnis ⁊ ſtyrpibus pię religionis aſſertores : tamen Hiſpania/
rum Reges noſtrorum Eminentiſſimorum principum pro au/
ctorẹs precipuam ſibi ex hac re gloriam vendicarunt : ꝙ eos e
multis florētiſſimiſqꝫ regnis depulſos: Jnnumeris ac fere exi/
tialibus damnis ⁊ cladibus affecerunt· Pelagius enim pri/
mus poſt comunem ſupremamqꝫ illam/ quę Juliani Comitis
ſcelere inducta eſt: totius Jberię calamitatem : primus tanq̄z
alter Camillus pro labente patria cohacto ex montanis aſtu/
rum non iuſto exercitu ſumpſit arma: tum maxima ⁊ atrociſſi/
ma in eos prelia gerens: ab eodem cum ipſe ſolus ex ſtyrpe re/
gia ſupereſſet: fuit Gallecię ⁊ Aſturum Rex ſalutatus· Ab hoc
poſtea profecti ſunt illi Alphonſi Remiri Ordonii Ferdinan/
diqꝫ: ac Jacobi Perſarum: Medorum: Athenienſium : Mace/
donum: Romanorumqꝫ Regibus nihilo inferiores · Siqui/
dem hi regna ⁊ imperia ſua non ſolum ſumma cum fide ⁊ equi
tate rexerunt: verumetiam maiorem immodū propagauerunt·

Nam a Galecia ⁊ Aſturibus ut dictum eſt incipientes Luſita/
niam/ Bethycam/ Turdetaniam/ Carpentaniam/ Baſteraniā/
Barduliam/ Cantabriam/ Celtiberiam/ Auſetaniam / Baſſeta/
niam ac Laletaniam/ ſic enim priſcis nominibus appellant̄: cū
aliis multis prouinciis: Siciliam/ Sardiniam/ Baleareſqꝫ cum
coeteris adiacētibus ⁊ his quę in Occeano Hiſpanico ſunt in/
ſulis e Maurorum manibus vindicarunt. Jidem quoqꝫ rei·p.
chriſtiane ⁊ huic Petri nauiculę/ dum ſecundis vteretur vētis:
maximo ſemper ornamento fuerunt: dum vero aduerſis procel/
larum turbinibus quateretur: ⁊ adminiculo ⁊ ſubſidio ſingu/
lari· Quoꝝ veſtigia imitati Ferdinandus Rex et Heliſabet
Regina noſtri incomparabiles principes/ ut omictam admira/
bilem iuſticiam diuinamqꝫ ſapientiam: quibus regna vtriuſqꝫ
Hiſpanię ſibi a maiorib⁹ tradita / tamen bellorum licentia cō/
quaſſata plurimum ⁊ plane corrupta ad meliorem frugem ſpe/
ciemqꝫ redegerunt: Atqꝫ vt preteream innumerabiles excellen/
tiſſimaſqꝫ vtriuſqꝫ virtutes: q̄bus coelo magis q̄ꝫ terris ſe di/
gnos preſtant: ętate noſtra ⁊ eo potiſſimum tempore: quo pro/
pter iuuentutis florem / regnorum liberoꝝ coeterarūqꝫ rerum
affluentiā ⁊ foelicitatem delicatiorē ſibi vitam deligere ꝓ luxu
ſęculi debuiſſent: dei amorem ⁊ cultum omnibus delitiis vni/
uerſiſqꝫ diuitiis pręferentes/ laborioſum ſane ac difficile / Sed
meriti ⁊ glorie plenuꝫ opus aggreſſi ſunt : chriſti ſaluatoris ſui
nomen ⁊ imperium domi foriſqꝫ propagare: ac primū nō nullo/
rum qui ad veteres Judeoꝝ ritus/ Exploſaſqꝫ iampridem cęri
monias relabebantur / de medio tollere: deinde nefandiſſimā
Maurorū gentē quę in extremo quidem/ ſed locoꝝ ſitu ⁊ operi
bus munitiſſimo ęurope angulo/ contra omnem preteritoꝝ re/
gum potentiam reſederat: excindere: exterminareqꝫ penit⁹ ve/
tus ⁊ grauiſſimum obprobriū chriſtiane religionis. Qua qui/
dem pro re nec theſauris parcunt quos vſqꝫ ad regia ornamē/
ta liberaliſſime ꝓfundunt: nec corporib⁹ indulgent quę maxi/
mis ⁊ manifeſtiſſimis periculis per ſępe obiiciunt: :a charitate

vir ⁊ coniunx inter ſe munera ⁊ vices partiuntur / vt pene non
minus decoris ſit in ordine ipſo q̄ꝫ in opere Ferdinan/
dus enim animo inuicto ac vere Herculeo exercitibus preeſt /
duces ducit ac regit: Militaria opera inter eos partitur: hoſtes
fundit: vrbes expugnat: monſtra domat: triūphoſq̄ꝫ reportat.
Helisabet vero omnium que vnq̄ꝫ fuerunt Reginaꝝ Excellen/
tiſſima in finibus reſidēs ꝓgreſſo in expeditionē viro / per pu/
ellarum aſſiduas ſtationes donec redeant ꝓ Regis exercituſqꝫ
incolumitate ⁊ victoria iugiter deū exorat: iura populis dicit:
ſtypendia cōparat: cōmeatus deduci curat: ſubſidia Regi pari
ter ⁊ ducibus tranſmittit: ſauciis lectos medelas ⁊ medicos: ſa
nis aūt arma cybaria et egregia dona. Quin etiam quo plu/
res ad militiā trahat: ardentiuſqꝫ ad bellū ſui oris maieſtate i/
cendat: ipſa quoqꝫ interdum in caſtra ſe cōfert: ⁊ ducis optimi
munus implet. Sed imprimis vterqꝫ ⁊ ex caſtris ⁊ ex vrbibus
Ganeas / Lenones / Aleatores / periuros / omneſq̄ꝫ blaſphema/
tores ⁊ contemptores dei exterminarunt. Iniquum cenſentes
ꝙ vbi de cauſa dei agitur / ibidem impuri exleges ⁊ impii di/
uerſentur: Nec minus optimis moribus q̄ꝫ ampliſſima ditio/
ne religionem dei fundari debere exiſtimantes. Quo fit vt de/
us illoꝝ caſtris aſtare: illis animos ⁊ vires ſuggerere: eiſdem
etiam hoſtium victoriam ⁊ votorum finem ſuppetere videat̄.
Siquidem nullum exercitū ex legum Rex inuadit: quem nō ſu
peret: nullū oppidū oppugnat: qđ non ſtatim expugnet: Nihil
deniqꝫ tam arduum aggreditur: quod non conſequat̄. Nā vt
pretercam ꝙ his proximis annis Alphamā vrbem Alloräqꝫ ⁊
Setenil cum multis aliis oppidis ⁊ arcibus coepit / ⁊ ꝙ eſtate
preterita cum Rhonda vrbe eiuſqꝫ agro ⁊ ſeptuaginta aliis op
pidis vltra quadraginta hominum milia chriſtiane ditioni re/
ſtituit: Hac eadem eſtate / que vix eſt exacta: Loxiam vrbem:
Moclinum Illorāmqꝫ ⁊ montem frigidum: cum aliis quibuſ/
dam munitiſſimis caſtellis / in hoſtium oculis in ipſis Grana/
te portis: ac preſente ipſa Regina expugnauit. Iam vero quāta

ſit vtriqꝫ diuine rei cura / q̄ꝫtus cultus / q̄ꝫta magnificentia / nō
ſolum templorum apparatus et auguſta ornamenta / verum eti
am ſacerdotum ordo dignitas ⁊ ſedulitas declarant: impri/
miſqꝫ teſtantur lautiſſime veſtes ⁊ precioſa vaſa ad templa /
que in hoſtili agro nuper erecta fuerunt pauloante tranſ/
miſſa.

Hi ergo Beatiss. pr̄ / tam iuſti / tā pii / tā ſancti ac plane diuini
principes tue corone nūc accedūt hi tibi hodie ꝑ hūc illuſtrem
dn̄m Enecū Mendozā Tendille Comitē Regiorumqꝫ exerci/
tuum ductorem / Per hunc Reuerendum patrem Iohannem
iuriſconſultum Methymnenſem Sanctitatis tue notarium: ac
per me / fidei mun⁹ / obſequii pignus / religionis arram / ac pie/
tatis tributum preſtant: Hi deniqꝫ te per nos vt verum chriſti
vicarium / haud dubium Petri ſucceſſorem / ⁊ certiſſimum toti⁹
ciuitatis fidelium pontificem venerantur ⁊ colunt. Quod ſi ſe
rius q̄ꝫ oportuit / non eorum voluntati ſed temporum potius
conditioni eſt imputandum: Immo vero ingentes gratie vide
rentur habende / ꝙ tali exercituum ductore tam diu carere po/
tuerunt / donec tibi debitum obſequium preſtaretur. Siquidem
q̄ꝫ vtilis bello ſit / cū ſepe alias / tū vero pauloañ dum preſidio
Alphaniam teneret: latiſſime patuit. Hos igitur reges excipe
Beatiſſime pater / excipe inq̄ꝫ ⁊ amplectere toto animo ⁊ ſolida
charitate: Hos tibi piarum expeditionum duces delige: Hos
effice participes ⁊ miniſtros magnoꝝ operū. Hos demum his
ad votum pactis: pontificiis decretis ac titulis honeſtato. Ita
enim ſpectat ad ſedē iſtā pōtificiā a qua nil niſi benignū pium
ac magnificū ꝓficiſci debet. Ita poſtulat cyborum ex quibus
ipſe origenem ducis / ꝑ nobile ⁊ plenum myſterio nomē: quibus
ideo hunc pontificatū diuinitus deſtinatum fuiſſe reor: vt tu
quondā paſtor optimus humanū gen⁹ ſalutarib⁹ aleres cybis:
ſeculūq̄ꝫ aureūqꝫ noſtris temporib⁹ reduceres. Ita demum exi
git magna diuinaqꝫ illa tua profeſſio qua coronationis tue

dic iuſticiã pacem abundãtiamq; tuis populis ꝓmiſiſti: Quę tria ſi preſtiteris: quid eſt aliud quod a deo immortali preter animoꝝ beatitudinẽ exoptemus: At in eo ꝙ in cõponenda hac comuni Italię immo vero totius chriſtiane relligionis pace / tantum ad eos auctoritatis detuliſti / nõ paruum animi pignꝰ accepimus: Age id ergo Beatiss. pr̃ · nam non erũt regno inde / cores · videberiſq; cum deo ⁊ hominibuſ ad ſtudium / qđ in eos procliue eſt / conſentire: fungeriſ officio egregii incõparabiliſq; paſtoris / cuius eſt ꝓpriũ amare ouilis ſui ꝓpugnatores / ipſiuſq; amplificatores augere / Ex quo quantam gloriam cõſequeris! Nã te humanis rebus preſidente ſublatũ ex Europa fuerit ſempiternum obprobriuꝫ nominis chriſtiani: Qua re quid p̃clarius: quid optatiꝰ: quid te dignius: quid deniq; deo ⁊ hominibus gratius poſſis efficere! Eueniat utinã ſicut olim Innocent. Pontifice ⁊ Ferdinando Rege Hiſpalis recepta eſt · Ita nunc feliciſſimis auſpiciis tuis qui eiuſdem es nominis et alio Ferdinando debellante · Granata vrbs maxima quę olim Ilipula magna dicta eſt: ad chriſti cultum et obſequium redeat. Moxq; in Aſiam ad recuperãdã Saluatoris noſtri patriã · Qđ foelix fauſtũq; ſit Sãctitati tuę coꝝ maieſtati · ⁊ toti rei · p chriſtianę ſigna ⁊ militiam conferamus ·

Habita Romę · xiii · kl' · Octobris · Anno ſalutis Sexto et Octogeſimo ſupra . C C C C · et · M ·

Dixi:

Ad hęc Summus Pontifex laudans ⁊ extollens mirum immodum geſta et vitã Sereniſſimorum Regis ⁊ Reginę Hiſpanię egit illis immortales gratias ſuo Reuerendiſſimorum Cardinalium / populi Romani: ac totius Italię nomine: ꝙ tempore Xyxti prędeceſſoris ſui ⁊ nunc ſe Põtifice pacem Italię / immo verius toti chriſtiane rei publice reddiderint · obtulitq; ſe paratiſſimum ad omnia quę in eorum decus cedant.

Tres mihi dant nomen terrę: tres laudibus orno
  Oenotriam / heſperiam / trinacriamq; plagas.
Illa tulit · fouet hęc retinendo · tertia paſcit ·
  Sic / genius / ſic ars / ſic mihi fluxit honos.
Styrpe Garaldina ducens Anthonius ortum:
  Principibus lucem temporibuſq; dedi ·
Nam luſtraui orbem regum legatus: ⁊ horum
  Deſcripſi variis geſta decuſq; modis ·
Hęc mihi terdenos intra fors contigit annos:
  Mox ſacer ad ſacras res mea vota tuli ·
Namq; elego faſtos / lyricis ſed cantibus odas:
  Heroico cecini miſtyca ſacra pede ·

**Franciſci patritii Epiſcopi Caietani Oratoris Sereniſſimi Regis Ferdinandi ad Innocentium Octauum Pontificē Maximum Oratio.**

Non ſum neſcius ſanctiſſime ac beatiſſime pater: Quale onus mihi incumbat: qualemue prouinciam ſuſtineam. Et plane video ingenii mei vires impares eſſe: atqꝫ omni ex parte deficere: Quis enim tanta mētis acie preſtaret: tāmqꝫ diſciplinarum omniū vbertate polleret: qui ſe ſibiipī ſatis eſſe polliceretur: ad dicendum coram numine maieſtatis tue. Et preſertim in tam celebri clariſſimorum viroꝝ cōſenſu: tantaqꝫ hoim expectatione: uel in theatro potius totius orbis terrarum: Accedit etiā ad hoc ꝙ vices in preſentia gerim⁹ Sereniſſimi atqꝫ diui Regis Ferdinandi: Cuius ſapientiam: cōſilium: Magnanimitatem potentiam omnis Italia admiratur. Et extere quoqꝫ gentes: Barbareqꝫ nationes ſummopere verentur. Eius modo iuſſu atqꝫ imperio huc acceſſimus: ut procumbentes ante ſanctiſſimos pedes tuos: Te ut dei optimi maximi vicarium: chriſtiane religionis Antiſtitem: Summum atqꝫ vnicum Romane eccleſie paſtorem veneraremur: Coleremus atqꝫ omni pietate adoraremus. Et eundem Regem inuictiſſimum: Sereniſſimam coniugem Liberos: proceres: Regnum: Urbes Oppida: Fortunaſqꝫ omnes: celſitudini tue commendaremus. vouerem⁹ dicaremuſqꝫ: preterea tibi ſummopere gratularemur: pro hoc diuino munere tuo. profuſum eius gaudium efferentes mirificamqꝫ eius ſpem indicantes: quam iure optimo in hoc ſacratiſſimo pōtificatu tuo collocauerit: Hec tam multa ⁊ tam preclara omnia: Quis explicare poterit niſi adiutus fuerit a numine illo tuo preſtantiſſimo: Cuius vices geris. Cuiuſqꝫ prouidentia Summus pōtifex deſtinatus Conſtitutuſqꝫ es: vt ſcilicet is eſſes qui deterrimis ſeditionibus diuturniſqꝫ Italie bellis finem aliquando preſcriberes: Et vniuerſe chriſtiane rei publice optime conſuleres: At qui tu ipſe pro ingentiſſima clementia tua mitiſſimus placidiſſimuſqꝫ mihi eris veniamqꝫ dabis: Si quid inepte aut minus decore inter agendum effundere: Gratiſſi-

mum tamen optatiſſimumqꝫ mihi extitiſſet: ut hic reuerendiſ
ſimus dominus meus Archiepiſcopus Capuanus: uel alius
quiſpiam horum Illuſtriſſimorum dominorum munꝰ hoc di
cendi ſuſcepiſſet: qui prudentia doctrina atqꝫ eloquentia lõge
melius ſatiſfeciſſet: Et ſereniſſimi regis mentem clarius: luci
diusqꝫ expreſſiſſet. Sed malo equidem parendo haberi videri
qꝫ prudentior Si minus eorum dictis auſcultauero ſubiiciens
tamen me ſemper eorum emendationi paterneqꝫ increpationi
Uerum ne nimis multa profitear reliquis omnibus omiſſis
dicam Quam de te pater Sanctiſſime felicia letaqꝫ omnia ſpe
rare poſſit Ferdinandus Rex ꝛ omnes chriſtiane religionis
principes ac populi. Deinde ſubiiciam quam leto animo hila
riqꝫ vultu obſequium utrumqꝫ obedientiam Celſitudini tue
preſtare polliceatur. Deinceps vero ſermonem meũ perſtrin
gam ꝛ ad metas procurrere properabo ne nimia verborum p
lixitate mentem tuam maximis in rebus occupatam Senio
a c tedio afficiam Si quis optime pontifex recte conſiderare ue
lit ꝛ diligenter omnia animo ꝛ cogitatione metiri: intelliget p
fecto mortalium omnium ſpem irritam vanam atqꝫ imbecil
lam eſſe niſi a deo rerum omnium conditore artifice architec
to motore proficiſcatur. Proinde cernimus innocentes viros
ꝛ optimo diuino numini conciliatos ſemper bene ſperare. Et
iccirco e manifeſtis periculis ſepe euadere Et ad optatum exi
tum res nonnumquam profligatas atqꝫ afflictas perducere. hec
quidem ſpes illa habetur: quam Simonides Liricus poeta
hominum Reginam eſſe dixit. Et grecorum nonnulli doctiſſi
mi viri affectum omnium dulciſſimum eſſe putauerunt. Cui
us quidem ſententie adſtipulator Bias Prienenſis vnus e
ſeptem grecie ſapientibus fuiſſe dicitur. Quandoquidem cõ
munis ſpes inter probos homines mutuam quandam beni
uolentiam conciliat. Arbitrantur ſiquidem tunc deum rebus
eorum conſulere Et preſenti auxilio optime conſpicare. Nõ
erit igitur admirandum veteres Achademicos ſpem ipſam
tot tantiſqꝫ laudibus extuliſſe: Et eandem etiam inter mora
les virtutes connumeraſſe: Ipſi enim diuino preſidio multo

rum bonorum ſepe numero potentiſſima cauſa eſſe cernitur.
Huiuſmodi verba eo conſilio dixi ut omnes intelligant: in nu
mine mageſtatis tue Spem peringentem collocandam eſſe:
Age ut a preſagiis quibuſdam ordiar: Quis non intelligat
feliciſſimum ſidus per te nobis illuxiſſe. Ex quo Chriſtiani
omnes pacem Quietem atqꝫ otium ſperare poſſint: Arde
bat omnis italia terra mariqꝫ ſeuiſſimis: ac diuturnis bellis
Nulle pacis conditiones afferebantur: Que non quam pri
mum irrite infecteqꝫ redderentur. Armis omnia ſtrepebant.
Ciuitates: atqꝫ opida inteſtina ſeditione laborabant. Itine
ra ac vie omnes obſidebantur. Preſto aderant Latrones.
Sycarii Graſſatores. Et miſeros quoſqꝫ viatores ſpoliabant
diripiebant cedebant: vulnerabant: iugulabant: trucidabantqꝫ
Neminemqꝫ reducere incolumem ue ad proprias lares do
meſticoſqꝫ penates redire ſinebant. Quin etiam Pirrate peſ
ſimum hominum genus vniuerſum mare infeſtabant: Mio
paronibus: Lembis Triremibus: atqꝫ omni Nauigiorum
genere. Littora inuadebant. Predas agebant: Pecora abi
gebant. Captiuos abducebant. Et Barbarorum more Com
pedibus cathenisqꝫ vinctos remigio adigebant. Quo qui
dem ſeruitio nihil miſerabilius dici aut etiam excogitari po
teſt. Mercaturam vero optimum mortalium commertium
omni ex parte prohibebant. Commeatus quoqꝫ remqꝫ om
nem frumentariam adeo arcebant: vt admiranda penuria in
tollerabiliſqꝫ fames vniuerſam pene Europam vſqꝫ adeo per
vaſerit: ut Complures inopes ꝛ pueri ꝛ muliercule ex inedia
perierint. Addebatur etiam his erumnis facinus deterrimum
atqꝫ omnino inexpiabile Intra pomeriũ enĩ agrumqꝫ effatum
ſacratiſſime vrbis rome: que rerum omnium domina dicta eſt
ꝛ vniuerſi terrarum orbis imperium tenere meruit: Inteſtina
bella ciuileſqꝫ pugne agebantur. Tanta ſeuitia tantaqꝫ imma
nitate ut omnia humano ſanguine redundarent. Nec tutus ul
la ex parte acceſſus erat: ad ſacratiſſimas dei aras diuorumqꝫ
numinum tẽpla latebant ſacerdotes atqꝫ antiſtites: Et ſacra
tiſſimi proceres punico galero inſignes. Septi armis ſatelliti

buſqꝫ ſtipati: vix impias ſacrilegaſqꝫ manus euadere poterant.
Complura alia conſulto pretereo aut quibus animus indig-
natus prorſus abhorret. Et ingenuas auditorum aures: omni
ex parte formidantur. Dicere ſiduntqꝫ profecto arbitror omnia
hec diuina prouidentia: Que te nobis Antiſtitem maximū
deſtinauit deſediſſe quieuiſſe: pacataqꝫ a deo eſſe. vt aurea ſe-
cula ſi poetis auſcultare volumus. Sperare poſſumus. Et iu
ſtitiam illam: que propter hominum cedem terras reliquerat
Et ad ſuperos migrauerat ad nos aliquando rediturā. Quā
primum quidem celeſte illud tuum Sidus emicuit: pacis cō
ditiones: vltro citroqꝫ date accepteqꝫ ſunt. Italicus omnis fu
ror cecidit. inteſtine ſeditiones quieuerunt. Libera ſunt viato
ribus itinera. Latrones capti fugatiqꝫ penas dederunt. Pir-
rate ſubductis nauigiis mare liberum nautis inſtitoribuſqꝫ re
liquerint. Annona ipſa ⁊ eſculenta poculentaqꝫ omnia ſic abū
danter affluunt: vt non deuecta vndiqꝫ ſed virgula quadam di
uina ut dicitur e celo prolapſa eſſe videantur. Romāe quoqꝫ
diſcordie ſedate ſunt. Principes maieſtatis tue nutum obſer
uant ⁊ populus nullum obſequii munus detrectat veniſſe octa
uii ceſaris tempora omnes vulgo exclamant. In quibus om-
nia pacis quietiſqꝫ bona affatim confluebant his preſagiis di-
uiniſqꝫ monitis precurrentibus Quid aliud dicere poſſumus
niſi proſpera letaqꝫ omnia ſperanda eſſe te duce te auctore ⁊ vi
ces ſaluatoris noſtri chriſti inter mortalem gerente: Augetur
preterea hoc celeſte teſtimonium opinione virtutum tuarum
Que quidem preconio omnium: qui tecum aliqua conſuetu
dine verſati ſunt diuine potius quam humane haberi poſſunt
Nam prudentia fortitudine. iuſtitia. grauitate. ſeueritate mag
nanimitate. pietate. te reliquis omnibus principibus preferunt
clementia autem te ſimilē Iulio Ceſari eſſe predicant. q adeo
clemēs ⁊ hūanarū ſpiciēs extitit. vt quaſi pro nūine quodā cole
retur. Quod quidem ut oſtenderet Romana plebs eidem cō
mune templum cum dea clementie edificauerit. Sunt etiam
qui opinentur hanc virtutem preter ceteras omnes Ceſari ſuf
fragatum eſſe ut rerum imperio potiretur. Vereor tamen ma

gnitudinem tuam coram vlterius laudare. pater clementiſſime
ne adulator aſſentatorue potius eſſe videar: quā laudator: ac
teſtis veriſſimarum virtutum tuarum. Proinde alteram par
tem breuiter attingam ne multus in dicendo eſſe videar. In
qua quidem propoſitum fuerat Ferdinandum Regem incli-
tum obſequium. vtramqꝫ obedientiam. Celſitudini tue polli-
ceri. Neqꝫ hoc vlla ex parte ambigendum eſſe duco. Nouit
ſiquidem a teneris annis ex paterna diſciplina nihil eſſe quod
magis regem cōmendet: ⁊ eum magis deo gratum cōciliatūqꝫ
faciat quam ſi chriſtiane religioni Eiuſqꝫ Summo Pontifi
ci omni ſtudio omniqꝫ diligentia obſequatur. Hec enim vera
pietas eſt ⁊ iuſtitie pars potiſſima: quam quidem ex ſexti em-
perici philoſophi grauiſſimi opinione dicimus. Scientiā eſ
ſe colendi dei. uel ut hermes Trimegiſtus theologus acutiſſi
mus ait. Notio ſummi dei habenda eſt Que quidem ex om
nibus animalibus ſoli homini contingit. Proinde qui deum
ignorat aut deſpicit: is homen dignitatemqꝫ hominis amittit.
⁊ cum beluis omnino cenſendus eſt. homo enim ad dei contem
plationem creatus eſt. quod ⁊ forma corporis indicat Et imor
talis mens noſtra declarat. Que diuinorum eſt capax. Sem-
per meditatur nunquam quieſcit. Firmauerunt hanc Regis
Ferdinandi opinionem Illuſtriſſimorum maiorum ſuorum
exempla. Qui ſemper chriſtiane religioni dicatiſſimi extiterūt
Et ſummis pontificibus obſequentes. Teſtis mihi ſit omnis
italia vt vetera que innumerabilia eſſent omittam. Rex alfon
ſus Ferdinandi regis pater omnium regum temporibus ſuis
preſtantiſſimꝰ extitit. Et Alexandro Macidoni Pirrho mo
loſſo ⁊ quibuſcunqꝫ aliis vetuſtiſſimis Regibus virtute ⁊ re-
rum geſtarum gloria adequandus. Is cum cerneret Eugeni-
um Pontificem maximum Roma egreſſum Et per alienas
vrbes quaſi errabundum vagari. Et alia ex parte campaniā
vmbriam flaminiam. Piceniqꝫ agri vrbes omnes partim ab
eccleſia aperte defeciſſe: partim hoſtili ferro expugnatas eſſe:
Primum quidem grauiter indoluit. Deinde cū cerneret ro
manam eccleſiam omnibus principibus ducibuſ populiſqꝫ ne

glectui eſſe: Celeri exercitu contracto ⁊ non parua claſſe egit
ut Romanus populus timore parcitus Eugenium ꝑ legatoſ
Summis precib⁹: magnis etiam pollicitationibus r̃uocaret
Et ſic eundem ope conſilio auxilioqꝫ ſuo apoſtolice ſedi re-
ſtituit. Cum magna omnium italoruꝫ letitia: formidabāt nāqꝫ
ne Eugenius tantis iniuriis laceſſitus relicta italia in tranſal
pinam Galliam tranſmitteret actumqꝫ omnino de re romana
eſſet. His rebus peractis Alfonſus Rex neutiq̄ꝫ per ocium g
eſcendum eſſe duxit. Sed celeri curſu maximo cum exercitu
in agrum picenum contendit ut improuiſo hoſti congrederet̃
Uerum ille ut primum Regis aduentum per exploratores
cognouit relicto piceno agro ad proprias ſedes remeauit. Et
hoc pacto vrbes omnes ⁊ oppida que in poteſtate hoſtium e-
rant: cum preſidio auxilioqꝫ deſtituta eſſent: ⁊ omni ſpe fruſtra
rentur: partim bello compulſa: partim autē venia a rege im
petrata ad romanam eccleſiam rediere. quo quidē beneficio
affecta priſtinas vires ſuas: que iam ceciderant recuperauit.
⁊ in dies magis magiſqꝫ aucta eſt. Ferdinand⁹ vero Rex pa
terna terens veſtigia: Romane eccleſie ſemꝑ paruit: parteſqꝫ
eius tutatus eſt. Et ſummis pontificibus vltro adſtitit. Naꝫ
Pauli pontificicis maximi exercitui Contumaces iniurias
vlciſcenti mille circiter delectos equites ⁊ pedites compluri-
mos in vmbriam miſit. qua quidem manu adiutus hoſtem ꝓ
fligauit celeriqꝫ victoria potitus eſt. Quis tamen tacitus pre
terire poteſt. que Sixto predeceſſori tuo preſtiterit q̄ꝫ forti a-
nimo ſummaqꝫ potentia non dubitauerit eccleſie partes ſuſci
pere: Eiuſqꝫ dignitati conſulere. Quibus in rebus maxime e
micuit virtus ac magnanimitas Clariſſimi atqꝫ Illuſtriſſimi
Calabrie ducis eius primogeniti: qui conſilio. fortitudine ſciē
tia rei militaris ⁊ rebus geſtis non modo duces ⁊ imperatores
omnes noſtri temporis preuertit. Uerum cum omni anti-
quitate certare poteſt. Et Hannibali Marcello: Sertorio
⁊ quibuſcunq̄ꝫ pugnaciſſimis ducibus omni ex parte conferen
dus eſt. Sed ne dum cruda vulnera que non dum cicatricem
obduxerunt retractare videar paucis rem perſtringam: vereqꝫ

affirmabo nullum Romani pontificis exercitum vſpiam vi
ſum eſſe in quo non ſotia Ferdinandi regis arma ſtatim ap-
paruerint ⁊ cōmuni ſemper marte pugnatum ſit. Ades ut ini
mici omnes romane eccleſie infenſi ſemper eidem longe ante
extiterint Decreuei intqꝫ prius cum eo decernere quam im-
pia arma in pontificem mouerent. Demum ad exitum perdu
cenda eſt oratio noſtra breuiterqꝫ perorandum dicendumqꝫ
Ferdinaudum Regem inclitum hunc Illuſtriſſimum filiuꝫ
ſuum ut clarius lucidiuſqꝫ animi ſui affectum erga ſanctitateꝫ
tuam exprimeret ⁊ nos eius comites oratores deſtinaſſe ut ob
ſequium ac veram obedientiam ſanctitati tue polliceremur. ⁊
vere ſincereqꝫ fidei officia ſponderemus nuſq̄ꝫ defutura. Qd̄
quidem in preſentia eius nomine efficimus. Teqꝫ ut chriſti
vicarium petri ſucceſſorem pontificem ſummum Sacerdotē
maximum̄ Romane eccleſie Antiſtitem vniuerſe religionis
xp̄iane preſulē Recognoſcimus. Fatemur veneramur. ⁊ oī
cultu ac pietate proſequimur. Prouidentes deniqꝫ nihil grati⁹
nihilqꝫ iocundiuſ Ferdinando regi futurū q̄ꝫ ſi ſenſerit Ma-
ieſtatis tue nūen Eius vota atqꝫ oblationes leto aīo atqꝫ hi-
lari vultu ſuſcipere Et eius opibus Regno copiis claſſe ex-
ercitu Liberis fortunis rebuſqꝫ oībus ita uti ac ſi proprie ac
peculiares ſacroſancte Rōane eccleſie eſſent.

¶ Valaſci Ferdinandi vtriuſqꝫ iuris conſulti Illuſtriſſimi Regis Portugallie oratoris ad Innocentium octauum pontificem maximū de obedientia oratio.

Et ſi non ſim neſcius. Pater beatiſſime Pontifex maxime ouiuꝫ chriſti ihesu paſtor beati Petri digniſſime ſucceſſor ⁊ dei noſtri generalis vicarie. quanta doctrina ⁊ quantis laudibus preſtare debeat. is qui coram cōſpectu veſtre beatitudinis ⁊ preſtantiſſimorum horꝫ patrum verba facturus aut orationem habiturꝰ ſit. Et ſi me quoqꝫ non lateat ꝙ grandem prouintiam ⁊ ꝙ impar humeris meis munꝰ celebrandū ſuſceperim. qui ⁊ dicendi conſuetudine eloquētie copia ingenij acumine et omni prorſus doctrina deſtitutus ſum. Cum preterea loci digniſſimi ac ornatiſſimi amplitudinem ⁊ maieſtatem intueor qui non niſi a peritiſſimis et grauiſſimis viris occupari ſolet Cum deniqꝫ tremēdum ⁊ glorioſum veſtre beatitudinis: ⁊ ſacri huius ſenatus conſpectum: et rei de qua agendum eſt magnitudinem ⁊ ſplendorem hinc conſidero. Inde ſereniſſimi ac illuſtriſſimi principis Johannis ſecundi. Regis portugallie ⁊ algarbiorum citra et vltra mare in affrica ⁊ domini guinee: veſtre beatitudinis obſequentiſſimi filij: qui nos ad eandeꝫ ſanctitatem legatoſ miſit in hanc ſanctam ⁊ apoſtolicam ſedem deuotiōem fidem ⁊ obſeruantiam. Inſolens profecto ⁊ velut amens ⁊ temerariꝰ horreo totus. fractus ⁊ eneruatus tota mente ac artubuſ contremiſco totus ⁊ vox faucibus heret ⁊ dicere cum hye

(1) Fernández de Lucena, Vasco

remia cogoꝛ. A. a. a. domine deus ecce neſcio lo
qui quia puer ego ſum. Quippe ad declarandaꝫ
xp̄iane religionis ſignifero qui cum vices dei in
terris gerat: non dedignatur ſeſe ſeruum ſeruoꝝ
dei adpellare: tanti regis deuotionem et obedien
tiam: ⁊ ad tante legationis munus abſoluendum
ex illitteratoꝝ luſitanoꝛum coꝛona: erat quiſpiam
alius acomodatioꝛ me: quem nulla eruditiōis or
namenta illuſtrant nec huius doctrine ſtudia de
coꝛant: a quibus quantum abſum: tantum ab hoc
dicendi munere me abeſſe fateoꝛ parere tamen et
iuſſa capeſſere illuſtriſſimi regis: qui onus iniun
xit fas fuit: Cui non obſequi ⁊ non obedire ſcel⁹
⁊ nefas fuiſſꝫ. Ferat igitur quo animo veſtra bea
titudo pꝛo ſua ſapiētia equitate ⁊ ſolita in omnes
clementia: audire ieiunam hanc exilem ⁊ obſcurā
oꝛationē nullis ſalibus cōditam: nulla ſententiaꝝ
grauitate magnificam nulla verboꝛuꝫ vi ac pon
dere loculentam ⁊ expolitam.

¶ De obedientia igitur Beatiſſime pater: ad quā
veſtre beatitudini pꝛeſtandam de vltimis vlterio
ris hiſpanie finibus: longo terreſti itinere fracti
deuotione tamē ⁊ animis integri: ab illuſtriſſimo
Johanne Secundo Poꝛtugallenſium optimo re
ge miſſi ſumus: anteq̄ꝫ dicam: veſtram ſanctitateꝫ
ſupplex veneranter oꝛo: pauca pꝛius de pꝛeclaris
luſitanie domus meritis: ⁊ de virtute ac religiōe
dicti Regis ſumatim audiat: quo eius in catholi
cam fidem amoꝛ: ⁊ in hanc ſanctam ⁊ apoſtolicaꝫ
eccleſiā obſeruantia magis magiſq; in aperto ſit.

¶ Cum olim Beatiſſime pater pꝛoditione Julia
ni comitis vrbi ſepte ī affrica: que ſupꝛa traiectū
eminet pꝛepoſiti: ⁊ Roderici vtriuſq; tunc hiberie

Regis Gothoꝛū vltimi: culpa ac inhertia hoſtes
xp̄iane religiōis acerbiſſimi: omnem ferme hiſpa
niam armis occupaſſent: ⁊ annis plurimis fedo
⁊ tetro ſeruitutis iugo ſumiſiſſent. Alfonſius pꝛi
mus Poꝛtugallenſium pꝛinceps: non ſine diuino
numine: in ea natus eſt etate. Is tunc minoꝛi toti
us luſitanie pꝛouintie ſolum pꝛeerat: que inter du
rium ⁊ minium ſceleri et in felici gleba ea tempe
ſtate pꝛotendebatur. Poꝛtugalliam a colle: Agaie
poꝛtu in faucibus durij ſite vocauere. Que poſt
modum toti etiam regno nomē indidit. Sed vir
diuini aī ⁊ cōſilij plurimas a mauris occupatas
vrbes agreſſus varijſq; ⁊ incredibilib⁹ victoꝛijs po
tit⁹ partim vi ꝑtim aſtu expugnat in quib⁹ inter
duriū ⁊ tagū leria ſanetrena et nobiliſſima oīum
oliſippo ciuiū romanoꝝ quondam municipiū: cū
in numeris pene alijs munitiſſimis arcib⁹ ⁊ oppi
dis quibus non contentus traiecto tago regionē
totam intra illum ⁊ annam flumen poꝛrectam: nō
minus vbertate ſoli: q̄ꝫ viris ⁊ armis felicem: cuꝫ
eboꝛa regia magnifica ⁊ veteris latij gloꝛioſa vr
be: ⁊ armis perdomuit: ⁊ victoꝛijs illuſtrauit. ple
raſq; non ſine xp̄i iheſu clariſſimo auxilio: ⁊ noto
omnibus miraculo conſecutus eſt. Cizimbꝛiam ac
palmelam duo vel ſitu: vel operibus inexpugna
bilia oppida: ab infidelium manibus eripuit ⁊ in
ſuam poteſtateꝫ redegit. Et cum paucis admodū
equitibus mauroꝝ īfinita millia fudit: fugauitq;
Et rurſum apud euriquias campos apud eum lo
cum quem capita regum vlgus nunc appellat ex
igua et parua manu: cum quinque potentiſſimis
regibus victoꝛ certauit ī qua pugna egregie plus

q̃ꝫ fortem pugnando: decebat quinque illius sini
ſtre aptata ſcuta Barbarorum tela in ea in torta
perfregere. Ex qua ſingulari ⁊ inclita victoria lu
ſitanorum reguꝫ ſigna: ⁊ arma ſcutis quinqꝫ: qui
norum denariorum numero ſparſis diſtinxit cum
ad eam tempeſtatē vnum tantum: ⁊ id totum nu
mis paſſim reſparſum fuiſſe: ſatis cōſtet. Quinqꝫ
igitur ſcuta in ſanctiſſime crucis figuram locata:
et quini denarij ſimiliter admodum crucis aſper
ſi: quid aliud nobis indicāt: niſi triginta argente
os pretium ſanguinis xp̄i ihesu: quibus ab ymā
niſſimo Juda iudeis traditus fuit. Is anteq̃ꝫ ſig
num militibus daret: flexis ad terram genibus o
rans: ſaluatorem in cruce pendentem conſpexit:
fuit regij animi ea fiducia: ea cordi inſculta fides
vt tam ſtupēdo miraculo non territus: hec adde
re verba auſus ſit. Nō oportere ſeſe xp̄m ih̄m ho
mini firmiſſime credenti oſtendere: hereticis ⁊ ab
eius fide aborrantibus: Et auerſis illius modi o
ſtento opus eſſe. Quibus rebus ⁊ pluribus alijs
quas breuitatis cauſa pretereo: hac luce apertius
veſtra beatitudo intelliget: qua animi conſtantia
quo virtutis ardore quibus artibus: quibus gra
dibus: ⁊ ſucceſſibus ad culmen regium aſcenderit
⁊ anguſta regni ꝑmordia: vir tam religioſus tam
fortis: et tam pius: a teterrimo ſeruitutis iugo li
berauerit Regnum: et auxerit: et quam merito re
gium nomē auxiliāte populo ⁊ adiutrice hac ſan
cta Romana eccleſia clariſſimo nutu: ⁊ eterne ma
ieſtatis optimo auſpicio: ſibi iure optimo accepe
rit. et poſteris in futurum relinquerit hoc ceteris
principibus felicior quoniam multi populorum fa

uore: nonnulli armatorum ſatellitum metu pau
ci vero quos equus amauit iupiter: qui vera vir
tutis via ad regios titulos aſpirauerit. Quo mi
hi minus admirabile videri ſolet: ſi tali tanto et
tam forti auctore partū regnū eius glorioſa pro
genies eiſdē artib⁹ auxerit. Nam eius ſucceſſores
ea lusitanie parte: que a ſtotetrione montium iu
gis: a meridie occeano: ab oriente amne fluuij ho
ſtio: ab occidente ſacro promontorio continetur:
quam Algarbij Regnum punica etiam nunc lin
gua vulgus appellat mauros multis ac munitiſſi
mis vrbibus expugnatis breui pepulerunt q̄ ita
vniuerſa Luſitania recuperata hoſtes xp̄iano no
mini infeſtiſſimos victos fugatoſqꝫ in affricam:
vnde vtranqꝫ hyſpaniam dominaturi traiecerāt
pauci admodum Luſitanorum reges reiecerunt
Qđ vtinam pari ſtudio ⁊ contentione a reliquis
hiſpaniarum principibus factum fuiſſet. vt min⁹
etate noſtra negotij ⁊ laboris apelendo ab hyſpa
nia hoſte ſupereſſet. Sed parum inclitis Luſita
nie regib⁹ pro animi ac virtutis magnitudine vi
ſum eſt ſua recuperare niſi etiam aliena ſcrutarē
tur. tam ⁊ ſi alienum nihil vnq̃ꝫ arbitrati ſunt qđ
vel ad defenſionem vel ad propagationem xp̄ia
ne religionis pertineit. Alfonſus quartus inua
dentibus iterum affricanis regibus hiſpaniam q̇
bus rex Belamerim: cum infinita pena procerū
⁊ militum multitudine preerat artiſſimo traiectu
gaditani freti copias ualidiſſimas ab vrbe ſepta
ad gibaltaris portum tranſuehentibus ⁊ iam tari
fam hiſpanie oppidum obſidētibus: ab Alfonſo
I em caſtelle rege ſexto eius genero in auxilium

extremi diſcriminis accitus:cum firmiſſimo exer
citu propere celerique in beticam contendit vbi cō
muni conſilio communi periculo tantam rerum
molem agreſſi apud ſalatum fluuium:qui in fre
tum ipſum prope oppidum influit vnico prelio
quadraginta ⁊ quinquaginta maurorum millia
occiderunt ac ita periture denuo hiſpanie ſuccur
rentes peſtem illam nefariam a chriſtiani populi
ceruicibus propulſarunt. Non commemoro bel
la plurima cum finitimis geſta nec victorias cla
riſſimas pro patrie ⁊ regni libertate tutanda par
tas: Nō enim laudare luſitanie reges ſed ſumma
tim eorum merita ⁊ officia in xp̄ianam fidem ⁊ in
hanc ſacro ſanctā ſedem recenſere inſtitui. Quip
pe ⁊ virtute ⁊ gloria rerum geſtarum inter ſe om
nes pares ſunt. Ob eamque iam ad illud inclitum
et orbi vniuerſo notiſſimum Johannis primi
proaui Johannis fideliſſimi veſtre beatitudinis
filij facinus egregium tranſeo:qui a propulſādo
ad inferendum affrice bellum:tanquam ſcypio alter
animum tranſtulit. Quippe enauigato tam ma
xima claſſe occeano per gaditani freti hoſtia ingreſ
ſus:vrbem illam ſeptam ſitu portuque edificijs mu
nimentis.haud minus quam magnitudine ⁊ opulen
tia claram obſedit:⁊ vi cepit. qua in chriſtianorum
poteſtatem redacta virus omne punice ſeuitie ve
lut atrico venenoſiſſimi ſerpentis capite ita omnino
perdomuit ⁊ extinxit vt qui antea de hiberie fini
bus occupandis continue agitabant: de ſuis iam
tutandis ſolliciti redderentur.Euenitque vt cedes
fuga incendium ⁊ vaſtitas ceteraque bellorum pe
ſtes in affricam:Imperatorum noſtrorum ſoller
tia trāſlate ſenſum illis immaniſſimis feris a pro

ſequendo hiſpanienſe bellum auerterent. Sed
non defuere tante rerum opportunitati reliqui lu
ſitanorum Reges eius ſucceſſores.quinymo edu
ardus Johannis commemorati filius ⁊ Johānis
noſtri auus paterne glorie emulus: tam ⁊ ſi quin
quenium regnando non expleuerit: non putauit
ſeſe intra Luſitani regni limites honeſte contine
re poſſe:niſi pro chriſtiana religione amplianda
facinus dignum aliquod ederet. Eoque animo nō
ſeptam modo viriliter tutari contra barbarorum
impetus conatus eſt. verum etiam Tingim anti
quiſſima ⁊ munitiſſima vrbem legata Henrico ⁊
Ferdinando fratribus exercitu obſediōe eſt ado
ratus que incredibili pene maurorum multitudine
ſubſidio occurrente ⁊ Ferdinādo regio fratre ex
ducibus altero viro proculdubio ſanctiſſimo ſeſe
pro voluntario obſide:ymo ſacrificio ⁊ victima
offerente:ſoluta tandem infeliciter fuit.Et eo ita
in Barbarorum poteſtatem dato hijs conditio
nibus vt non alio quam tradende vrbis ſepte pretio
redimeretur mauri rurſus emētita fide obſeſſa iam
nrorum caſtra die noctuque agreſſi non prius oppu
gnare deſiſtūt quam Henricus dux alter regius.Itē
frater vir belli ⁊ pacis artibus inſignis trāſlatis
ſenſim munimentis ⁊ caſtris ad littus a quo toto
per quā magne vrbis ſpatio aberat caſtramentatus
eſt. Atque inde ſe cum exercitu in naues recepit.ut
V. B. intelligat preter laborem impenſam ⁊ cōti
nua militum ac ducum pericula calamitates ipſas
in hoc tam glorioſo pro fide catholica bello in re
gia domo ⁊ in ſanguine ipſo non defuiſſe.

¶ Dicerem multa. B. pr̄ de alfonſo clariſſimo re
ge. v. Eduardi filio ⁊ pr̄e huius ſāctiſſimi tronus

deuotiſſimi filij Johannis:qui ſuperioribus die
bus nature conceſſit.niſi videretur veſtre Beati
tudini ⁊ ſacro huic venerando cetui:ꝙ deſcendi
mus eluſitania laudaturi luſitanos Reges ⁊ reg
na ⁊ non preſtaturi eidem deuotam obedientiam
In ſumma tamen rerum ab eo geſtarum ex vbe
rantia faciam quod chriſpus ſaiuſtius de cartagi
ne faciendum cenſuit ſi hoc vnum non tacuero.
ter diuerſis temporibus cum maxima ⁊ inſtructiſ
ſima claſſe in affricaꝫ traiecit.ter exercitum para
tiſſimum in importuoſo ⁊ hoſtili littore expoſuit
tres inexpugnabiles pene vrbes vi ⁊ armis cepit
quod neſcio an alicui vnq̃ꝫ Romanorum ducum
aut priſcorum regum contigerit! Mihi certe diu
tius mecum volutanti nemo ne ex veteribus qui
dem occurrit. His aũt victorijs cum tutum athe
lanticum fretum ⁊ partem interioris mauritanie
ſubegiſſet Cum terras ⁊ maria dictioni ſue parerẽ
coegiſſet cum continentem aſſiduis excurſionibꝰ
⁊ mariaꝫ ac portus claſſibus infeſtaſſet ita penitꝰ
maurorum vires ⁊ potentiam atriuit vt granate
Regnuꝫ in betice viſceribus a chriſti inimicis oc
cupatum quod occulto dei miſterio ad grauius
aliquod iudicium reſeruatum eſſe mortalibus vi
debatur ⁊ mihi ſemper videbitur. iam nunc cam
pi ⁊ eius oppida vi ⁊ armis occupari omnino a
chriſtianis poſſe appareat. Non deſunt Beatiſſi
me pater q̃ꝫ plura alia eius in chriſti ihesu fidem
⁊ Romanam eccleſiaꝫ merita:que ſi ſigillatim re
cẽſere velim longius q̃ꝫ par eſſet progrederer ſed
duo tantum q̃ꝫ breuiſſime perſtringam Primum
ꝙ eo regnante Henrici patrui eius de quo ſupra

meminimus induſtria cepta nauigari Ethiopia
eſt. Alterum vero ſit ꝙ eodem tempore in occea
no athlantico decem inſule vix ipſis orbis deſcri
ptoribus cognite a noſtris inuente ſunt ⁊ in oẽs
Luſitanie colonie deducte. In quibus iam mira
incolarum frequentia habitatis chriſtiana fides
haud minore ceremonia q̃ꝫ inter nos colitur. Ita
vt mihi vere Alfonſus Rex glorioſus ad chriſti
anam religionem ſacratiſſimã colendam non con
tentus maioꝝ ſuorum finibus videatur:niſi etiaꝫ
nouas ꝓuintias noua regna nouas inſulas ⁊ qua
ſi nouos ⁊ incognitos orbes chriſti nomini ⁊ Ro
mane eccleſie ⁊ vobis tandem pater beatiſſime et
ſucceſſoribus veſtris in poſterum addiceret.
¶ Curſim res maximas ⁊ incredibilia merita ſu
periorum regum pertranſeo ⁊ infinita pene taci
tus obmitto. vt ad ipſius Johannis ſecundi qui
nunc diuino cõſilio in Luſitania regnat preclara
in xp̃ianam Rem publicam:⁊ in apoſtolicã ſedẽ
officia deſcendam. qui vix pubere etate in Affri
cam cum Alfonſo patre trahitiens: in arzille ma
gni ⁊ egregij oppidi obſidione: non militaribus
tantum ſed imperatorijs etiam muneribus funct
us chriſto ihesu ⁊ eius ſanctiſſime fidei ſeſe deuo
uit. vbi militaria ornamenta que merito a patre
aſſumpſit per eum decorata ſunt. Et cum ydrun
tum Turchi acerrimi chriſtiane religiõis hoſtes
ſuperioribus annis occupaſſent ⁊ eius calamitas
ruinam vrbi. ymmo toti ytalie indicaret. Sur
rexit enim aliquis Beatiſſime pater ex chriſtiãis
principibus quos nondum metus inuaſiſſet Ro
gante ſepius ⁊ efflagitãti Sixto quarto qui eccle

ſie dei ea tempeſtate preerat anteceſſor veſtro di
niſſimo: niſi vnicus Luſitanie Rex Alfonſus qui
opem ferre eccleſia dei ſemper conſueuit: ⁊ ſigno
crucis iam dudum parante ſe ad bellum contra
Turchos Calixto tertio añceſſore veſtro ſe arma
uit· qui ſe ducem Chriſtiane claſſis Sixto offere
bat ſi facinus dignus aliqđ pro amplianda chri
ſtiane religiōis libertate: aut pro vindicāda chri
ſto noſtro illata iniuria agridi vellet: Teſtis eſt
Reuerendiſſimus Cardinalis Portugalleñ. qui
adeſt ⁊ ego cuius manu littere id continentes exa
rati fuere quod officiorūꝫ genus inter merita Jo
hannis Regis clariſſimi commemorādum in pri
mis cenſeo: cum nemo ſit qui ignoret: dictis tem
poribus Johannem vnicum filium non ſucceſſo
rem modo verum etiam participem gubernandi
regni ⁊ rerum omnium fuiſſe. Nō recenſebo qua
impenſa qua diligentia ⁊ q̄ꝫ dificili tempore bel
lum illud mauritanicum ſemper geſſerit ⁊ modo
adminiſtret ſed ad illud preclariſſimum eius in
chriſti fidem ⁊ in omnes: qui hoc nomen profiten
tur initium me cōuertam ꝙ ethiopiam illam pa
tris temporibus inuētam ea ſolertia inueſtigaue
rit vt regno Portugallie eius quadriennio men
ſibus tribus ⁊ diebus terdecim plura in ea re be
neficia chriſtiano populo contulerit quam anniſ
duobus ⁊ quadraginta proximis quibus nauiga
ri illud mare cepit collata ſint. Jnter medios enī
ethiopes vltra equinoccialeꝫ plagam in proximo
auritodinis littore caſtellum munitiſſimum ante
muralibus et propugnaculis vallo ⁊ foſſa ſeptuꝫ

maximo labore et impenſa calce et quadrato la
pide ⁊ Luſitania nauibus importato conſtruxit.
quo tam ſanctum tam certum tam magnum cuꝫ
illis gentibus commertiuꝫ inſtituit vt ſaluatoris
nomen nunq̄ꝫ ne fama quidem in ea auditum ita
nunc hominum noſtrorum frequentia in populo
rum illoꝝ auribus increbuerit: ut fera iam ⁊ bar
bara gens luxui ⁊ ignauie dedita caritatiſ expers
⁊ pecudum more viuentes niteſcere religione in
cipiant. Ditatur preterea chriſtian⁹ populus
non ſolum inaudita auri ⁊ precioſarum mertium
inde alatarum multitudine: verum etiam omnia
numidarum penarum mauruſiorūꝫ ceterarumq̄ꝫ
gentium nomini chriſtiano infenſarum commer
tia cum ethiopibus habita ceſſauere. vnde mag
num pondus magnaq̄ꝫ uis auri ex commutatiōe
mertium terreſti itinere importata affricam oēm
aduerſus chriſtianos armare et munire ſolebat.
Accedit tandem hijs omnibus haud dubia ſpes
arabici ſinus perſcrutandi vbi aſiam incolentiuꝫ
regna ⁊ natiōes viꝫ apud nos obſcuriſſima fama
cognite ſanctiſſimam ſaluatoris fidem religioſiſſi
me colunt a quibus iam: ſi modo vera probatiſſi
mi geografi tradunt: paucorū dierum itinere Lu
ſitanorum nauigatio abeſt. Quippe cum em er ſo
iam multo maximo africe ambitu prope praſſuꝫ
promōtoriū vñ arabicus incipit ſinus iugio ꝛi an
no noſtri appulerūt fluminia littora portuſq̄ꝫ oēs
per ſcrutati que ab vliſippōe ſupra quinquies et
q̄drageies centeum paſſuū millia certiſſima maris

tertarum ac ſyderum obſeruatione numerantur
qua Regione explorata videre iam video: quot
quantiqꝫ ⁊ fortunarum ⁊ cultus ⁊ glorie cumuli:
tum populo omni chriſtiano tum maxime vobis
pater beatiſſime ⁊ ſucceſſoribus veſtris ac huic ſe
di Petri ſacratiſſime accedent Ea vero omnia re
gis vnius induſtria tam breui tempore excogita
ta ⁊ adminiſtrata: quis non iure miretur. preſer
tim cum maiora procul dubio ſint qꝫ vt a multis
⁊ maximis principibus diuturnis temporibus et
varijs etatibus aut ſoleant aut poſſe fieri videan
tur.

¶ Pretereo conſulto multas admirandas incliti
animi ⁊ corporis dotes: proceritatem formam in
ſignem: animi magnitudinem: liberalitatem: inte
gerrimam vitam: moderationem: fidem: conſtan
tiam: In re militari virtutem: in adminiſtrando
regno iuſticiam: ⁊ in omni genere prudentiam: in
deum religionem: in regnum ⁊ in ſubditos pieta
tem: Pretereo virtutis ⁊ induſtrie laudes: Prete
reo glorie ⁊ victoriarum monimenta. Pretereo
quo aſtu: quo conſilio: qua prudentia: qua animi
fortitudine propalatas diuino nutu duorum Du
cum factiones diſſimulat ⁊ factioſos caſtigat.
Que autem Beatiſſime pater attigi nō aliam ob
rem dicta a. v. b. accipi velim: quā vt ſciat ꝙ ⁊ ſi
omnes chriſtiane Reges aut principes cari Bea
titudini veſtre: et huic ſacro ſenatui merito ſint
nemo erit profecto qui vel ſuapte virtute vel ma
iorꝫ ſuorꝫ meritis carior eſſe vno Johanne inclito
Luſitanorum Rege iure optimo debeat. Quip
pe cum ea ſit vel eius vel progeniorꝫ ſuorꝫ rerū

geſtarū gloria: pro chriſti iheſu fide: atqꝫ eam in
hanc ſanctā ⁊ apl'icam ſedē obſeruantia: ut equa
ri: et id quidem vix poſſit: vinci certe nō poſſit.
¶ Jam multis moror Beatiſſime Paſtor plura
forte dixi quam loco ⁊ tempori expediant: ſtomo
cabit' iam. V. S. alienas audire laudes precipue
cum de veſtris preclaris decantandis magnus ſit
cumulus ⁊ ſplendor ⁊ latiſſimus dicendorū cam
pus: ⁊ copia. Sed cum apud. V. B. orationē ha
beo quam admirari potius quam laudari preſta
bit. Quippe indignus ſum qui veſtras ampliſſi
mas laudes propalare ſciam: ⁊ breui oratiōe com
plecti cum chriſpo Saluſtio cenſui ſanctius om
nino ſilere qꝫ de veſtra beatitudine pauca loqui.
Quare regis mādata iam agrediar: Nullus vnqꝫ
gratior nuntius contingere potuiſ inclito Johan
ni luſitanorū regi: qꝫ cum dea nuptia ad eum fa
ma tulit: hanc ſalutarem ⁊ pene diuinam creatio
nem veſtrā: ⁊. V. B. erectā eſſe ad ſanctiſſimum
hoc ſacerdotium ⁊ conſtitutam iuxta apoſtolum
ſuper omnem principatum ⁊ poteſtatem: ⁊ omne
quod nominatur ſiue in hoc ſeculo ſiue in futu
ro: incredibilē preſe fert leticiā: ob hoc diuinū do
num ⁊ ampliſſimū xp̄i fidelibus collatum munus
fauſtum eidem ⁊ felicem illuxiſſe illum diem cer
te ſcio: quo intellexit. V. S. de grauiſſimo ⁊ inte
gerrimo Cardinali effectum eſſe totius xp̄iani po
puli vniuerſalem pōtificem. Non ceſſat continue
iuges ſempiternas et immortales deo immortali
agere gratias: ꝙ de tali paſtore: de tam religioſo
pontifice: de tam ſolerti vicario: de tam digno pi
ſcatoris ſucceſſore: ſue ſancte ⁊ vniuerſali eccleſie
huic ſacro cardinaliū cetui ⁊ fidelium xp̄ianorū
proſperitati et ſaluti cōſulerit. Gratulat' eccleſie

ꝙ paſtorem tam grauem: tam prudentem tam no
bilem: tam doctum tam preſtantem omni genere
virtutis ſortita eſt Gaudet ſibi ꝙ diuina bonitas
preſtantiſſimorum Cardinalium animos: ſpiritus
ſancti flagrantiſſimo ardore inflãmauerit vt crea
rent põtificem: qui primum eccleſia mox xp̃iano
populo: demum hyſpanie ⁊ precipue rei publice
luſitane ſit ſalutaris. Suſcepere iam Beatiſſime
pater veſtre maxime virtutes in hoc. V. B. decre
to omnium dignitatum apice condigna premia.
credidit. V. B. ſummi paſtoris officiũ quod ſuũ
erat ſacer hic ſenatus: cui gratias agere ⁊ referre
in tpe iubet Rex illuſtriſſim᷑. qui Innocentium
octauum vere innocentem ſummo ſacerdotio de
coraſtis. ⁊ lumen ⁊ ſolem mundo dediſtis Et qui
iuxta valentianum Imperatorem talem in ponti
ficali ſede cõſtituere procuraſtis. cui omnes ſince
re capita ſumittant libenter eius monita audiant:
⁊ a quo delinquentes medicamenta ſuſcipiant et
ad cor reuerſi indulgentiam conſequantur. quo
gaudet eccleſia: xp̃ianus popul᷑ exultat. Religio
plaudet numeri ⁊ innumeri letantur. Ad vos igi
tur clauigerum regni celorum vniuerſalis eccleſie
venerandum Antiſtitem de vltimis hiſpaniarum
finibus ⁊ ſub longinquo vt ita dicam ſole natiule
tabundi miſſi legati venimus. leticie et gratulati
onis omiſſi deuotionis obſeruãtie ⁊ caritatis ple
ni expoſituri Iohannis excellentiſſimi luſitanorum
regis humilem ⁊ deuotam obedientiam ⁊ manda
ta fidelia adoraturi ſuo nomine Veſtram Sancti
tatem pedes eius ſanctiſſimos deoſculaturi Glo

rioſam veſtram Beatitudinem veneraturi. Me
minit celſitudo Regia innumera ⁊ immortalia
beneficia ab hac ſancta ſede et a predeceſſoribus
veſtris in eum ⁊ ſuos anteceſſores non auara ma
nu colata. et ſummos fauores quibus hec Alma
mater eccleſia omnes Luſitanos Reges. ⁊ res ab
eis commendatas hactenus proſecuta eſt. Fatet᷑
Sereniſſimus ac Illuſtriſſimus princeps Iohan
nes ſecundus Rex Portugallie ⁊ Algarbiorum.
citra ⁊ vltra mare in affrica et dominus Guinee
veſtram beatitudinem velut ſydus quoddam il
luſtre ⁊ micãs e celo humano generi miſſum eſſe
quo remige ymo duce vaga per vniuerſum orbẽ
nauicula Petri tuta non fueret. Fatetur vos ve
rum pontificem Fatetur hanc ſanctam ſedem et
hanc ſacerdotalem ⁊ regiam vrbem in qua gens
ſancta ⁊ populus electus verum totius orbis ca
put velut Is qui idẽ in lacte ſuxit et qui a maio
ribus ſuis hoc glorioſo ornamento Inſignitus
eſt. qui inter multas ſciſmatum factiones quot ſu
periora tempora fuere nunquam a Romano ⁊ ve
ro põtifice deſciuerunt Qđ neſcio an aliĳ impera
torie ⁊ regie domui vnquam contigerit. Fatetur
vos verum ſucceſſorem eius de quo yſaias recor
datus eſt dominus dierum ſeculi qui ſuſcitauit
de terra paſtorem ouium. Fatetur grauiſſimus
Rex Romane eccleſie obſeruantiſſimi et Chriſtia
ni cultus ampliator corã quo Regẽ Ethiopũ pro
cidũt ⁊ cui ſingulos ãnos munera offerũt. V. B.
vere vices eius in terris gerere de quo Dauid in

pſalmo.lxxi. ⁊ dominabitur a mari vſqꝫ ad ma
re ⁊ a flumine vſqꝫ ad terminos orbis terrarum
coram illo procedent Ethiopes ⁊ inimici eius ter
ram lingent Reges tharſis ⁊ inſule munera offe
rent Reges arabum ⁊ ſaba dona adducent ⁊ ado
rabunt eũ omnes reges ⁊ omnes gentes ſeruient
ei. Pollicetur ſe omnia que ad obſequiuꝫ: que ad
honorem: que ad dignitateꝫ. V. B. ⁊ ſacri huius
ſenatus pertinebunt: etiam cum capitis diſcrimi
ne: ſanguinis effuſiõe ⁊ fortunarum omnium ero
gatione: facturum: pro cuius ſalute ⁊ amplitudi
ne eius opa gratia ⁊ fides nullo loco ⁊ nullo tem
pore deerit: quicquid imperio valet opibꝰ preſtat
fortũa polet. V. B. liberaliſſime offert. Obſecrat
obteſtatur pientiſſimus Rex per xp̄i iheſu effoſſũ
latus quo eccleſia hanc conſecrauit ⁊ per eius no
men ac vices quas in terris. V. B. gerit: vt cum
res exegerit re[illegible] ciuitatibus. opidis. arcibus.
claſſibus inſultis. ⁊ poſtremo omnium quod ca
rius eſt ſeipſo ac ſuis vtatur: omnia periculo ⁊ ex
perictia teſte: ante pedes. V. B. ponit quam om
nipotens ⁊ miſericors dominus felicem ⁊ incolu
mem multos annos tueatur. Cetera Beatiſſime
pater aliud tempus expoſtulãt que remotis arbi
tris cum. V. B. iuſſerit explicabimus.

¶ Laus deo. Dixi.

¶ Oratio Hermolai Barbari zac. f. Legati Veneti. ad Federi-
cum Imperatorem: Et Maximilianum Regem Romanorum.
Principes inuictiſſimos.

Oſtquꝫ litterę tuę Sacer Imperator Iocundiſſimum
Reip. Noſtrę Nunciũ attulere: Maximilianum celſi-
tudinis tuę filium Principem celeberrimum ⁊ fortiſſi
mum admirabili populoꝝ ⁊ optimatum conſenſu lectum ⁊ ſalu
tatum eſſe Regem Romanoꝝ. Senatus ⁊ vniuerſa ciuitas no-
ſtra non contenta id per Epiſtolã feciſſe congratulatũ vtriqꝫ
nos miſit: Et in mandatis adiecit vt magnitudinẽ gaudii ſui
quod ꝑ tanta re merito concepiſſet non. duobus modo vobis
Principes inuictiſſimi: Sed Gallię: ſed Germanię: ſed omnibꝰ
gentibus: omnibus nationibus Teſtatiſſimam ⁊ conſpicuam
faceremus: cum quia nihil tam amplum: tam glorioſum ſacra-
tiſſimę Maieſtati veſtrę poteſt contingere quod ſibi quoqꝫ pro
ſua in vos obſeruantia: fide: beniuolentia commune nõ putet.
Tum vero maxime quia cum chriſtianum nomen ⁊ Romanum
Imperium hoc altiſſimo prouidentię veſtrę conſilio diuinitus
amplificatum ſit: hoc tanto ⁊ tam cõmuni bono ſic afficiť vni-
uerſa noſtra reſp. vt ſolicita ſit admodum ne leticiam incredibi
lem ſuã oratione conſequi valeamus. Quanqꝫ enim Ceſar glo
rioſiſſime vt a te primum incipiam nihil eſt fere quod vel a na
tura: vel a virtute: vel a fortuna ſit expectandum: quin cumula-
tiſſime cõſecutus eſſe videaris: Et iampridem eas res geſſeris
artibus pacis ⁊ belli: quę nomen tuum ęternitati commendare
poſſint: hinc tamen opinione noſtra fructum omnis anteactę
vitę tuę maximũ cepiſti. ꝙ filium generoſiſſimum: qui nobiliſſi
mas gentes: ferociſſimos populos: bellicoſiſſimas nationes nõ
minus armis ꝙꝫ ſapientia viciſſet: Regem Romanum te viuo
renunciari permiſeris. multa ſunt maioꝝ tuoꝝ Ceſar egregia:
tum bello: tum pace monumẽta: quoꝝ perſecutio neqꝫ loci: neqꝫ
temporis huius eſt. ſed omnia ea: vt ꝑ ſe magna ſunt: ⁊ immor-

talí memoria digna ita cum hoc v̄no tuo facto comparata mul/
to reperiuntur eſſe minora q̄ꝫ pꝛę ſe ferunt. Ac geſſerunt quidē
illi rem romanā tam pꝛeclare: vt nihil addi potuerit. Sed quā/
diu vixerunt ⁊ vtiqꝫ ſibi. Tu autem filio tuo ad gubernacula
tantarum rerum pꝛomoto: poſteritati quoqꝫ conſulis ⁊ pluribꝰ
in futurum ſeculis pꝛouides: ratione inuenta: quemadmodum
curam publicę ſalutis retinere videaris: etiam poſt moꝛtem: ra
tus id: quod eſt: imperatoꝛis eſſe boni: pꝛoſpicere: ne poſſit eſſe
malus imperatoꝛ. Pꝛincipem eſſe malum: quem vitia ſucceſſo/
ris commendent: ⁊ bonum videri faciant: Nam quotus quiſqꝫ
pꝛinceps non bonus ſit: ad alterum collatus? Congratulat̃ er/
go tecum ſibi ⁊ ſecum tibi pꝛinceps eminētiſſime non reſp. mo/
do noſtra: Sed chꝛiſtianus oꝛbis vniuerſus. q̄ pꝛincipem eum:
quem certatim omnes efflagitabant ⁊ tibi facere, ⁊ ſibi habere
contigerit. Rara ⁊ viſenda foelicitas tua Cęſar beatiſſime: fili
um genuiſſe: quem Gallię: quem Germanię: quē Barbari: quē
Romani: quem populus chꝛiſtianus imperatoꝛem optare te vi/
uo: te reluctante non erubeſcunt. Dixi te reluctantem: nam hęc
tua diue Federice ꝓpꝛia laus eſt: nō minus tibi: q̄ꝫ ceteris mo/
derari. Verebaris audio modeſtiſſimus ⁊ grauiſſimus Impe/
ratoꝛ: ne ſi pꝛecibus populoꝛum: ⁊ pꝛincipum omnium pꝛotinus
annuiſſes: aut charitati patris in filium aut ambitioni datum
eſſe iudicaretur. parum tibi videbatur pꝛęſtare Cęſarem in ali/
os: niſi aduerſus teipſum quoqꝫ pꝛęſtitiſſes immo qui clemen/
tiſſimus: humaniſſimus ⁊ facillimꝰ es in cęteros: id quod ego
non famę credo: ſed expertus loquoꝛ: in te parum ęquus ⁊ duri
uſculus eſſe voluiſti. Nihil erat apud te fuga voluptatum ⁊ cō/
tinentia: quas virtutes vno te nullus ante te magis commen/
dauit: niſi ⁊ paternum affectum: quo nihil eſſe conſtat in homi
ne potētius: nihil tam legitimum: caſtigaſſes ⁊ compꝛeſſiſſes.
Nec enim vitium erat in Cęſare: liberos ſuos: qui ⁊ ipſi ſunt cę
ſares pꝛotinus qui naſcuntur: reges eſſe cupere. quandoquidē
non magis honeſtum eſt Regem vocari q̄ꝫ Cęſaris eſſe filium.



Iam patris in filios indulgentia popularis ⁊ plauſibilis quoqꝫ
ſolet eſſe: nedum: vt vel inuidioſa ſit: vel pꝛobꝛoſa. Nam in Cę/
ſare commendabilis ſemper fuit: in te vero etiam expetit̃: qua/
ſi debita. Nec iam indulgentię nomen habet: ſed iuris ⁊ ęquita
tis. Quis enim eſt filio tuo vel bello vel pace clarioꝛ? quem res
aduerſę magis exercuere? Quis ꝓſperis ⁊ ſecundis minus in/
tumuit? quis in vtraqꝫ foꝛtuna conſtantioꝛ? in laboꝛe pertinax.
in remiſſione diligens ac pꝛecinctus. Mitto bellicas virtutes
quę vt in eo pꝛęſtabiles ⁊ eximię: ita nec tempoꝛum ſunt omniū
nec locoꝛum. Attingantur pacis artes: quę ſemper ⁊ vbiqꝫ ſunt
vſui: ſapientia: temperantia: placabilitas: innocentia: religio:
frugalitas: hę in iuuene vno tam pꝛęclarę. tam eminentes eſſe
perhibentur: vt ne in ſene quidem Imperatoꝛe maioꝛa deſidera
ri poſſe videantur futurę pꝛoꝛſus incredibiles niſi eum ex Au/
ſtria gente celebratiſſima ⁊ filium tuum eſſe meminiſſemus.
Quę cum ita ſint immoꝛtales tibi gratię pꝛouinciatim: oppida
timqꝫ habentur: ⁊ ſemper habebuntur Imperatoꝛ conſultiſſi/
me: q̄ ꝓ communi bono verecundiam: ⁊ modeſtiam tuam expu
gnari paſſus es. Ergo bis teipſum viciſti Cęſar inuictiſſime.
Pꝛimo cum oblatum filio tuo regnum minime diſſimulanter
auerſatus ⁊ depꝛecatus es: naturalemqꝫ patris in filios pietatē
virtute pluſq̄ꝫ heroica immo diuina quadam mentis ⁊ animi
magnitudine ſuperaſti. Secundo cum hanc ipſam virtutē qua
modo te viciſſes: vtilitatis publicę contemplatio peruicit: ⁊ im
petrauit a Cęſare quod impetrari non potuiſſet a patre. Sed
iam dudum mihi Cęſar innuit: Maximiliane auguſte pꝛinceps
generoſiſſime: vt a ſe digreſſus oꝛationem ad te conuertam. ob
temperabo lubens atqꝫ lętus: tum quia laudes tuas pater ęqui/
oꝛe animo q̄ꝫ ſuas audit. Tum quia per hunc modum Imperio
ſenatus ⁊ deſiderio reip. meliꝰ ⁊ vberiꝰ ſatiſfecero. Ergo ma
ieſtatis tuę nomē apud nos tā celebꝛe ſemp fuit: vt ad diligēdū
amādūqꝫ te ꝓpēſos: etiā ad colēdū: ⁊ obſeruādū īpulerit. ē hic
mos reip. nrę puctꝰ: atqꝫ ſcīis: ꝑuitioſos ⁊ ī ꝓbos tyrānes exitia

Auſtria gens. ſine oſtricia.

liter odiſſe: principibus bonis ⁊ fortibus nō ſolū fauere ſed etiā obſequi: dignitatem eoꝝ ⁊ amplitudinē omnibus modis iuuare: tueri: defendere: ętate porro noſtra nemo de regū: ⁊ principū numero fuerit: quem collidi tecū: ⁊ cōparari poſſe iudicemus. omnino talis ⁊ tātus es apud nos in quo vel plura: vel maiora ꝙ pię te feras: optare cōminiſci: deſiderare pudor ſit: vt nemo mirari debeat: ſi lęticiā immortalē: gaudium incredibile: voluptatem incōparabilem: quā te Romano Rege declarato concepimus: Dicendo repręſentare nullo modo poſſumus. Enitent ac pręlucent in vno te: ſed iuuene: mirū dictu: virtutes omnes imperatorię: iuſticia: liberalitas: animi magnitudo: clementia: placabilitas: abſtinentia voluptatum omniū: ⁊ vt complectar vno verbo multa: ꝙ immaturum ętate cernimus: tam maturū imperii te cognoſcimus. Peruidit hanc indolis altitudinē Carolus Rex belgarum: experientiſſimus belli dux ⁊ accertimi vir ingenii: qua vſqꝫ adeo exarſit: vt nihil prius habere videretur: ꝙ vt vnicam ſibi filiam virginem magnę ſpei: foeminam lectiſſimam. heredem multarum gentium: nationumqꝫ futurā ⁊ omnino quam multi reges appeterent: obſeruarent ambirent: tibi vni ferre puero. nec vxorio. nec querenti deſponſare poſſet. vnde vigeſimo autē ętatis anno. cum princeps ille cui mox aſciſcēdus gener eras ab leucis ⁊ heluetiis intercept⁹ eſſet: soceri tui regnum a Gallis occupatum: ingreſſus: parua manu: fuſis: ⁊ trucidatis ingentibus hoſtiū copiis: ſeruitute liberaſti: vxorē defuncti ducis. ⁊ filiam: fortunatiſſimas modo foeminas. tum miſerimas ⁊ exangues. nec plus męrore: ꝙ metu confectas: omni diuina ⁊ humana ſpe deſtitutas erexiſti: ſubleuaſti: redemiſti. vitam earum ⁊ dignitatem ⁊ pudicitiam cōſeruaſti. hoc mater: hoc prouinciae tanto ⁊ tam immortali beneficio deuictę virginem ope tua recreatam: virtute tua defenſam: tuis armis inimicorum ereptam iniurię: deſponſatam a patre prius animo. tunc certatim opere tibi collocant. videlicet vt eundem generū atqꝫ virum haberent: quem habebant ⁊ aſſertorem ⁊ vindicem.

Virtutes Imperatorię.

Carolus Dux belgarum.

Heluetii. Leuci.

Maria Caroli filia Mariliano dſpōſata.

hacten⁹ rudimēta virtutis ⁊ fortitudinis tuę diximus. Quid illa que mox egiſti: ꝙ famigerata! ꝙ mira! ꝙ viſenda! nato tibi filio ciuiles ortę ſeditiones ſunt Morinis auctoribus: quoꝝ opera factum eſt: vt chariſſimum tibi pignus: neſcio quo pretextu: cuſtodiendum ⁊ aſſeruandum eriperetur. fuit hoc eorū nō perfidia: nō defectio princeps glorioſiſſime: ſed fati vis hoc agētis. vt per inteſtina quoque bella clarior ⁊ celebrior fieres. nec enim plus eos amat fortuna. quos indulgenter habet. ⁊ quibus parcit: ſed quos iactat: quos exercet: alioquin: clari: nec bello: nec pace duces intelliguntur quibus omnia proſpere cedunt: ſed quibus contingit per labores: per erumnas: per incōmoda ſplendeſcere: nam: vt ſecundę res foelicem: magnum certe faciunt aduerſę. Alexandrum illum macedonem! ſunt qui min⁹ egregium bello ducem fuiſſe pręđicent: ꝙ ei nullius pugnę non ſecunda fortuna fuerit: ꝙ ꝙ in ipſo rerum incremento nūdum vertentem fortunam expertus vita deceſſerit. In te vero: quem certum ſyderum decreta ſceptro patris: ⁊ ſolio deſtinauerant.

Morinorum: Coniuratio.

Alexander macedo.

Quid mirum. ſi aliqui operaꝫ dederint: vt triſtiora tibi tempora inciderent: ne aut virtus quiete langueſceret: aut parum dignus imperio fuiſſe independenteris: qui omnino futurus eſſes imperator! itaqꝫ continuos nouem annis in caſtris agens difficillima quinqꝫ bella profligaſti gallicum ſiue francicum: eburonicum: ſicambricum: batauicum: morinicum. quod quideꝫ poſtremum haud facile iudicari poteſt: vtra tibi re glorioſius fuerit: eo ne: ꝙ filium tamdiu tibi ademptum auulſumqꝫ recepiſti: an eo: ꝙ nobiliſſimas gentes ſcientiſſimos bellice rei populos: vrbes opulentiſſimas ad deditionē ⁊ poenitentiā compuliſti: id quod nec Carolus ſocer: nec proſocer Philippus excellētiſſimi duces: Hic bello: ille ſapientia conſequi potuiſſe memorantur. Non cogito panegiricum Rex clariſſime: Non laboro verborū ambitu: nihil amplificor: nihil alleuo: ſed decurro per capita: ⁊ nudas rerum a te geſtarum ſummas attingo. Mirantur tamē hęc omnes mirantur etiam citra fucum: ⁊ negligenter effuſa.

Cōmemoratio bellorum que geſſit ſuccicta
Galli
Eburones
Sicambri
Bataui
Morini
Carolus ſocer
Philippus magnus ſocer

plus mirentur ſi qui te ꝓprius introſpicerent: ⁊ virtutes eas in
tuerentur: quarum preſidiis munitus tot inſignes victorias tã
multa belli decora conſecutus eſſes: videretur iſtud os tam p
Laus a bonis externis.
bum: tam facundum: hec tracta de coelo ſpecies: iſta lacertorum
⁊ pectoris firmitas: hic totius corporis vigor: hec animi tempe
ſtiuitas: ⁊ volucritas: hic imperatorius ardor oculorum: prete
Coacervatio laudum a bonis animi ⁊ ab iis q̃ maxime decẽt imperatorem.
rea q̄ ferox in prelio: mitis in cõtubernio: effuſus aliis. tibi par
cus. In caſtris non veſte: non menſa precipuus. aguntur hye
mes cum cetero milite ſub pellibus. ſudantur eſtates equaliter.
Epule modico: ⁊ caſtrenſi cibo contente. Jam quis te ſolertius
caſtris locum capiat? commeatus expediat? hoſtem ludificet?
pugne tempus eligat? aciem inſtruat? vrbes obſidione cingat?
Neq̧ vero partes Imperatoris: ⁊ optimi ducis imples. militis
nõ imples. nullum tibi caſtrenſe munus ſordet. Non ſtare pro
ſignis: non excubias ſorte agere. non vallum ferre. non ſpecula
tum egredi. primus inire prelium. poſtremus excedere. vtrumq̧
iuxta doctus: opere militem ⁊ conſilio ducem agere: nullaq̧ tibi
vel principalis fortuna: vel maieſtas imperii functionem remit
tit. nihil tibi parcis. nihil blandiris. indulgentiſſimus ceteris.
Tibi parum letus: ⁊ omnino nihil gregario plus habes: niſi q
plus laboras: ratus id: quod eſt: nõ tam honorem: q̄ onus eſſe
q regnas. imperatoris hoc eſſe munus vt opes ⁊ magnitudinẽ
ſuam non ad ambitum: quem priuatum: ſed ad ſalutem ⁊ com
moda reip. conuertat. vtiq̧ non imperium ſibi: ſed ſeipſum im
perio dedititiũ faciat. Sed ⁊ illa tibi peculiaria feruntur: dilige
Laus ab amicis.
re quidem omnes: Sed amicos etiam deligere: nõ oblatos iſtos
⁊ paſſim obuios de paleſtra. de ſpheriterio. de fritillo. Sz quos
ad innocentiã: patientiã: continentiã: ad algores: ad eſtus ad
opera militaria ſepi⁹ exploraueris. Nec enĩ amici ſunt quicũq̧
Plutarchus.
vos ſequuntur (alioquin tam multi q̄ ſunt: vt Plutarchus in
quit: in culina muſce): que cum ipſo nidore cõfluunt: ⁊ recedũt.
Sed quos amicitia dignos eſſe iudicaueritis: eos debetis vos
vltro ſequi. Itaq̧ cum iis: qui ſe tibi aliquando virtute commẽ

dauiſſent: conſuetudine delectaſſent: vtilitate demeruiſſent: in
omnia familiaritatis officia deſcendis ⁊ Ceſarem obliuiſceris
vt amicum preſtare poſſis. Neq̧ vero poſtremum inter laudes
Laus doctrina.
tuas poſuerim: q litteras ⁊ ingenia: ſicut audio: tã impenſe di
ligis: q bonas artis nõ fouens modo: ſed alis atq̧ promoues.
Imperatorium ⁊ hoc decus: cum q in nullo plus emicat hic ni
tor ⁊ hoc lumen doctrine q̄ in regibus. Unde natum ſit illud
Homerus.
ex Homero Platonis interpretatione: diſcipulos deor non ali
Plato.
os eſſe q̄ reges: tum vero maxime: q precepta ſapientie nõ ha
bentibus modo proſunt: ſed in alios (etiã fere dixerim plus) re
Anaxagoras. Pericles.
dundant. Quis ignorat Anaxagorã in periclẽ: Platonẽ in diõe
Plato. Dion.
multos inſtituiſſe: non nauigaſſet ab exercitu Cato rhodon:
Cato. Athenodorus.
vt Athẽodor audiret. Nec Panetiũ Scipio videre concupiſſet:
Scipio. Panetius.
niſi tantũ in ea re vel ornamẽti vel fruct⁹ in eſſe iudicauiſſent.
Pretereo multa prudens atq̧ cõſcius: nihil me fugit q̄ religio
ſe: q̃ innocenter: qua ſancte iuuentutem tuã exigas pater om
nibus obſequentiorem te patri filium: nec eſſe nec fuiſſe quẽq̧
ſcio q̃ preclare q̃ magnifice cogitationes tue ſint omnes. Non
Laus ab inſtitutis vite.
ignoro: que pridem vota conceperis: nuncupariſq̧ digna prin
cipe chriſtiano: digna maioribus tuis: digna Ceſare: digna te
Laus ab archanis cogitationibus. atq̧ votis.
ipſo. Hẽ virtutes ille tue ſunt Imperator vnice: ꝓpter quas du
cem ſuum te bellicoſiſſima terre Gallie pars belge nõ modo nõ
dedignantur aduenã ⁊ germanum: quibus alioquin tam ſunt
inſenſi: q̃ proximi: lingua: coelo: moribuſq̧ diſiuncti. ſed appe
tunt. vt indigenã venerant: vt principẽ diligunt: vt parentem
Laus a ſubiectis.
Hec ingentia tua merita: ꝓpter que Federicus pater innocẽ
tiſſimus ⁊ grauiſſim⁹ Imperator adduci; perſuaderiq̧ potuit:
vt te Regẽ Romanũ ſe viuo renunciari pateret. Ac differebat
Laus a patris iudicio.
quidẽ ille primũ ⁊ cunctabat: ſimul vt verecundiã: ⁊ modeſtiã
ſuã: quẽadmodũ prediximus ab omni labe ſuſpitionis aſſeret.
ſimul vt exploraret: aſſentarent ne patri: qui ꝓ filio tã enixe la
borarent. An conſultũ ſaluti ſue vellent. Sed extemplo patuit
acclamationes illas: atq̧ preces: non adulãtiũ voces fuiſſe. ſed

ſtudentiū· Nā adulatio ſemel eliſa ꝓtinus frangitˀ atq; langue
ſcit· Studia quo plus arcentur: eo magis gliſcunt ⁊ exardeſcūt·
Quanto nunc diue Federice gaudio perfunderis: q̄ filius tuꝰ
te incolumi placere poteſt Imperator: q̄z iocundū tibi q̄ te com
parari filio tuo ſentis! Et quoniā cōtrouerſa res videtˀ; modo
vincis: modo vinceris· Ceterꝝ quid ꝓuidētia tua digniꝰ: am
plitudini glorioſiꝰ: clementię: pietati: felicitati cōuenientius
facere potuiſſes q̄z vti: quem ex vtilitate publica fuit vt genuiſ
ſes: eidē quoq; per patrem ⁊ decus ⁊ nomē Imperatoris adce/
ſceret· Macte ingenti vtroq; in remp. merito: etiā ſi difficile p/
cipitˀ vt inquit ille celebrius ⁊ honeſtius fuerit genuiſſe talem
an cooptaſſe: Nō multo minor tamē veſtra laus Germani prin
cipes integerrimi: quoꝝ ius id eſt: Regem Romanū mox futuꝝ
Imperatorē: eligere· Nec enim poſſunt nō optimi cenſeri: qui
principes ſibi optimos ꝓſpiciūt: Proinde cum talis ⁊ tātꝰ eſſet
is quē legiſtis vt ⁊ omnibus anteponi meruerit ⁊ ab omnibusq;
ſcitote vos vtrūq; cumulatiſſime me cōſecutos fuiſſe· et vt gra
tie vobis ab omnibꝰ immortales: ⁊ incredibiles haberentˀ; ⁊ vt
nomē veſtrū: eternitati cōmēdatū ⁊ cōſecratū eſſet· Etenim no
mine Vitelli vel othonis ſubinde admoneremur eorum qui fa/
ces illas atq; peſtes ad diſſipādum ⁊ inceſſendum orbem intu/
liſſent· ita hec optimi principis electio nunq̄z memorie hominū
ſine vobis recurret· quotienſq; poſteri veſtri res ab illo fortiter
geſtas incognoſcent: totiens laudabunt qui talem imperio pre
fecerint· Sed redeamus vnde nos contemplatio patris ⁊ eorū
qui te legerunt abduxit· Magna per ſe res erat omnibus pun/
ctis omnibus ſuffragiis ⁊ (vt ita dicam) tributim centuriatim
q; declaratum eſſe Regem Romanorum· Sed fecit occaſio ma/
iorē· Ea ſunt enī reip. chriſtiane tēpora in habitꝰ Imperii: vt
nō tā ſpecioſū fuerit te Regē creari· q̄z neceſſariū: nec ad futura
mō: ſ; ad p̄ſentia reꝝ momēta ſalutare· omitto ſigillatī enume/
rare publicas clades· omitto ꝓceſſere q̄z luxata: quā cōuulſa ſint
oīa religiōis xp̄iane mēbra· omitto bella: q̄bus imperiū hoc di/

Laus ab lecto ribus.

Vitelli. otho.

Laus ab ipſa re ⁊ ab occaſio ne ꝓ imperio. ⁊ re chriſtiana

ſtringitur· Sit enim piaculum in tam feſta preſentium gaudio/
rum luce miſceri triſtia· illud ſine periculo violatę publicę leti/
cię dicetˀ: hoc: quod principes Germani de creando te ſibi regē
cogitauerunt: non tam conſiliū fuiſſe: q̄z remediū· ergo non ad
otium: non ad remiſſionem: non ad quietem (alioquin tibi de
bitā poſt tam multos labores) ſed ad nouas expeditiones: no/
ua bella: nouas difficultates: imperiū tibi traditur· omninoq;
per hoc non ſolatium tibi: ſed aliis queritur· nihil enim aliud
cogitaſſe video ſummos viros qui te patri tuo principi nobiliſ
ſimo: ſed annoꝝ pleno ſocium addidere q̄z vt ille cōſilio remp.
tu laboribus ⁊ operibus adiuuare poſſes· Quid illud q̄z glo/
rioſum tibi: q̄z lętum patri: q̄z omnibus in tempore! vt regē de/
cerni tunc demum te contingeret: cum opem tuā non imperiū:
ſed Imperator: nec imperator: ſed pater expectaturus eſſe vide/
retur· Acceſſit hoc ad cumulū amplitudinis ⁊ fortunę tuę Rex
preſtantiſſime: vt qui filium infantem e penitiſſimis hoſtium
munimentis eripuiſſes: apud eundē patris quoq; recreati glo/
ria ſtaret· Duos omnino legimus cognomento pios fuiſſe: nec
argumentum ignoratˀ: vnde ſic appellari meruerint· In te po/
ſteritas ambiget· vter euentus hoc nomen tibi conciliauerit q̄
pius in parentē an q̄ pius in filium apparueris· ſed iam tem/
pus eſt vt vela retraham neu longius me q̄z volo aut q̄z partes
legati ſunt laudū veſtrarū ſplendore: numero: magnitudine de
tineri patiar· Quāobrem ſi nihil eſt in rebus humanis princi/
pe Romano maius ⁊ auguſtius· ſi talis ⁊ tantus eſt filius tuus
Cęſar: vt ab omnibus legi debuerit ⁊ ex omnibus: deniq; ſi ni/
hil vel nobilius ad gloriā vel certius ad ſalutem excogitari po/
terat q̄z vt ille remp. difficillimo tempore capeſſeret: nemini mi
rum videri debet ſi quod per initia teſtatus ſum: ad huius ma/
gnitudinem letitię nullius hominis facundia: nullius vis inge
nii peruenire poteſt· Sed hec tranſlaticia ſunt: cōmunia ſunt
omnibus· Illę peculiares Veneto cauſę: q̄ neq; gens eſt vlla:
neq; natio (abſit verbo inuidia) cuius vel plura vel maiora ⁊

Laus a tēpo/re occaſione q̄ pro patre.

Metel. pius.
Antoni. pius.

Perorationis apparatus.

in chriſtianam remp. cuius vos caput eſtis: ⁊ in Romanum im
Venetoꝝ laus
perium argumenta beniuolentię: fidei: pietatis appareant. Nō
auderem iſta profiteri Cęſar optime: niſi ⁊ vera eſſe conſtaret.
⁊ tu vera libenter audires: alioquin ſciebam ſcelus eſſe coram
te parum certa dicere ne dum falſa. Sunt ⁊ illa nobis propria
Auſtria gens.
Maximiliane Rex fortiſſime q̄ clariſſimum nomen auſtrię fa-
milię: qua nulla fuit vnq̄ regum imperatorumq̄ foecūdior: re-
Federicus. iii.
ligioſum ⁊ venerabile ſemper habuimus. Qui Federico patri
tuo principi ſaluberrimo quęcumq̄ ſe res tulerūt enixe ſtudui-
mus quibuſcumq̄ eum locis ⁊ temporibus ſingulari ſignifica-
tione voluntatis ⁊ obſeruantię ꝓſecuti ſumus. q̄ ipſum te ſem
per a teneris vnguiculis inductione quadā animi non occulta
impenſiſſime coluimus auctoritati tuę fauimus: amplitudinē
quātum vires fuere defendimus. Iam qui principibus luſita-
Principes Luſitanię.
nię nobiliſſimis ⁊ fortiſſimis: vnde maternum tibi genus eſt.
Carolus.
qui ſocero tuo Carolo duci generoſiſſimo! Qui Philippo eius
Philippus.
patri ſapiētiſſimo principi cariores vnq̄ fuere q̄ Veneti! Tot
modis copulati cum ſublimitate veſtra ſumus tam multiplici
nexu vincti vt qui hęc non videt nihil omnino videat. q plus
deſiderat nihil omnino deſiderat. gratulatur ergo proſus ī vo
bis ſibi: ⁊ in ſe vobis ſenatus ⁊ vniuerſa ciuitas noſtra nō q̄tū
cęteri fecere: ſed quātum nulli. nec quātum dici vel cogitari po
teſt: ſed quātum nec dici nec cogitari fas eſt: ⁊ quoniam ambo
vos celeberrimi Principes hinc pater: inde fili⁹: ita mutuo cre
uiſtis: vt neq̄ tu maior neq̄ tu foelicior eſſe poſſis. Reliquum
eſt vt deum optimum maximum conditorem huius: ⁊ ſeruato-
rem imperii publica vice cōprecer ⁊ obteſter. vt quādo rē Ro-
manam principū duoꝝ patris ⁊ filii huius maturitate ſenioris
illius virtute iuuenis florētiſſimā eſſe voluit: beneficio ſuo fa-
ueat: pietatemq̄ ſuā: ⁊ voluptatē cōſeruandi per optimos prin
cipes generis humani: ſanciat: ⁊ ꝑpetuā eſſe iubeat. Poſtremo
vt illuſtriſſimū ducem noſtrū ⁊ inclytā remp. incolumitatis ⁊
glorię veſtrę cupidiſſimam: quę te Cęſar ſemper ⁊ patrē ⁊ prin-
cipem chriſtiane religionis agnouit: coluit: ⁊ ſuſpexit ſacroſan-
ctę maieſtati tuę quanta maxima poſſumus veneratione: reli
gione: deuotione cōmendem⁹. opes noſtras omnis atq̄ vires
ad ornamentum ⁊ incrementum imperii dignitatem ⁊ amplitu
dinem ſacratiſſimi nominis veſtri: promptas: expoſitas: ⁊ dica
tas eſſe doceamus.

Dixi.

Acta. iii. Nonas Auguſti ad Brugas: ſiue Geſoriacū. M. cccc.
lxxxvi.

Hermolaus barbarus. L. carondeleto ſupremo Regis Roma-
ni ſecretario. S. P. D. Orationem a me nudius quartus habi-
tam ad principes: amplitudini tuę mitto recognoſcendam ca-
ſtigandamq̄. Quamq̄ enim mei moris eſſet: nihil vnq̄ teme-
re: nihil non diu conditum atq̄ preſſum emittere: cum primū
tamen deſiderari eam a te ſubodoratus ſum: intuli mihi vim ⁊
peruici tādem: vt inſtituto meo decederem ratus id: quod erat
minus eſſe malum: adire periculum fame: q̄ moram deſiderio
tuo facere. Queris vnde tanti ſis apud me: quem ne de facie q-
dem norim. Perſpecte ſunt omnibus: eruditio: fides: integritas
tua. Compertum nobis eſt: quantum Veneti nominis ſtudio-
ſus ſis: exploratum habeo: quantū me diligas parū merentem.
Quātū orationē ⁊ actionem meā cōmēdes. Sed heus tu docte
vir: obſecro ne mirere: ſiqua leges in hoc libello: que tunc dicta
non fuerunt. Nec enim addidi nūc ea: Sed detraxi tūc: admo-
nit⁹ ab Aulicis extēplo q̄ limē attigi ne lōgus eſſem ambitioſa
reciderē: optima queq̄ dicerē: paciētiſſimis oīo ſed occupatiſſi
mis tn̄ principib⁹ parcerē. āputaui ſubito cōſilio multa quāq̄
qd̄ pōt cōſiliū fuiſſe ſi ſubitū! ea que tūc reſecui: modo ſunt an-
nexa. vtcūq̄ veteꝝ exēplo facim⁹: quos. F. Quintiliano teſte cō
F. Quītilian⁹
ſtat lōge aliter ſcripſiſſe q̄ egiſſēt. exulati maſſilie. A. miloni q
A. Milo.
dā orationē. M. Tullii nō quā hūiſſet ꝓ eo ſed quā ſcripſiſſet
M. Tullius.

attulit· Tunc ille ſi ſic egiſſes inquit Marce Tulli non eſitaret maſſilię barbatos piſces Milo· Cęterum non dubito quin niſi te amor fallat vt audiendo tunc: ita nunc legendo non parum multa tibi diſplicitura ſint· Sed ęquum te quęſo nobis ꝛ cognitorem ꝛ iudicem prębe conſiderans hoc ꝛ exiſtimans ꝙ ſeſquihoram anteq̃ principes adiremus ſignificatū nobis fuerit in duas orationes ſeorſum vt cogitabamus atq; parauerámus: ſed vnam duobus iunctim habendam ꝛ recitandam eſſe· Plena diſficultatis: plena diſcriminis res erat· Tota mihi ratio dicendi puncto temporis immutanda fuit· orationis vniuerſę filum retexui: atq; vt breui rem complectar: ꝛ cutis ꝛ facies ipſa prorſus interpolata eſt. Vale decus noſtrum: ꝛ me principi nobiliſſimo: cuius es inter eos: qui ſunt a ſecretis conſilio ſupremus: cōmendatiſſimum rogo facias· vtinam aliquando quam ſim vt res ab illo fortiter ꝛ magnifice geſtas poſteritati commendare poſſim· Iam facturus ſum id libēter q̃ꝙ qui maxime deſiderabas· Ex Brugis· pridie nonas auguſti· M·cccc·lxxxvi·

¶ Jo· Franciſci Marliani Mediolanenſis: Magnifici Antonij filij: Illuſtriſſimi Ducis Mediolani legati: oratio habita apud Innocentium Octauū Pontificem maximū: Anno dñi· M·cccc·lxxxv· tertio calendas quintiles.

Ulla eſt reſpub. nullus princeps: nulla chriſtianorum natio: nullus bene viuendi inſtitutis deditus: Sanctiſſime ꝛ maxime pontifex: qui non ſūmo ꝛ incredibili prope gaudio ſit perfuſus: reddito ſibi de pontificatus tui dignitate gratiſſimo ꝛ iucūdiſſimo nūcio· Exiſtimat enim vnuſquiſq; deum optimū maximū vniuerſi orbis paci ꝛ tranquillitati conſuluiſſe: cum te ducem delegerit: qui nō ſecus ac lumen cęlitus emiſſum cuncta eius nutu in terris modereris ꝛ gubernes· Exiſtimat inquā tunc virtutibus omnibus: ſed in primis iuſticię: quę rerum omniū eſt fundamentum/ locū fore: cum tu apud nos omnia ſoluturus ſis ꝛ diſſoluturus: in quo tāta eſt religio: tam excellens bonitas: tam admirabilis ſapientia: tam egregia gerendis in rebus ſolertia: tanta deniq; virtutū omnium obſeruantia: ut nihil nō modo agere: ſed ne meditari quidem poſſis quod nō rectum ſit ꝛ prudens/ omniq; ex parte magnanimū· Quo fit ut ſibi oēs perſuadeant donec vixeris perpetua eos ſemꝑ quiete atq; animi tranquillitate fruituros· Idcirco doluerunt vehementer aduerſam valitudinem tuam: in quam hoc tui pontificatus initio incidiſti· Nunc aūt ſūmopere gaudent: ꝙ exiſtiment fore: ut diuina prouidentia ea tibi iam iam reſtituatur: ꝛ ita reſtituatur: ut ꝓculdubio ſit ſperandū te per longa tempora bene valiturū· Uerū cum alij omnes lętentur: tanta eſt voluptas quam animo ſuo cōcepit magnanimus ꝛ Illuſtriſſimus Jo· Galeatius princeps noſter: tibiq; filiꝰ obſequentiſſimus: ut hoc vno ſe fęlicem beatumq; exiſtimet: ꝙ eo in viuis agente id ſibi contigerit: ut te ſummū pontificem: te chriſti vicarium: te Petri ſucceſſorem agnoſceret: in cuiꝰ vlnis requieſceret: cui ſe ſuaq; omnia dederet: quęq; non ſecus ac im

mortalē deum adoraret:coleret:venerarēt:⁊ obſeruaret. Qua/
re hoc maximū ⁊ incomparabile gaudium pontificatus tui ſen
tiens:ut nihil ſibi deeſſet ad ingentis lętitię cumulū:optaſſet
ſūmopere te pręſens pręſentē intueri: ſacroſqꝫ pedes tuos ⁊ am
plecti ⁊ exoſculari:ut clariſſimo omnibus cōprobaret argumen
to:quod maioribus ſuis vi quadam naturę inſitū fuit:ut ſedis
apoſtolicę decus ac dignitatem tuerentur:id eum in omne ęuū
ſeruaturum. Quod cum per ętatem ut tu optime noſti ⁊ nego/
tiorum variā ac multiplicem curam: quam cōtinuo pro ſtatus
ſui regimine ſuſtinet:ſibi in pręſens integrum nō fuerit:nobis
oratoribus ſuis mandauit: ut te eius nomine viſeremus:ſalu/
taremus:ſimulqꝫ in verum pontificē ſuſciperemus. Mihi autē
qui ꝓ legatiōis officio apud te ſum oraturus ſentio graue ad/
modum ⁊ difficile onus eſſe iniunctū. Nam pręter quod de tu/
is diuinis laudibus dicturus ſim:quę eum oratorem expeterēt
quem vere eloquentem poſſemus appellare. quippe qui dicēdi
copia:orationis grauitate:⁊ ſermonis iucunditate valeret: quę
oīa exigua in me eſſe intelligo: Sitqꝫ pręterea ab his qui ante
me dixerunt tanta cum elegantia ⁊ venuſtate peroratū:ut par/
uam mihi dicendi copiam reliquerint:video tantā eſſe vultus
tui venerationem:tantā corporis proceritatem:tantum oculo/
rum radiantem ſplendorem: tantā deniqꝫ in te eſſe maieſtatē:
ut cum te intueor: idem mihi vſu euenire animaduertā: quod
illis accidit qui oculoꝝ aciem in radios ſolares intendūt. quo
enim fixius eos nitunt̄ aſpicere:eo minus vident. Quare non
poſſum nō vereri ne idē mihi accidat:quod Theophraſto phi/
loſopho diſertiſſimo accidiſſe ferunt. qui cum pauca admodū
verba apud Alexandrū regem eſſet facturus:tanta eſt affectus
verecundia:ut nihil omnino eloqui potuerit. Quo euētu vſos
etiam audio ⁊ Demoſthenem apud Philippum Macedonū re/
gem:Alexandriqꝫ patrem: ⁊ Ciceronem apud iudices in cauſa
Milioniana:duo quidem eloquentię ſydera lucidiſſima. Quę
omnia etſi me maxime terrere debuerant: mutumqꝫ omnino ⁊

elinguem reddere:eam tū intelligo eſſe humanitatē tuā: eam
manſuetudinem:eam facilitatem: ut quę dixero etiā ſi min⁹ cu
mulatiſſimis laudibus tuis ſatiſfecero:ea omnia in bonam ſis
partem accepturus:potiuſqꝫ mittentis animū:ꝙ loquētis per/
ſonam conſideraturus. Quid igitur primū de te laudem:qui
nullius omnino ſis inops laudationis? Non enim mediocria
ſunt bona quibus te uel īmortalis deus:uel natura ipſa:uel in
duſtria exercitatioqꝫ tua te vnū ex alijs omnibus noſtrę tempe
ſtatis viris maximis oſtendit illuſtrem. Nam ut ab in cunabu
lis (ut aiunt) incipiam:tu Genua es oriundus: quę adiacens
mari ea in Italia eſt ciuitas:quā ſitus pulchritudine ⁊ magni/
tudine:rerum omniū quę terra mariqꝫ aduehuntur opulentia:
temploꝝ ⁊ ędificiorum amplitudine: oręqꝫ ⁊ quę ad orientem ⁊
quę ad occidentem ſpectat vbertate ⁊ amęnitate: non īmerito
multoꝝ regum ſedem: ut de Cypro inſula legimus:poſſumus
appellare. Quantum aūt antiquitate inter reliquas Italię vr/
bes excellat:teſtes ſunt grauiſſimi ⁊ locupletiſſimi Plini⁹ No/
uocomenſis:⁊ Strabo: duo coſmographorū principes. Tu ab
eis parētibus originem ducis: qui generis nobilitate ⁊ rerum
geſtarum gloria adeo clarent:ut facile inter Genuenſiū prima
rios poſſint numerari. Tanta pręterea eſt corporis tui pulchri
tudo:tanta membroꝝ omniū compactio: tam formoſa vultus
tui liniamenta:ut de te idem dici poſſit:quod de Priamo ceci/
nit Euripides Tragicus poeta: Priami quidem ſpecies meret̄
imperiū. Tu aūt hęc bona ſemper externa exiſtimaſti:⁊ ut grę/
ci dicunt: :quod idem eſt quod indifferentia:
ideſt boni ⁊ mali cōmunia. Quare ea amplex⁹ quę minime mu
tabilia ſunt:ſed ſolida ⁊ nulli fortunę ſubiecta tibi aſſidua vir/
tutis exercitatione prudentiā comparaſti ſingularem: iuſticiā
admirabilem:eximiā liberalitatem:inauditāqꝫ caritatem: quę
vna virtus Pauli apoſtoli ſententia longe alijs omnib⁹ virtu/
tibus eſt ſuperior. Quid meminerim modeſtiā tuę vitę ⁊ inte/
gritatem:in omniqꝫ re grauitatem atqꝫ conſtantiā? quę ſingu/

la in te excellere uel lapides ipſi ⁊ cognoſcunt ⁊ pręđicant. Acce
dit ad hęc humanitas tua: facilitas: clęmentia: ſuauitas ſermo
nis: moꝛumqꝫ moderatio ⁊ elegantia. Quoꝝ omniū ſi dignam
rationem habere voluero: nō modo dies ad dicendum: ſed ne
annus quidem ſit ſatis. His pręclaris tuis virtutibus pontifi/
calis dignitatis faſtigium attigiſti. his illud intactum incoꝛru
ptumqꝫ ſeruabis: vbi etiam res exiget ſūmopere extolles ⁊ au/
gebis. Quamobꝛem īmoꝛtali in pꝛimis deo qui bonoꝝ omniū
eſt auctoꝛ: poſtmodū his Reuerendiſſimis patribus ſedis tuę
cardinibus firmiſſimis ſempiternę a cūctis gratię ſunt haben/
dę: ꝙ tu vir omni pꝛobitate excellens: moꝛibuſqꝫ ⁊ multarū re/
rum experientia pręſtans: chꝛiſtiani gregis paſtoꝛ conſtitutus
ſis: quem omnibus in rebus imitaremur: ad cuius vitę imagi/
nem nos effingeremus: cuiuſqꝫ fidei ⁊ ſapientię noſtroꝝ omni
um ſalus credita eſſet ⁊ cōmiſſa. Quod ad pꝛincipem noſtrum
attinet ipſe uel hoc vno ſe vobis optimi patres plurimū debe/
re intelligit: ꝙ eum pontificem deſignaueritis: quo melioꝛem
nec pꝛudentioꝛem maioꝛeqꝫ religionis cultu ⁊ ſanctimonia pę
ditum neqꝫ ipſe elegiſſet: neqꝫ ab alijs eligi vnꝗ̄ poſſe exiſti/
maſſet. Quare cum vos ſemꝑ maxima virtutum gloꝛia pręſtan
tes altoſqꝫ animo ⁊ magnificos cognouerit: nunc omniū pꝛu/
dentiſſimos iudicat: animiqꝫ exuberantis ⁊ excelſi: qui optime
cōſideraueritis Italicę quieti ſimulqꝫ ſedis apoſtolicę ſaluti be/
ne conſultum foꝛe: ſi eum in regia ⁊ apoſtolica triumphantē ſe
de conſpiceretis: qui ingenti ſapientia ſua ⁊ animi diuinitate
nō modo Petri naviculam fluctibus agitari non permitteret:
ſed non ſecus ac ſol aureus radios ſalutares per vniuerſum oꝛ
bem ſpargeret: ſuiſqꝫ illuſtribus geſtis eoꝛum qui clare vixerūt
pontificū famā non modo ęquaret: ſed appꝛime ſuperaret. Ego
indubitato mihi perſuadeo pater diuiniſſime te imitaturū In
nocentium quartum conterraneū tuum: ob cuius rerum pręcla
re geſtarū memoriā tibi nomen eſt Innocentio. Is virtutibus
ſuis quibus cum natura eiuſqꝫ ſtudiū oꝛnauerant viā ſibi non

modo ad pontificatū: ſed ad ęternam quoqꝫ gloꝛiam parauit.
Cum enim dei eccleſia viribus ⁊ acerbiſſimo odio Federici ſe/
cundi vexaretur: adeo: ut cum pōtifex maximus diem obijſſet:
nemoqꝫ inueniretur qui audaciſſimi hoſtis impetū ſuſtineret:
apoſtolica ſedes duce ſuo pꝛiuata: ſummū periculū paſſura vi/
deretur: dei nutu omniū cōſenſu pontifex eſt creatus. Cum igi
tur vidiſſet Romanā eccleſiā maximis fluctibus agitari: ⁊ vn/
diqꝫ ingentibus periculis circumuentā: exiſtimans nō decere
eo duce Petri naviculam tempeſtatibus obꝛui: fretus pꝛudētia
ſua: qua omnibus in rebus vti ſolebat / occulte ingentē claſſem
parari iuſſit. Qua cum Roma Genuam adnauigaſſet: indeqꝫ
Lugdunū: atqꝫ illic frequens totius occidentis cōuentus ha/
bitus eſſet: Federicū imperio amouit: ⁊ ita pꝛudenter rebus ſu/
is cōſuluit: ut pontificatu ad ſolitum decus ſuū reſtituto: cum
antea nō ſecus ac pꝛofugus Lugdunū applicuiſſet: tunc velu/
ti triumphans ⁊ īmoꝛtali dignus gloꝛia Romam petierit. Tu
itaqꝫ huius exemplo eccleſiā Romanā ſingulari tua pꝛudētia:
continuo ſtudio: perenni cura / ac diligentia tutaberis: defen/
des: in omneqꝫ ęuū ſaluam ⁊ incolumem reddes. Nec hoc tibi
difficile factu futurū exiſtimo: tum ꝙ tantę ⁊ tam īmenſę ſint
virtutes tuę: ut eis ducibus quęcūqꝫ etiam difficillima ſumma
ſis cum facilitate ſuperaturus. tum ꝙ iam tibi omnia pateant:
chꝛiſtianiqꝫ omnes potentatus numen tuū venerentur. E quo
rum numero dux noſter: apud quem nihil potius eſt uel anti/
quius ꝗ̄ pręceptis tuis parere: ſeqꝫ pꝛo apoſtolica ſede deuoue
re tibi: opes ſuas omnes: totum exercitū: ⁊ eum quidem firmū
ac munitum: ſeqꝫ ipſum vbi opoꝛteat alacri ⁊ libēti animo pol/
licetur. Cum enim intelligat pleroſqꝫ romanoꝝ: ut. A. Manliū
Toꝛquatum. D. Brutum. M. Attilium: Regulū: Curcium: De/
cios: alioſqꝫ ꝗ̄plures uel ſe uel filios ꝓ ſalute patrię neci man/
daſſe: inanem quandā ſeculi gloꝛiam ſecutos: magno ſibi dede
coꝛi aſcribendum cēſeret: ſi ipſe ꝓ vera cęleſti gloꝛia fęlici qui
dem ⁊ ęterna ſanguinē etiam pꝛopꝛiū nō effunderet. pręſertim

cum optime meminerit maiores ſuos xp̄ianã fidē ſūmo cultu ⁊
religione venerãtes: id ſibi iure quodã peculiari vendicaſſe: ut
in romanę eccl'ię hoſtes fęlicia ac victricia ſigna tollerēt: eoſq̧
ab omni hominū memoria penitus delerent. Cui enim: ut reli-
qua omnia omittamus quę Mediolanenſiū principes pro chri-
ſtiana repub. ſtrēnue ⁊ pręclare geſſere: cui inquã ignotum eſt
⁊ diuinū illum principem Philippū Mariam Anglum: ⁊ Fran
ciſcum Sphortiam ducem ſapientiſſimū fortiſſimūq̧ Impera-
torem: eiuſq̧ filium Galeaciū acerrimi ingenij virum: ſe omni
bus in rebus obeundis: aſſiduos ſedis ap̄licę defenſores pręſti
tiſſe? Quis pręterea nō audiuit inuictiſſimū illum belli ducē
Sphortiam Franciſci patrem pro Romanę eccleſię ſalute occu-
buiſſe. Horum progenitoꝝ ſuorum veſtigia proculdubio imita
turus eſt Illuſtriſſimus princeps noſter: ⁊ ita imitaturus: ut
profecto exiſtimare poſſis eum ꝓ ſacroſanctę Romanę eccleſię
dignitate tuenda nihil vnq̄ omiſſurum: ſed potius libentiſſi-
me ſua omnia ſeq̧ ipſum expoſiturum. Tuum aūt erit eum ut
filium amplecti: ad hęc dies nocteſq̧ id cogitare ⁊ meditari: ut
pax qua nunc totam Italiã exultantem vides firma maneat ⁊
inconcuſſa: quod te ꝓ bonitate tua religioneq̧ ac caritate pro-
culdubio effecturum omnes ſibi perſuadent. Quare gaudēt et
exultant: ꝙ diuino conſilio e cęlo deſcendens: ſi quę apud Ita-
los odiorum ſunt reliquię: eas egregijs virtutibus tuis ſis ex-
tincturus: ſimulq̧ chriſtiani nominis hoſtes interempturus.
Poſtmodū errores noſtros emēdaturus: delicta caſtigaturus:
hereticas opiniones antiquaturus: tyrãnicos potentat⁹ euer-
ſurus: tandemq̧ aurea nobis ſecula redditurus. Hac igit̄ ple-
ni letitia hoc īmenſum gaudium vultu ac geſtu pręſe ferentes
te verum Petri ſucceſſorē: te pontificem digniſſimū: ſummūq̧
chriſtianoꝝ principem ⁊ prędicant ⁊ admirantur. Ad te omnes
confluūt ut ſanctiſſimū nomen tuum adorent: te ſūmis laudū
pręconijs ad cęlū vſq̧ extollunt: auxilium tuū non ſecus ac di-
uinum inuocant: omnes vno ore īmortali deo grãs agunt ſem

piternas: ꝙ te virum ſapientiſſimū ſummū ſacerdotem ponti-
ficemq̧ deſignarit: ſimulq̧ eū quibus poſſunt precibus rogant
⁊ obſecrãt: id efficiat: ut q̄ diutiſſime ſis in viuis: quo iuſticia
tua ac bonitate chriſtiani noīs gloriã per longum poſſis tem-
pus ⁊ tueri ⁊ augere. Hãc eandem animi iucunditatem ⁊ nos
ſentientes: Illuſtriſſimi principis noſtri nomine ſanctiſſimos
pedes tuos oſculamur: te adoramus: te verum patrem ⁊ ponti-
ficem agnoſcimus. tuę ſanctimonię ⁊ probitati ſua omnia ſeq̧
ipſum cōmittimus: exiſtimantes nihil ei quod non lętum ſit ac
fęlix ſucceſſurum: ſi pro ea quã filio debes paterna pietate ipſi-
us curam geſſeris: rerumq̧ ſuarum ſaluti ⁊ incolumitati vigi-
li oculo tuo conſulueris.

Oratio Reuerendiſſimoꝝ ac nobiliſſimoꝝ viroꝝ dñoꝝ oratoruꝫ
xp̃ianiſſimi francoꝛum regis ad ſanctiſſimum dominũ noſtruꝫ
d. Innocentium papam viii in publico conſiſtoꝛio habita. die
xi. febꝛuarii anno m cccc lxxxv.

Admirabilis ⁊ precelſe maieſtatis tue beatiſſime pater in
clitꝰ hic reuerendiſſimoꝝ dñoꝝ Car. ſenatꝰ. ſolẽnis hic hoc
ctiſſimoꝝ clariſſimoꝝqꝫ viroꝝ aſpectꝰ, tantũ terroꝛe pauoꝛeqꝫ effici
unt; at qd dicã qd innũereq̃ ĩ p̃ntiaꝝ fari habeã quo me ver
ſã penitꝰ ignoꝛo. terret quippe me naturalis ſpũs puſillanimitas
velut in heliſeo ꝓpheta ad heliã loquẽte: cui dictum eſt cũ pete
ret vt duplex ſpũs in eo fieret: q rem grandẽ poſtulaſſet. hanc
itaqꝫ ſpũs foꝛtitudinẽ cũ merito lõge inferioꝛe heliſeo ꝯfitear
ego adipiſci valde perhoꝛreſco. ꝓpterea timoꝛ ⁊ tremoꝛ venerũt
ſup me ⁊ contexerũt tenebꝛe. Cũ n. ampliſſimi ſolii tui dignita
tẽ, q … locũ teneas hoc i loco ſedula mẽte ꝯſpicio
cũ ecõtra ingenii mei imbecillitatẽ: quãqꝫ aut nullã mihi ĩ cedi co
piã animaduerto: quippe q me theologũ ⁊ nõ oratoꝛẽ ſo. ꝯfiteoꝛ
expaueſco totꝰ tremiſco vñ exoꝛdiar ſileo hoc maxie tpe quo
plurimiqꝫ catho… ciceroneſ. videri mihi videoꝛ. ſed cũ ut ſa
cre teſtantur lr̃e obediẽtie melioꝛ victima ſit cẽſenda: ſereniſſimo
ꝑfecto atqꝫ xp̃ianiſſimo principi nr̃o Carolo viii francoꝝ regi ⁊ ꝑ
ꝑcelſo filio deuotiſſimo ipaternis pedũ iſtitui ut ſane debeo: nec poſ
ſum refragari. ipſe n. carolꝰ rex fr̃acoꝝ hũc ſancte eccĩe romane
iohãnẽ card. … tue ſp̃ beatitudinis obſeruãtiſſimũ: hũc
pterea illuſtrẽ atqꝫ excellẽtẽ cõmitẽ n. dalphinũ varijs graꝝ do
nis virtutibꝰ honoꝛibꝰ p̃eminẽtis gl'ia ⁊ nobilitate ãpliſſie de
coꝛatũ; atqꝫ ex claro regio ſanguie oꝛtũ: ꝑfecto rex ⁊ princeps
nr̃ xp̃ianiſſimꝰ viribꝰ ãplis erga eandẽ ſedẽ patefacere voluit
illã ſingularẽ obediẽtiã reuerẽtiã ⁊ deuotionẽ: quã quidẽ ꝓpriũ ꝑ filia
li obediẽtia exponere dignatꝰ ẽ ſanguinẽ. hos cũ alios reueren
dos patres … ⁊ me ipſum ad tue ſ. ꝯſpectũ in p̃ntiaꝝ miſit le
gatos ut q̃ ab ipſo xp̃ianiſſimo fr̃acoꝝ rege erga dei uitã p̃ſtari cõ
uenit: tibi ſuo noĩe deuotiſſie p̃ſtaremꝰ. qd utinã ut paulꝰ hoꝛoſiꝰ
ad beatitudinẽ … tã hi q̃ libẽter poſſimꝰ efficere. Noſti beatiſſi
me pr̃ q̃los ſemꝑ fuerint fr̃acoꝝ reges erga eãdẽ ſedẽ aplicaꝫ: q a ca

rolo magno vſqꝫ ad hec tꝑa tot ꝑclara. tot magnifica. tot lau
dibꝰ digna ſuis i diebꝰ cōpleuerūt· q̄re merito ſr̄ oēs totiꝰ mū
di p̄ncipes regeſ ipi ab oibꝰ xp̄ianiſſimi nūcupi meruerūt. iter
quos ſanctꝰ ille frācoꝝ rex ludouicꝰ toto terraꝝ orbe celeber-
rimꝰ admirabilꝭqꝫ īfinitiſ fulgēs miraclis: i cathalogio ſcōꝝ cō
nūeratꝰ: laudabile ꝓhibet teſtioniū· nō ē q ignoꝛet ſerēiſſios xp̄i
aniſſioſqꝫ frācoꝝ r̄ges ⁊ dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ſaluatoꝛi nr̄i fide: ⁊ me-
moratā ſedē apl'icā tutatos: maxis illā ſꝑ viribꝰ dfendiſſe ꝓte
xiſſe auxiſſe āplificaſſe nēo vnqꝫ ignoꝛat ſerēiſſios xp̄iāiſſioſqꝫ
frācoꝝ r̄ges ꝑ ſcā ſede apl'ica· ꝑ fidō xp̄iana· ꝓ re pu ꝯ barbaroſ
turcos ⁊ r̄ligiōis xp̄iane hoſtes ꝑmaxios ſepiꝰ dcertaſſe: ⁊ non
dū dcertaſſe imo expugnaſſe viciſſe fudiſſe ⁊ ꝓfugaſſe: ita ut nō
ſolū eccīaꝫ ſcāꝫ ⁊ fidē xp̄ianā ſint tutati: ꝟm et oibꝰ ſcē ro· ec·
⁊ fidei xp̄iāe hoſtibꝰ formidabile ſꝑ fuerit ⁊ ſit r̄gū frācie nomē
clara ſūt hec oibꝰ ⁊ uſqꝫ adeo patēt: ut nec mea nec alteriꝰ cui
uſpiā egeāt teſtio· pleī ſūt l'raꝝ plūi codices āpliſſie hiſtoꝛie fa
ma ꝑclariſſia p̄ri apō e. s. t. quā nihil omīo latere pōt eo enīꝫ
es ingenio ea doctria ⁊ reꝝ oim mēoria ut i ſacro tui pectoꝛi ſcri
nio itueant ſingl'a foꝛe r̄codita. mihi btiſſie pr̄ crede nō minoꝛēꝫ
aīo iuenies ſereniſſimū xp̄ianiſſimūqꝫ nr̄m r̄gē frācoꝝ caroluꝫ
viii. erga tuā btitudinē erga Innocētiū viii. qꝫ ſui iclīti ſereniſſi
miqꝫ ac xp̄iāiſſimi ꝓgēitoreſ extiterūt. p̄ſi cū ipe rex viii· teqꝫ
pōtificē etiā viii hoc i loco altiſſio ſedē deiqꝫ locū i terri· tenere
cognoſcit. cuiuſqꝫ de ſcā diuiaqꝫ tot celeſti ꝓmotōe ad hāc quaꝫ
tenes apicē apl'atꝰ tm̄ gauiſꝰ atqꝫ letatꝰ ē: ut nullꝰ r̄gū ul' p̄n
cipū xp̄iāoꝝ dclararūt hec ſolēniꝰ ⁊ frequētes ꝑ regnū vniuer
ſum ſuo iuſſu ⁊ mādato facte ꝓceſſiōes dclararūt. alia īfinita le
titie ⁊ iocūditatꝭ ſigna: q̄ lōgiſſimū foꝛet enarrare. nec miꝝ: ītel
lexit iuſtitiā clemētiā māſuetudinē pietatē fidē ſpē caritatē ⁊ r̄
liqꝫs moꝛales diuiaſqꝫ ꝟtutes tuas qbꝰ uſqꝫ adeo fulgēs ut te
duce te pōtifice oia leta oia felicia ſint ſperāda. habet namqꝫ rex
ipe nr̄ xp̄ianiſſimꝰ carolꝰ hiis excelſis ſancte ro. ec. r̄uerēdiſſis
car· imēſaſ imoꝛtaleſ iſitaſqꝫ gr̄as: q diuio ut credit afflati ſp̄u
te vnū ex tot ſacratiſſimis dn̄is car· dei vicariū ſumū ac maxim
pōtificē elegerūt· extitiat a deo imoꝛtali factū iſtud ⁊ eſt mirabi

le i oclis nr̄is: hec ē inqꝫ dies quā fecit dn̄s exultēꝰ ⁊ letemur i
ea. dn̄s. n. miſericors d celo ꝓſpexit ſuꝑ filios hoim his diebus
nouiſſimis eccie ſue ꝑiclitāti fluctuātiqꝫ nauicl'e petri uoluit ꝓ
uidere. Cū itaqꝫ volēte ieſu ſaluatoꝛe nr̄o factū videamꝰ ut ad
gubernādā tutādāqꝫ eccīaꝫ ſuā ſanctā ꝯſtitutꝰ ſis pr̄ p̄rm ſum-
miꝰqꝫ ſacerdoſ: nēpe grādi ⁊ icredibili letitia ac voluptate affi
cit rex ipe ut p̄nceps nr̄ carolus viii ⁊ oēs nr̄i r̄gni principes
īmo piiſſimū r̄oabile te pōtifice ſedēte ſperēt ītueri. dedit. n. te
deꝰ i lucē gētiū ut ſis ſalꝰ eiꝰ uſqꝫ ad extremū terre. O tu qd
nr̄a r̄ligio qd fides qd pietas qd caritas qd p̄latoꝝ officiū qd
ppl'i xp̄iani neceſſitas exigat oia optīe noſti. l'ris ſacris ſapiētiſ
ſime ⁊ ꝟtutibꝰ ſtuduiſti· talia tibi a puero fūdamēta firmaſti: q̄
le edificiū i ſenectute excitare volebas: qm̄ q̄ ſemiat homo hec
⁊ metet· ſed qd āpliꝰ tuas diuinas laudes recēſeo: nemo ē tam
doctꝰ tā eloquēs tā copioſꝰ q illas nō dixerā receſere tu ſiqdē
es ille ſimilis filio hoīs q velud angelꝰ dei fulges in ꝯ coꝛe ho
noris qppe qcqd coꝛdis eſt qcqd mētis qcqd ꝟtutis hūane ſi
totū adeſſet nō ſufficeret ad tuas enucliandū ꝟtutes: quoniā
oculuſ nō uidit auris nō audiuit ⁊ in coꝛ hoīs nō aſcēdit ſuper
qbus te dn̄s deus dotauerit· felix egreſſus tuꝰ feliciora tua iu
ſta. ſancta ⁊ recta opa: ſed feliciſſimꝰ fructꝰ largitatis tue habū
dantiā qua cuncti xp̄ifideles inflāmā tue ⁊ ad ſalutis poꝛtū tu
te ꝑducunt· quid plura d te ſanctiſſime pr̄ referā: tuā vndiqua
qꝫ hoies admirant potentiā ſapientiā ⁊ clementiā quibus ful-
ges. queſiuiſti ſapientiaꝫ ſponſaꝫ aſſumere qua fulgeſ qua pol
les ex omni parte beata pietate ⁊ ſanctimonia inenarrabili de
coꝛa valde· celi enarrant gloꝛiā tuā pleriqꝫ ſiquidē laudarunt
potentiā in romāis in grecis ſapientiā in iſrabelitis debiti cul
tus ſanctimoniam: que omnia uelud apis argumētoſa tibi ad
unaſti· ſola ergo repleatur os meū laude ⁊ decantē gloꝛiā tuaꝫ
⁊ enarrem mirabilia tua in poꝛtis filie ſion. auribꝰ eni nr̄is au-
diuimꝰ ⁊ p̄res nr̄i annūtiauerūt nobis opus quod operatus ē
in diebꝰ eoꝛum. filii qui naſcentur exurgent ⁊ narrabunt filiis
ſuis ut cognoſcat generatio altera te foꝛe ciuitatē dn̄i quā dn̄s
fundat ⁊ hunc mūdū: nedum enīꝫ romanī. ſed ⁊ ſimiliū ecclia ſu

peraſti. huius autem tue ſanctiſſime ſedis dotes ꝛ excellentiſſi
ma p̄conia verbis extollere non humanū diiudico: qm̄ omnez
humanā ſupant eloquentiā. quare obmiſſis reliquis ad id vnuz
veniamus cuius cauſa hic reuerēdiſſim9 dn̄s Jo. car. Ande-
gaueñ. Illuſtris ꝛ nobiliſſimus hic comes ex regali proſapia
ſancti ludouici francorum regis procreatus. hii alii reuerendi
p̄res ꝛ domini collegeq; mei ꝛ ego cum illis minimus. nomie
ꝛ mandato plibati xp̄ianiſſimi francoꝝ regis Caroli viii. ad
tue. s. pedes acceſſim9. cōgaudet quippe exultat ꝛ letatur rex
ipſe ꝛ princeps noſter Carolus viii. tua iſta ſancta ꝛ felici aſſū-
ptione te Innocentiū etiam viii. verū xp̄i vicarium: beati pe-
tri principis apoſtolorum verum ſucceſſorem verum papam
verū pōtificem cōfitetur. tibi vni tibi ſoli in orbe terrarum hu-
milem filialem ac deuotiſſimam p̄ſtat obedientiam. tibi. laus
tibi honor tibi virtus tibi poteſtas eterna in ſeculorum ſecula.
Tibi veluti ſanctiſſimo ieſu xp̄i vicario vniuerſum eius regnū
prouincias regiones ducatus comitatus ciuitates caſtra ꝛ quic-
quid mari terraq; poſſidet libētiſſime ac deuotiſſime offert in
omne decus atq; vſum ſancte ro. ec. quemadmodum ſui xp̄ia-
niſſimi genitores francoꝝ reges huiuſq; facere ſoliti ſunt ad-
uerſus p̄cipue illos nefandiſſimos turcos nr̄e religiōis hoſtes
permaximos: ad quos debellādos expugnādos xp̄ianamq;
fidem tutandam amplificandamq; te quantum poteſt noſtris
exortatur verbis ut barbarorum gens illa que in ſui feroci̇ta-
te confidit dextere tue potentia conteratur. illo cooperante al-
tiſſimo domino. qui te ſuum in terris cōſtituit vicarium ꝛ qui
viuit vincit ꝛ regnat per infinita ſeculorum ſecula amen.

Reuerendus in xp̄o p̄r dominus petr9 Cadrati ep̄s . . . ceñ.
ex vrbe bituricā oriundus hanc orationem propoſuit loco anno ꝛ
die ſupradictis.

Philipi Cheurerii oratoris Sabaudieq; p̄ſidis ad Innocē-
tium viii. Pōt. maximum oratio.

Um Btiſſime p̄r maximā tui ſolii dignitatē: cū ſingl'areſ
ꝛ ppe diuinas culmis tui laudeſ doteſq; ↄtēplor: paueo qdē
Veriſſimūq; id vulgatū expior: anceps atq; grāde pici'm ſubi-
re. qui ſe vnū aliis tacētib9 p̄bet audiendū p̄ſertiz cū tuā apō
ſanctitatē hoc in loco non niſi viri graues ꝛ docti ↄſilio ꝛ etate
orare cōſueuerunt: quoꝝ veſtigia ſi diligenter intueor: ademp-
tam mihi dicendi facultatē. occupatūq; omni ex pte orationis
locum inſpicio. Preterea ſi altiſſimū hūc tronū viuis marga-
ritaꝝ lineis fulgētibuſq; gēmis ornatū animaduerto. humanā
dei p̄ſentiā. platones. Cicerones. cōuentūq; regum videre mi-
hi videor. quas ob res obmuteſcere poti9 q̄ fari mihi ipi me-
rito pſuaſiſſem. Et eo magis q̄ auditurus ſis hominē qdē nō
facundum: nō ſuauem: ſed craſſo in aere natū: incultamq; ora-
tiunculam in cōſpectu diuini vult9 tui tantoꝝq; principū. ocu-
lis ſonante ꝛ pferente. Sed mei principis Illuſtriſſimi artat9
imperio: debitū fidelitatis exſoluēs: ſarcimā tua p dignitate hu-
meris meis longe impem deponere cogor. Te igr̄ clementiſſi-
me p̄r p ampliſſimā tui generis nobilitatē. ppagationē. famili-
am. clientellas: atq; tandē p oim claritatē vtutū: quib9 a cuna-
bulis educatus tāq; lucidiſſimū ſydus hoc in altiſſimo ponti-
ficatus ſolio oculis noſtris his dieb9 apuiſti. Inuoco obteſtor.
atq; imploro: ut immenſos tue potentie fines: tanti principis
tum ortum genus ꝛ proauos. tum decurſi temporis in ortho-
doxam fidem bene merita inſpiciens. de quorum ſingulis pau-
ca pro rerum dignitate percurram. quam tandez reddituri ve-
nimus obedientiam gratanter admittas. Sed quid primo bal-
butiens dicam: qui totiens inter ſacra miſſarum ſolemnia id
ad petrum accepi veritatis eloquium. paſce oues meas. Illud
etiam. Quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum ꝛ in ce-
lis. Et alias iuri pontificio vacans. Cum poſſis equare rotun-
da quadratis. ſacrilegum eſſe de tue poteſtatis viribus diſpu-
tare. Cui proprium ego occidam ꝛ ego viuere faciam percutiā
ꝛ ſanabo. O miranda certe q̄ narranda magis hec contrarioꝝ

poteſtas humanus diuina: dextera vitã: ſiniſtra ꝓpinat et mortem. Utinam deus ſiue parens ut ita dicam rerum omnium natura me tanti miſterii diſcipulum auditoremq; potius ꝙ prolatorem effeciſſet ſed poſtꝙ actum eſt quid tante poteſtatis ſibi vult narratio quid inſulſam iuuat orationem: quale tandẽ mercatur ſolemnum. certe poſt numero plures miſticos ſenſus hoc vnum vt equalem admixtamq; potentie ſecum ferat humanitatem qua potens multaſq; ad ignoſcendum recte iudicario: qua etiam puſillum ſicut et grandem recipis: dominantium tamen in reliquis qualitate ſalua. Inter quos meum principem sereniſſimum non mediocrem ut habeas velim. Cuius exordium non minus ꝙ illis ſaxonie principibus illuſtriſſimis ortum eſt a quibus ſeptingenteſimo ſue dignitatis ãno ſi ſcripturis cõmentariiſq; credimus tres in lucem prodierunt ottones: qui apud germanos primi in apicem imperatorie maieſtatis aſſumpti: virtutum prodigiis emicantes. Ipſorum ſecūdus et dux et imperator humãe fragilitatis debitaq; nature ſoluens Ottonem fredericum heinricum atq; heroldum tanto principe dignam propaginem ſue poſteritati reliquit. Hic heroldus animo plenus et armis ſtigmatum ſanguiniſq; iure aquilam ferens primus ſabaudie comes inſoluit et poſſedit. A quo bellis ꝙ multiplicibus in ſueuos proſpere geſtis tot tantiq; prodiere comites atq; ſabaudie duces clariſſimi ut omnibus palam ſit equum illum eneum grecorum bello templo palladis oblatum non plures partuiiſſe ſtrenuitatis aut magnanimitatis viros. Horum plerique non luxui voluptati aut ignauie nõ deniq; inter ceteras animi peſtes digniſſima ipſorum corpora laxanda putauerunt ſed chriſtiana pro fide pugnantes patria liberis et omni quiete relicta in barbaras exteraſq; natiões humanis exceſſerunt rebus. Alii fidei ſcuto muniti tumẽteſ atq; indomitos pelagi fluctus ſulcantes ſoldani regiſq; turcorum apud rhodoſ obſidione pulſa: aquilam armorum tipario tunc uſq; delatam in victorie premium quanta illorum gloria fieri potuit in crucem albam verterunt. Que victricibus armis q̃ſita rubicundoq; ſata campo inter xp̃iane religionis principes

vna in hos uſq; dies penetrauit atq; refulſit. Alii grecorum imperatorem hoſtium fidei vinculis detentum ipſorumq; potentia liberatum: purgatis ab eo grecorum erroribus apoſtolice ſanctitati parere coegerunt. Alii eccleſie vexillum amplexi clementis quarti tempore ciſmaticos rebelles illiq; aduerſantes domuerunt. Quid plura ſi fortia reliquorum omnium geſta: inſigneſq; virtutes: que nulla profecto etas nullum diuturnitas euum nulla tandem rebus omnibus dignis inimica obliuio delere poteſt: mea balbutienti lingua recenſere vellẽ dies me defficeret: hiſtoriamq; potius ꝙ orationem contexere viderer. Uerum tamen carolum principem illuſtriſſimum oim̃ ſupra nobiliſſimum decus: tantiſq; progenitoribus dignã ſobolem ſilentio preterire non poſſum. qui in tenera adeo etate viriles iam indutus annos: occupatiſq; ſtrenuorum virtutibus audita ſancta atq; celebri in pontificatũ aſſumptione tua: tãꝙ rutilantis phebi lumina tenebras fugantia cumei carminis etatẽ ſaturnia regna celo te dimiſſum reducentem paciſq; ſulculos vbiq; ſerentem videns: immortali deo gratias illico habuit et egit: non quia princeps longo ſanguine nobiliſſimaq; ſtirpe deſcendiſſet. non quia bonis falſa mortalium opiniõe ſic appellatis ꝙ affluenter habundaret. Sed quia laboranti populo numine quodam debitus in hec uſq; tempora ſeruatus veniſſes. inſuper hoc ipſum quod ſuo ſanguini generoſo hereditarium eſt ſequens de obedientia tibi reddenda ꝙ primum cẽſuit agendum. Inobedientiam ſacris initiatus omnino phorreſcens: intelligens per illam in hominum perniciem angelũ cherubin in deliciarum paradiſo flammeum mucronem verſatilemq; portantem ad viam ligni vite prohibendam cuſtodẽ fuiſſe locatum: primumq; parentem et eius poſteros paradiſo pulſos. omnium vite finem impoſitum moriendi neceſſitatẽ inductam patrie celeſtis ianuas clauſas infernaliſ profundi ſeuideq; mortis foueas apertas. Et ultra ut tantum inobedientie facinus deleretur: filium dei in mortem uſq; ſubactum: qui obedientie ſemita gradiens ſecuturis ſe omnibus veſtigio relicto hac ſola comite celos penetrauit. Auctorem igitur fidei

ducem aſpiciens meus princeps ſereniſſimus: omnem obediē
tiam tibi Innocentio Ieſu chriſti vicario digniſſimo noſtrum
omnium organo exhibet offert atq; donat· quas terra mariq;
tenet puintias: ſanctas dei eccleſias: ⁊ que in eis ſunt tue bea-
titudini cōmendans. quam ſummus rerum opifex cuius nutu
cuncta ſub ordine creata ſunt· poſt longa atq; felicia ſecla ſui
populi principibus adnumeret· Dixi.

Habita in conſiſtorio publico· anno domini· m· cccc· lxxxv. qr-
to calendas februarias. Pontificatus vero Innocentii oc-
tavi anno primo.

¶ Titi Veſpaſiani Strozę oratio ad Sanctiſſimū ac Beatiſſi-
mum dn̄m nr̄m dn̄m Innocentium Octauū pont· max·

Magnum mihi munus ab īmortali deo Beatiſſime pa-
ter oblatū eſſe video ꝙ hac potiſſimū tempeſtate vna
cum his clariſſimis collegis meis hanc auguſtam vr-
bem: hoc ſacrum conciliū legatus adierim· vbi ſanctitatem tuā
atq; hos venerandiſſimos ⁊ ſapientiſſimos fratres tuos: quos
videndi ſūmo deſiderio detinebar: coram intueri atq; alloqui
poſſim· Nec tñ minus oneris iniunctum eſſe mihi ſentio: cum
ego nulla eloquētia preditus: ⁊ vix vllis lr̄arum ſtudijs imbu-
tus: atq; ad hoc dicendi genus inexercitatus: ac penitus inſo-
lens; in hoc frequētiſſimo celeberrimoq; doctiſſimoꝝ hominū
conſeſſu verba facturus ſim: quoꝝ complures excellenti facun
dia inſignes: ex longinquis orbis terrarū partibus ad offeren-
dum atq; exhibendū Sanctitati tuę obſequiū: a regib⁹ ac prin-
cipibus ſuis miſſi conflu xerunt· Quamobrem nō parua mihi
dubitatio ſuboritur: ⁊ vtrū hoc munere gaudere: an potius cō-
triſtari debeam neſcius: huc atq; illuc mētis incertus agor: ve-
reorq; cum maximis de rebus orationem hic habiturus ſim: de
te ſcilicet: quem chriſti vices in terris agentē: ⁊ videmus: ⁊ con
fitemur: ⁊ colimus· Vereor inquā: ne quid maieſtate tua: ⁊ hu-
ius eruditiſſimoꝝ virorum coronę cultiſſimis aurib⁹ indignū
mihi excidat: quod oēm voluptatem meā quam venerabilis ac
iucundiſſimus conſpectus veſter nobis affert: animo perturba
re poſſit· Sed tātus eſt amor meus in optimū ac magnanimū
ducem meū Herculem: tanta eſt obſeruantia ⁊ fides: ut nihil
tam arduū: nihil tam difficile excogitari poſſit: modo ad eius
beneficiū ac dignitatem ſpectat: quin ego illud omni ſtudio ac
diligentia protinus aggredi atq; exequi contendā· Accedit ad
hoc beatiſſime pater tua ſingularis humanitas: ⁊ incredibilis
ac prope inaudita manſuetudo: veſtraq; venerādiſſimi patres
ſūma benignitas ⁊ ſapientia: quos ego attentiſſime audiētes

in me oꝛa cõuertiſſe animaduerto· Quibus inducoꝛ ut ſperem
me facile a vobis veniam impetraturũ: ſi ea quę a pꝛincipe nr̃o
nobis mandata ſunt: a me/cui parere neceſſariũ fuit: foꝛtaſſe
minus eleganter ac min⁹ oꝛnate ꝙ̃ hic locus ⁊ rei dignitas po/
ſtulabat/explicabunt̃· Nos igitur Innocenti Octaue pontifex
maxime: nos inquã Ferrarienſes tui ad te venimus: ab Illu/
ſtriſſimo pꝛincipe nr̃o filio ac ſeruo tuo dilectiſſimo: duce Her
cule: fideliſſimo apoſtolicę ſedis vicario miſſi: ut eius nomine
ſacratiſſimos pedes tuos cũ omni officioſa veneratiõe pꝛimũ
exoſculemur atq; adoꝛemus. Deinde ut in iſta tui pontificatus
electione tibi atq; vniuerſę chꝛiſtianę religioni plurimũ gratu
lemur· Quę cum anno ſuperioꝛe ob ingentem iacturã ex interi
tu clementiſſimi ⁊ ęterna cõmendatione ꝓſequendi Sixti pon
tificis factam: grauiter pturbata ⁊ afflicta fuerit: te poſtea talẽ
tantũq; ſucceſſoꝛem ac rectoꝛẽ feliciter ſit adepta: in cuius egre
gia virtute dei populus merito ꝯquieſcere ac bene ſperare poſ/
ſit· Necnõ ut tibi referamus eum ipſum Herculem pꝛomptũ ac
paratũ eſſe ea oĩa beatitudini tuę pꝛ̃ſtare: quę tu ipſe ad verã
fidelẽq; obedientiã pertinere arbitrat⁹ fueris· Poſtremo ut vo
bis pꝛudẽtiſſimi atq; omni laude digni patres: ingentes gr̃as
agam⁹: qui celitus inſpirati hũc ſapiẽtiſſimũ religioſiſſimũq;
pꝛincipẽ ad Romanę ſedis molem ſuſtentandã: veſtro ſolertiſ/
ſimo iudicio eligendũ cenſuiſtis: ſũmaq; rõne ⁊ magno cõſilio
electũ ingenti cõcoꝛdia ꝯfirmaſtis. Nihil certe duci nr̃o: qui ⁊
pꝛudẽtiſſim⁹ ⁊ iuſtiſſim⁹ eſt: ac tibi omnino beatiſſime pr̃ de/
ditiſſimus: nihil inquã aut gratius aut optabili⁹ euenire po/
tuiſſet: ꝙ̃ ut Romana ſedes ad gubernãdos greges ſuos te pa
ſtoꝛem adipiſceret̃: quẽ ipſe iam pꝛidẽ Neapoli adoleſcẽs: cum
tu quoq; ĩ ętate iuuenili adhuc eſſes: apud magnanimũ ⁊ gloꝛi
oſiſſimũ regẽ Alphonſum viderat ⁊ cognouerat: ⁊ ob pꝛęclarã
patrię generiſq; nobilitatẽ: atq; ob inſignem moꝝ elegantiã: ⁊
egregiã pꝛęſtãtis ingenij ꝓmptitudinẽ ſũmo ſtudio dilexerat·
Deinde virũ iam factũ ⁊ religiõis honoꝛe inſignitũ: fama late

de tuis clariſſimis virtutib⁹ crebꝛeſcẽte: mirũ ĩ modũ amauit:
coluit: venerat⁹ eſt· Et cum te doctiſſimũ: integerrimũ: bonoꝝ
oĩuꝫ fautoꝛẽ: maloꝝ hoſtẽ acerrimũ: fidei nr̃ę pꝛopugnatoꝛẽ: ac
defenſoꝛẽ eximiũ intelligeret: in eã demũ opinionẽ venerat: ut
te beati Petri: qđ vitę laudatiſſima ratio pollicebat̃: qñq; ſuc/
ceſſoꝛem futurũ: ⁊ ſibi ꝑſuaderet: ⁊ cuperet· Illi⁹ igit̃ opinioni
⁊ voto cum deus optim⁹ maxim⁹ eccl'ię ſuę atq; oĩbus populis
preſidio ꝛ Jtalicam pacem quoad licuit ꝛ patrimonium beati
Petri conſeruauerūt. Hiis tot tantiſq exemplis motus pater
ſancte ſapientiſſime animaduertiſti Venetorum principatum
Romano pontifici pluribus rationib9 ꝙ aptiſſime cōueniř
quod illis preſides electione prouebatur: Juſtitia: cōſilio ꝛ le
gibus utitur. Jn religiōe chriſtiana ꝛ orta ceperit: ꝛ incremen
tuz pacis artibus nō minus ꝙ bellicis ſit auctus. Ex celitib9
Marco glorietur patrono: qui diſcipulus ꝛ interpres Petri
quod audierat ipſum referentem rogatus Rome a fratrib9
euāgeliū ab eodez Petro poſteā probatū cōſcripſit. Anim
aduertiſti inquam Venetorū principez maximo difficilimis
temporibus eccleſie Romane vſui fuiſſe: ſiue contra barbaros
ob religionem tutandam: propagandamue: paratiſſimis claſſi
bus vt ſub Calixto ſecundo· Clemente·iii· Jnnocentio item
tertio ac Clemente.vi·pluribuſq aliis pōtificibus: ſiue inter
latinos ob apoſtolici throni dignitatem conſeruandam augen
damue: ꝛ eccleſie ditionem pacificandam maximis opibus in
ſtructiſſimis exercitibus: deuotiſſimiſq fauoribus Jpſi enim
vt ita dixerim parietes loquuntur quid egerint Veneti i con
ſilianda pace ingenti cū eccleſie honore inter Alexandruz.iii.

a quo innumeris priuilegiis ſunt decorati et Federicū primū eiuſdem pōtificis perſecutorē. Notum eſt q̄ acerrime tutati ſunt partes Gregorij. viiii. cōtra Federicū ſecundū Romane eccleſie rebellem. Nō ignotum quibus officiis Innocentiū ſextum ſiue eius legatū Egidium Cardinalem vnacū religõ ſociis i recuperandis eccleſie ciuitatibus fuerint proſecuti. Nō opus eſt referrẽ nouiſſima quo ſtudio: quibus opibus: quibus auxiliis Eugenij. iiii. Pauli ſecundi et Sixti. iiii. federa ſint venerati. Merito igitur hos ſe tibi offerentes: vt reliquos veluti cortina cortinam traheres ad vniuerſalem cōfederationē conſtituendam ſanctiſſimo tibi federe cōiunxiſti. Ex quo: cum vberrimos pacis ꝛ tranquillitatis quam omni ingenio ſtabilire conari: fructus prouenturos omnes qui recta ſentiunt: certiſſime ſperent: nō minori propterea gaudio perfundimur: [illegible] hanc ſanctiſſimã tuam cum venetis vnionem: quam iuſtus ille ꝛ timoratus Simeon: quē i euangelijs ſolennitatis hodierne celebratū audiuimus: Exultauit videns diuinam humanamq̃ naturã in vnam chriſti cōuenisse pſonam: vt ſecundū Pauli ad coloſſenſes verba: ſiue que i celis ſiue que i terris ſunt pacificaret. Ideoq̃ ſicut ille deū benedixit ꝛ ait Nunc dimittis ſeruū tuū domine ſecundū verbum tuū in pace: quia viderūt oculi mei ſalutare tuū: Sic nos tibi imortales gratias agentes ſempiternaſq̃ laudes tuas predicantes optamꝰ: vt poſt hanc temporaneã: quam nobis paraſti: ꝛ roboraſti pacem per eã eternū illud ſalutare videre illoq̃ frui valeamus. Quod eſt benedictum in ſeculorum ſecula. Amen.

# MAHVMETIS MAGNI TVRCI EPISTOLAE.


| | | |
|---|---|---|
| 1. | Turcus Zancaſſano Regi Perſarum. | Pagina 14. |
| 2. | Scancaſſanus Turco. | Pag. 14. |
| 3. | Turcus Scancaſſano. | P. 14. |
| 4. | Scancaſſanus Turco. | 15. |
| 5. | Sexuarez Turco. | 15. |
| 6. | Turcus Sexuarez. | 4. |
| 7. | Soldanus Turco. | 4. |
| 8. | Turcus Soldano. | 5. |
| 9. | Turcus Pontifici Romano. | 5. |
| 10. | Pontifex Romanus Turco. | 5. |
| 11. | Turcus Pontifici Romano. | 6. |
| 12. | Pontifex Romanus Turco. | 6. |
| 13. | Turcus Venetis. | 7. |
| 14. | Veneti Turco. | 7. |
| 21. | Turcus Grecie Magiſtratibus. | 7. |
| 16. | Grecie Magiſtratus Turco. | 7. |
| 17. | Turcus Venetis. | 7. |
| 18. | Veneti Turco. | 8. |
| 19. | Turcus Genuenſibus. | 8. |
| 20. | Genuenſes Turco. | 8. |
| 21. | Turcus Naxijs. | 8. |
| 22. | Naxij Turco. | 9. |
| 23. | Turcus Corcyrenſibus. | 9. |
| 24. | Corcyrenſes Turco. | 9. |
| 25. | Turcus Regi Ciprorum. | 9. |
| 26. | Rex Ciprorum Turco. | 9. |
| 26. | Turcus Methonenſibus. | 10. |
| 27. | Methonenſes Turco. | 10. |
| 28. | Turcus Coronenſibus. | 10. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 29. Coronenses Turco. | 11. | | 58. Turcus Illiricis. | 17 |
| 30. Turcus Florentinis. | 11. | | 59. Illirici Turco. | 17 |
| 31. Florentini Turco. | 11. | | 60. Turcus Rhodijs. | 17 |
| 32. Turcus Ponticis. | 11. | | 61. Rhodij Turco. | 17 |
| 33. Pontici Turco. | 12. | | 62. Turcus Rhodijs. | 18 |
| 34. Turcus Cretensibus. | 12. | | 63. Rhodij Turco. | 18 |
| 35. Cretenses Turco. | 12. | | 64. Turcus Epiris. | 19 |
| 36. Turcus Chijs. | 12. | | 65. Epiri Turco. | 19 |
| 37. Chij Turco. | 12. | | 66. Turcus Dalmatis. | 19 |
| 38. Turcus Epidauris. | 12. | | 67. Dalmatae Turco. | 20 |
| 39. Epidauri Turco. | 13. | | 68. Turcus Appulis. | 20 |
| 40. Turcus Nauplensib9. | 13. | | 69. Appuli Turco. | 20 |
| 41. Nauplenses Turco. | 13. | | 70. Turcus Brundisinis. | 20 |
| 42. Turcus Pannonijs. | 13. | | 71. Brundusini Turco. | 21 |
| 43. Pannonij Turco. | 2. | | 72. Turcus Syracusanis. | 21 |
| 44. Turcus Macedonib9 | 2. | | 73. Syracusani Turco. | 21 |
| 45. Macedones Turco. | 2. | | 74. Turc9 Italię Magistratib9. | 21 |
| 46. Turcus Asiaticis. | 2. | | 75. Italię Magistrat9 Turco. | 22 |
| 47. Asiatici Turco. | 2. | | 76. Turc9 Regi Ferdinando. | 22 |
| 48. Turcus Bithinijs. | 3. | | 77. Rex Ferdinand9 Turco. | 22 |
| 49. Bithinij Turco. | 3. | | 78. Turcus Siculis. | 23 |
| 50. Turcus Delphicis. | 3. | | 79. Siculi Turco. | 23 |
| 51. Delphici Turco. | 3. | | 80. Turcus Alexandrinis. | 24 |
| 52. Turcus Pergamenis. | 3. | | 81. Alexandrini Turco. | 24 |
| 53. Pergameni Turco. | 16. | | 82. Turcus Tartaris. | 24 |
| 54. Turcus Mithelenis. | 16. | | 83. Tartari Turco. | 24 |
| 55. Mitheleni Turco. | 16. | | 84. Turc9 Atheniensib9. | 25 |
| 56. Turcus Amazonijs. | 16. | | 85. Athenienses Turco. | 25 |
| 57. Amazonij Turco. | 17. | | 86. Turcus Thebanis. | 26 |
| | | | 87. Thebani Turco. | 26 |
| | | | 88. Turc9 Lacedemonijs. | 26 |
| | | | 89. Lacedemonij Turco. | 27 |

De Hermafrodita per D. Ant. Panormit. Decasticon. 27.




Laudinii Equitis Hieroſolimitani ad Francinum Beltrandum comitem in epiſtolas magni Turci prę facio.

Piſtolas a me nuper in lucem editas:ad quē potiuſ mitterem Francine:quaꝫ ad te:habui neminem·in quibus non tam mihi laus ſcribendi:ꝙ uoluptas queſita eſt.Nam cum mei gratia colligēdi Cicianum Campanie oppidum ſeceſſiſſem:has quidem per ocium minus accurate ſcriptas edidi. vt et tibi ſollicitudinis & ſtudiorum rationem non inuito redderemus.Cōmentarios vero:quos olim ad ſummum pontificem ſcribere agreſſus fuerā: vt in aliud tempus remitterem:ſuſcepti operis magnitudo effecit. At ſcio me tamen in hac re multoruꝫ maledictis exponere. Adeo peruerſa hominum ingenia ſunt: vt nemo ex conſcientia recti ſed frontis arbitrio quiſqꝫ iudicet.Sic vbi iam pridem verum amiſimus:hoc đ me poſteris iudicium relinquo. Nunc pueri naſum rinocerontis habent.

Argumentum epiſtolarum.

Maumetes Turcorū Imperator:cui poſtea ex magnitudine rerum geſtarum magn9 Turcus cognomēto fuit:Cum Aſia potiretur:auctis paterni regni viribus:in Europam copias ingentes per Eleſpontuꝫ claſſe traiecit:quibus mox Bizancium nobiliſſimam Conſtantini vrbem vi captam expugnauit. Miſſiaꝫ vero vtramqꝫ Galathas:Thraciam:Achoraꝫ:Peloponeſſum:Acarnanes:Etholos:Ambrachiā:Epyrū.

Pro reliquis transi ad paginam ab hinc 14, tali asterisco * sigilatum.

uiribꝰ aīos gerūt:ſp affuit in bello temeritas.

Pannonii Turco.

43 Nec belli a te cōſilia:nec armoꝝ qbus oppugnamur rōnē ab hoſte exigimꝰ.ſatis prudentię qdē gerendis rbus hre exiſtīant:qui uirtute aī & conſtantia uictoriā ſibi cū laude peperūt. Turcꝰ macedonibꝰ.

44 Legati ad me uſa mandata ꝑ tulere:qbꝰ nos ad odium potius q̄ ad grām ꝓuocaſtis.vos.n totienſ uictoſ & ſupplices decere magis uideb atur pacis conditōeſ recipe:q̄ auferre īpudentius.turpe qdem ē calamitatibus affectos ſupbe cū victoribus agere.

Macedones Turco.

45 Nulla tecū nobis ex equo pax eſſe pōt:qui tueri pñię libertatē ſtudeamus:tu uero armis impiū q̄rere. nec tamē niſi cōſtanter & īgenue de repu.loqui poſſūꝰ q pulchriꝰ libertate nihil apđ hoīes eē ducimꝰ.hoc tamē cōe tyrānis uiciū ē:ut graui ſp odio liberas ciuitates inſequantur. Turcus Aſiaticis.

46 Oratores uñ apud ʒiʒicū legatōnē expoſuere. quibꝰ re nobis hoſtes:uerbis quidē ſocios ad arma oſtēditis.aut igr̄ naues lōgas q̄ pmū nobis ſubſidio mittite:aut bellū eligatis.neqꝫ.n.uerbis ſemꝑ aīcoꝝ uolūtas:ſꝫ cū facto opus ſit tamē maxīe rebus đclarāda ē.

Aſiatici Turco.

47 Quod multa corā per legatos pollicēur:re āt perpauca exhibemus:alteꝝ grati quippe aīmi eſt:alteꝝ īnopię aſcribendū.mūera uero ad te per mearchuꝫ miſimus:q̄ ſi tuiſ aīs fortaſſe miora uidebūtur:nr̄iſ tamē

uiribꝰ



uiribus maiora fuiſſe exiſtīabis.

Turcus Bithiniis.

Nec ad belli vſū naues:nec pecūias ī tpe miſiſtiſ.tarditatē igr̄ uſam accuſamus.videte obſecro:ne nobis īfēſi reddātur:quos per neglīgētiā cōtēnere uidemini.pſtat.n.volūtaria ſemper ī hoſtes arma ſumere:q̄ poſt multos ad bellū cogi. Bithinii Turco. 48

Naues ex oī nūero.xx.nuper incēdio conſūptas amiſimus.reliquę uero ad maleam partim illiſę ſcopulis:partim etiā abſorpte profundo in hoſtiū cōflictu perīere.pecūias vero omnes belli diuturnitate exhauſimus.ignoſce igitur tot fortūę calamitatibus affectis nulla.n.liberalitate vti poſſunt:qui extrema reruꝫ inopia laborant. Turcus Delphicis. 49

Nec apollinuſ veſtri oracula:nec medicię auctor eſculapius vos omnino ab inſania liberarent:qui rē adeo incōſulte geſſiſtis:ut ne minerua quidem iþa cōſiliuꝫ uobis in tanta dementia afferre queat.nā corporis ſepe lāguores ope adhibita curantur:morbo quidem animi:uis nulla mederi poteſt. 50

Delphici Turco.

Sapientia quidē a rebuſ gerendis plurimū diſtare videt̄.nobis tamen quod & mediciſ plerūqꝫ euenit:qui alioꝝ morbos ad ſanitatem perducūt:ſibi vero neq̄quam medentur. Turcus Pergamenis. 51

Expeditionem aduerſū Euboicos pergameni ſuſcepimus. Vos ideo nobis ad Marathonas occurrere iuſſimus.vt qui veſtram ſemper erga me fidem 52

opportuna/ pag 16

metatorib9 ĩpedimẽta ſecuti ad ſex milia referunt. arma etiã cuiuſcq generis ad vſus caſtroꝝ affirmãt. galicos toraces: numãtia hiſpanoꝝ ſcuta: latias ocleas: ſagittas cydonũ cretẽſes: arc9 pticos: & egiptioꝝ ſariſſas. Hec tibi oĩa p ſpeculatores noſtroſ q̃ diligẽtiſſime cognita nũtiam9. Quis. n. aduerſ9 eũ temere qcquã audeat: q cũ dis ipſis de ĩperio certare uideatur. aut qſnã rebus ſuis cõſulere nõ curet ſedulo ob ĩcuriam faciliter pituris.

Turcus Sexuari.

6 Que nobis d̃ appatu zancaſſãi p legatoſ ſignificaſti multũ quidẽ noſtrorũ aĩos auxere. quibus ad diripiẽda hoſtiũ caſtra ſpes longe melior ac belli fiducia acceſſerit. pellices uero gẽmas atq exercituſ ornamẽta nihil ad victoriã cõferre exiſtio: que cũ hoſtibus ĩpedimẽto ſint: noſtrorũ potius aĩos ad p̃dã accẽdere uidẽtur. Nec tamẽ d̃ appatu regio nec deliciis contẽdimus: ſʒ d̃ victoria ac militũ uirtute quibus regna pari ſolẽt. copias adeo ĩnumerabiles facile cõtẽnimus. Impita. n. multitudo ad fugã promptior ẽ quam ad uictoriam.

Soldanus Turco.

7 Cũ tot uſq victorias rerũ geſtarũ magnitudinẽ ipſe de te audiã: nulla quidẽ ratione ſatis adduci poſſum: hec uel tua uel militũ uirtute geri: ſʒ fortũa profecto que in oĩ re dominatur. necq tamẽ ipſe tuis laudibus ĩuideo. Quis. n. virtutẽ etiam in hoſte non probet: Sʒ ea quippe ẽ rerũ hũarũ ĩbecillitas: ut niſi cũcta fati neceſſitate regantur: fortunę potius oĩa ludibrio expoſita ſint: q̃ uel prudẽtia hoĩm aut conſilio recte gu

berna



bernari queant.

Turcus Soldano.

8 Lõge quidẽ aberras: ſi eos qui reſ cõſulto agũt: fatiſ oĩa credere exiſtias. uirtus profecto nũq̃ fortũa regitur: ſʒ rõ ipa animi eſt: q̃ in cũctis domĩatur. & q̃ ceteris aĩantib9 ad eos propius accedam9. Tu uero tamẽ eoꝝ q̃ tot ac tãta geſſi9 rõnẽ accipe. ſi nobis ſpeculatores & uigiles nõ deſũt: ſi nobis etiã mileſ ueteran9 adeſt. ſi tyro quis ex oĩ nũero delect9. ſi p̃terea exercit9 ingẽs uĩcere aſſuetus: uici uero nũq̃ʒ: & q lõgas hyemes ſub pellib9 duriſſie agat: ac maxĩs itinerib9: piculis: laborib9 & uigiliis terra mariq expoſit9 ſit. nullaq belladi ĩtermiſſiõe fatigat9: & cuius acies nũq̃ʒ loco ceſſerit. ac nẽo pedẽ referre audeat. & q frigoris: eſtus: ac ĩedie patiẽtiſſimus ſit. nec fract9 in aduerſis: nec ĩ ſecundis elatus. & q mala poſtrẽo oĩa uirtute ſupauerit: & lõginq̃ domo militia tot ĩnumeras orbiſ gẽtes & ĩcredibileſ ſepe hoſtiũ exercitus fuderit. cuius & ipe gr̃a vniuerſi pene oriẽtis impator cõſtitut9 ſũ. Si hęc igitur oĩa fortunã vocaſ: et caſu euenire: fateor cũcta equidẽ fortũe ludibrio agi.

Turcus Pontifici Romano.

Corinthũ Achaię nobiliſſimã: etholos: Acarnanes: 9
Macedoniã atq oẽʒ Peloponeſſũ armis ĩuaſim9. vicos p̃terea: agros: & oppida late incẽdio d̃populati: vt mox in italiã bellũ trãſferamus. hec tibi oĩa cũ ſũmo xp̃ianoꝝ metu ac detrimento nũciamus.

Pontifex Romanus Turco.

Qd̃ gręciã omnẽ ferro igneq vaſtaueris: nõ taʒ cru 10

deli

.delitatē in hac re tuā:q̄ tot vrbiū dirreptiones ulciſci
pamus·neq; etenim victor hoſtibus ignoſcere pote/
ras:qui tuis etiam īmanitate ſcelere ac libidine nūq̄;
pepciſti.nec eni; piū faſue quicq̄ apud hoīes eſſe po
teſt:cui:neglecta religiōe:deus in contemptu ſit.nos
tamen uero nullū a te bellū in italia metuimus.facile
enim ſcelerata hominū arma contempnit: qui dei nu
mine ac p̄ſidio tutus eſt. Turcus Pōtifici Ro·

11 Fruſtra p deos īmortales nobiſcū agiſ:qui nec tecū
de pietate:nec de religione:nec iuſticia:ſed de impio
contendimus·vter armis victor extiterit:iuſtior eidē
belli cauſa debebitur·crudelitatem uero:ac etiam ſce
lera:quę duo nobis grauiſſima obieciſti:ideo in cap/
tiuos exercemus:ut eū eſſe me re quidem expiantur:
quem verbis homines predicant.

Pontifex Romanus Turco·

12 Et ſi tecū nobis iuſtiſſima belli cauſa eſt:non pari ta
men ſcelere:uel etiam ipſa libidine regnandi:ſed pro
tuenda hominū libertate arma ſumpſimus·quis eni;
mores tyranni perditiſſimos ęquo animo ferat:nāq;
quod plerūq; in ceteris uſu euenit:ut uel metu uel o/
dio:nonnūquam etia; ira in ſubditos acerbiores red
dantur·ipſe omnibus ſponte immanior eſ:qui crude
litate potius q̄; victoria gloriaris·ac ea tanquam pa
rum ſit admiſiſſe·captiuis etiam ſemper calamitates
exprobaſti·meritas igitur penas exſolueſ.vltor enim
ſcelerū deus:uidicte tarditatē ſupplicii grauitate com
penſat. Turcus Venetis.

Ad



Ad patras ingenti cū exercitu veni·uidi· & uici· hęc 13
uobis cū maximo rei publicę detrimento nunciamus

Veneti Turco·

Nec belli uſu:nec uirtute militum:ſed nos fortūa ad 14
patras ſuperaſti:quę cum minime ſit in poteſtate ho/
minum ſita:eandem ipſe rerum uiciſſitudinem: qua
nunc leuiſſime omniū ſtolidiſſimus gloriariſ expecta
parum enim laudis uictoria habet:in qua plus fortu
nę ludibrio actum eſt:quam hominū uirtute ſeu con
ſilio prouiſum.

Turcus Gręcię magiſtratibus.

Non pigebit uos tandē ab armis diſcedere:quos to/ 15
tiens a me victos acie:bellum adhuc reparare audio
victoreſ.n.arma decet inferre.victos quidem obtem
pare legimus·tutius igitur eſſe uobis ducimuſ ęquaſ
pacis conditiones accipere:quam ſi rurſū a me bello
ſupati :pacem ſimul & arma ammiſeritis. nam ſera
nimis eſt:poſt cladem deliberatio.

Gręcię magiſtratus Turco·

Nec prius ab armiſ diſcedem9:q̄ tecū bello cōgreſſi 16
propulſeus īiurias:qb9 nos abſte victos fuiſſe totiēs
tua ex demētia gloriaris·dubios.n.reꝝ eūētus:& cō/
munē belli fortunā non ignoraſ·pacē vero quā ut vic
tis obtuliſti recuſam9·mie qdē rei gerēdę cōſilia apđ
hoſtes q̄renda ſunt. Turcus Venetis.

Claſſe veſtra:quam ad belli naualis vſum maxima; 17
comparaſtis:Litie maritima infeſtari audio: ac vos
late regni mei fines depopulatos: Athaliam Pam/
philię

phılie vrbē armiſ circūſedıſſe.videte obſecro quos tā
dē exitus hec habitura ſint.aliena temere oppugnat:
q egre ſua bello tueatᷣ.vos nāq; poſt amiſſā calcide3
ſeruare potı9 rēpub.ac noiſ dignitatē ꝯtinere oportet
q̄ armis impiū q̄rere. Veneti Turco.
18 Nec peloponeſſus nec calcis eq̄dē ipē iā p̄dē bello a-
miſſe:nos ab oppugnatiōe ꝑterrēt:q̄s nō ipa uirtute
militū nec viribus expugnatas:ſ3 facta nr̄oꝝ dediti
one ī ꝑtātē ꝯdegiſti.nos tamē q nō armis pſidiā:ſed
victoriā q̄rimuſ:oīa tuiſ īfeſta mari ac terra claſſe red
didimus.nec.n.ad generoſi ꝓ̄cipis aīos uirtute acce
dit:q nō iure belli captas urbes:ſ3 inſidiis proditas
in deditiōnē accepit. Turcus Genuenſibus.
19 Audio menedoꝝ vr̄os apd̄ ciues graui mei nois cō
tumelia ſepe cōtionari:tāq̄ nos iniuria aliq̄ maledicē
do afficiat.erratis uehemēter.nō.n.maledictis uobiſ-
cū:ſed armis contēdimus.atq; is de ſe facile rumoreſ
in hoſte cōtēnit:q regnādi libidine nullā iā p̄dē apd̄
hoīes īfamiā declinauit. Genuenſes Turco.
20 Nec patrū auctoritate menedorus:nec vrbis d̄creto
ciues te nr̄i probris oībus inſectantᷣ:ſ3 p̄uato quodā
& īexpiabili odio:quo tibi oēs ad iniuriā prouocaſti
nos uero nō maledictis iniurias:ſed armis propulſa-
mus.paꝝ tamē noſtra ſnīa rei conducit:qui de te fe-
rantur ī contionibus rumores.nullam quidē honeſti
rationem exigit vitę male acte turpitudo.

Turcus Naritiis.

21 Dementiā ueſtram:non belli metū accuſamuſ naritii:

qui



qui a me uobis arma ultro inferri pſuaſi eſtis:tanq̄3
nūc ſibi in mures p̄dam leo meditetur.nō pudet uos
igitur culices in elefantem confligere.

Naritii Turco.

Vtinā uilis p̄dę naritios cōtēneres:ipi.n.ad uires pa 22
rū tuas reſpiceremus. ſed nobis ignoſce tot mala in
hoſte ꝑpeſſis.nos quidem p̄terita:futuroꝝ rationem
habere compellūt. Turcus Corcyrēſibus
Faſſi mihi eſtis īiuriā corcyrēſes:q ambrachię fines 23
& late acarnanū agros depopulati:oīa in p̄dam diri-
puiſtis.cū tamē ipē uobis totiēs antea ignouiſſē.ſ3 q
p̄us īiurias ītulere:grauiores ipi expectēt neceſſe eſt

Corcyrenſes Turco.

Erras uehemēter:ſi nos tibi faſſos iniuriā tantū exi 24
ſtimas.nec tuoꝝ cladeſ & belli d̄trimēta intuliſſe.noſ
id̄o aduerſū te p̄us arma ſūpſimuſ:ut grauiora in ho
ſtē moliamur.neq;.n.tyranni crudelitatē ferre ęquo a
nimo poſſumus:qui nullo imanitatis ſcelerū ac libi-
dinis genere ommiſſo:vim omnibus attulerit.

Turcus Regi Ciprorum.

Ad kalendas ſextiles cū exercitu in ciliciam ꝑueni: 25
ut tharſiam vrbē opulentiſſimam expugnarem. lupū
vero claſſiſ tue legatū:non longe a phreatis captū oc
cidimus.tu igitur:qui paternū regnū adeptuſ es:nūc
fortūę leuitatē metue.nihil in hūanis rebus diuturnū
atq; idem fęlix eſſe poteſt. Rex ciprorū Turco.
Cū bello ciprū repetere3:nullis paterni regni viribus 26
hoſte3 ad Ceraumia vici:qui tūc meorū ope d̄ſtitutuſ

apud

apđ carraſ exulabã·mox tamẽ inſulã ꝑua manu ĩgreſ
ſus:ĩcredibiles hoſtiũ copias ſuꝑaui.ut me qdẽ oẽs
Euagorã anteiſſe ꝑdicarũt·nos igitur oĩa cõſulto ge
rimus:ac militũ uirtute·nec tã bene geſtis gloriamur:
q̃ȝ futura prouideamꝰ·tibi uero ꝑſertim fortũa longe
metuenda eſt:qui tot reꝝ ſucceſſibus ac nimia uſus
fęlicitate uidearis·nã oĩa fatis cõmittere:nõ tã homi/
ni incertũ eſt:q̃ȝ ſepe temerarium·

Turcus Methonenſibus·

26 Nec vrbẽ ueſtram methonenſes oppugnare:nec ta-
men ab exercitu noſtro tutã eſſe volumus:donec bel
li diuturnitate:ciues in odiũ arma uerterint·ſic·n·uali
tudine ſemꝑ aduerſa laborantibus:mors nempe lan
guoris tedio exoptatior eſt:quam uitę longitudo·

Methonenſes Turco·

27 Parui ſiqdem ſꝑ arma fecimus:quę ignauis terrorẽ:
fortibus vim nullam afferant·tu tamen eſſe de nobiſ
ſollicitus deſine:qui ſine hoſtiũ conſiliis:aduerſa prę
ferre didicimus·ſcito ꝑterea nũq̃ arma in odiũ uerti:
quibus aduerſus tirannũ patriam libertatem ꝑentes·
ac liberos egregii ciues tueantur·

Turcus Coronenſibuſ·

28 Nõ pudet uos coronẽſes ter ad mantineã acie ſupa
tos vires & exercitus repare·an ne ideo bellũ ſꝑ ge-
ritis:ut vinci totiens ſero peniteat·ſi uero pacis obti
nendę gr̃a in nos arma ſũpſiſtis:timori vr̃o ignoſciꝰ
Si rebus afflictis uĩcẽdi ſpe:inſaniam accuſamus·

Coronenſes Turco·

Qui



Qui bellũ totiens in hoſtes moliũtur:hi ſe quidẽ pa 29
cis ſtudioſiſſimos longe omniuȝ declarant· pax uero
nulla:ciuibuſ aut ſecuritas reddi poteſt:niſi pugna cũ
hoſtibus cõmiſſa·naȝ belli ſꝑ et pacis arbitria in uic
toria poſita ſunt·

Turcus Florentinis·

Mercatores veſtri:qui galathis & in ponto negoci 30
anẽ:ad nos theſſalonicę oratum miſere·vt illis vecti
galia a publicanis & cõmeatꝰ omnes liberi eſſẽt·nos
igitur:quibus nihil pulchrius eſt:quam in amicos li
beralitatem oſtendere:ueſtros ciues libertate dona/
uimus·nam qui benemeritis de ſe beneficium contu
lit:is non tam aliquid exhibere:quam referre gratiaȝ
videtur·

Florentini Turco·

Beneficiorũ magnitudine a te profecto ſuperamur: 31
gratitudine uero animi nequaquam·nam dignum te
aliquid in ciues noſtros contuliſſe:id quideȝ multiſe
cimus ſemper·at nos uero maiora tibi uiribuſ referre
pluris hoc eſſe ducimuſ·non enĩ magnitudine rei be
neficium:ſed voluntas animi officio penſanda eſt·

Turcus Ponticis·

Naues onerarias:quibus ueluti propugnaculis ma/ 32
ria infeſtabantur:captas in Egeis ad uos remiſimuſ
neq; tamen per deos immortales ut aliquid ad grati
am contuliſſe uideamur:nobis multo quippe glorio
ſius eſt liberaliter in omnes plura conferre:quam ac/
cipere·

Pontici

Pontici Turco.

33 Liberalitate in oēs vti: qd hercule aliud ē: q̄ʒ hoīm gratiā promereri: tu vero nauib9 ad nos remiſſis ex hoſtib9 iā ꝑdem: nūc belli ſocios reddidiſti. adeo pulchrū eſt iniurias in gratiam commutare.

Turcus Cretenſibus.

34 Turpe qdē nobis ē cretēſes aīciciā colere in q̄ bellū potius aduerſū nos q̄ pacē oſtēditis. ſʒ videte q̄ſo: ne vobis temerariū ſit: eoſ mox ut hoſteſ formidaī: quoſ ꝑus ſocios nullo iure ɔtēpſiſtis. multos eni ſepe conatus ſui penitiut.

Cretenſes Turco.

35 Et vī ui r̄pellere: ac dolū dolo nectere: nobis ſp maioꝝ inſtituto licuit. neq̄ tamē aīciciā violamus: ſi inimicoꝝ iniurias vlciſcimur. ſʒ quo nam pacto tu a nobis fidē exigis: quaʒ ipē nemini vnquam pręſtitiſti.

Turcus Chiis.

36 Tributa uobis chii r̄miſi9. nā cū vroꝝ erga nos meritoꝝ magnitudinem r̄ſpiceremus; uos qdem eſſe iuſ ſimus īmunes. nō. n. ab amicis pecūię: ſed fides exigēda eſt.

Chii Turco.

37 Nō qđ ꝑ tua erga noſ liberalitate optauius: id. n. votis mīe aſſeq̄remur: ſʒ qđ valuim9 g̃ras tibi īmortales habemus in poſterū hoc nobis tamē ſolatio eſt: qđ facultate ab amicis non liberalitate uincimur.

Turcus Epidauris.

38 Abideos Phriges & Dardanos maris antea praedones nunc claſſe ad Milas interceptos: ac variis cruciatibus enecatos audio. Id quidem a vobis iure



iure belli factū exiſtiari. liburnicas tamē ac biremes īcendio abſumpſiſſe turpiſſimū duci9. nō. n. bellū vobiſ cū nauib9. qd vero ſentiāt: ſʒ cū rectorib9 ſuiſ gerendū eſt.

Epidari Turco.

39 Et piratas iure belli captos & liburnicaſ īcendio abſumpſimus. Illos vero ꝙ nos ſepe īcurſioībus īfeſtarūt. has quidē ꝙ latrōes finib9 noſtris īuexerāt. par ergo duxīus naues cū rectoribus ſuis īcēdere: q̄ predā noſtrorū ac ſpolia in aſiā auexiſſēt. arma. n. q̄bus oppugnantur pro hoſtibus habenda ſunt.

Turcus Nauplenſibus

40 Nō ceſſabitis ab iniuria nauplēles: q̄ fines acheoruʒ īgreſſi: multos qdē mortales crebris excurſioībus in ꝑdā adduxiſtis. Quo pacto. n. fieri pōt: ut qui metu clauſi ꝑmātur obſidiōe victoris agros & oppida late incēdio vaſtauerīt: ſero tamē patrię cōſulere vidētur: qui deſpatis rebus conantur extrema.

Nauplenſes Turco.

41 Et patrię ī ꝑmis ciuiū ſaluti: quibus oīa debētur vitā obiecius. aut. n. pro đfenſiōe reipublice ſalua nobiſ libertate honeſtiſſime cadendū ē: aut đpulſo tyrāni iugo: priſtiaʒ retinebīus libertatē. nihil vero pulchrius eſſe ducimus: quā pentibus: liberis: ac rebus poſtrēo oībus: patrię libertatē anteponere.

Turcus Pānoniis.

42 Virtutē veſtrā pannonii & ſi bello maximaʒ ſepe declaraſtis: plus tamē vobis īcōmodi attuliſſe: quā boni quicquam vſum didiciſtis. His vero qui maiores

viribꝰ etc. pag. reno 2.

* Epyrū:atq; oē yllyricū latus ī ptātē rdegit. Aſię vero minorſ regna circiter.xii.obtinuit.Pōtū:bithiniā:capadociā:paphlagoniā:ciliciā:pāphiliā:litia3:caria3:lidiā phrigiam:atq; oē3 Heleſpōtū:quib9 impat.Epiſtolas vero ad īnumeras orbis gētes plurias dictauit. ptī ſyro & gręco ſermōe cōpoſitas:ptī etia3 ſcytica līgua ſcriptas:q̄ſ qdē laudini9 Equeſ hieroſolimita9 eaꝝ poſt ſnīas aſſecutus latīas edidit.

Turcus ʒancaſſano regi Perſarum.

1 Audio te ad lepta3:Euphrate ſupato:copias īgētes traieciſſe:qbuſ mox pthoꝝ fineſ īgreſſus:oīa belli incēdio late vaſtaueris.ac tuoꝝ īpetu facto:exercitū in armeniā traduxiſſe.ut q̄ poſt vrbiū dirreptiōeſ:vicoſ oppida:& agros ī pdā3 militū diuiſeriſ.te qdē miror non victoris aīos:ſed pdonis oſtēdere.Nos tamē ex oī gręcia ɔlectu habito aduerſū te ɔfligere pam9.vt ęquis virib9 cū hoſte cōtēdas.turpiſſimū qppe ducimus:maxīos atq; opulētiſſimos reges latronū bella imitari.

Scancaſſanus Turco.

2 Cū ſub radicibus thauri caſtra poſuiſſē:mox ad theſiphontē oppugnādam cū exercitu magna celeritate contēdi.fines pterea armēioꝝ late ɔpopulat9:vt metu nobis oīa perēt.Quo magis miror ipe ob q̄ iure belli tot ac tanta geſſiuſ:abſ te factū meū accuſari.nō n.ex hoſte laudē:ſed victoriam q̄rimus.

Turcus Scancaſſano.

3 Ad cilicię anguſtiaſ cū exercitu puēi.quo ī loco Dariū Alexander Max.mēorabili clade ſupauit.nec aliam



liam nobis fortūam belli pollicemur:q alexandrū fęlicitate ac reꝝ geſtarū gloria ęquum9.non .n.multitudine impita res magne gerunt:ſed ī uirtute paucoꝝ victoria ſita eſt.

Scancaſſanus Turco.

Cū ad vireſ ipe meaſ rſpicio:ac magnitudinē rerū ge 4
ſtarū:quib9 deos īmortaleſ ſęlicitate ęqui:temerarioſ quidē tuos appatus minimi duco.q'n eo ſp uſus ſi3 īuictiſſimo exercitu:cuius uirtute regū fortūatiſſim9 appellarer.bactrianoſq; oēs pſas:medos:armenios: pthos:ac uniuerſū pene oriētē armiſ ſubegerī.ſoluſq; poſt alexādrū bella gētibus idixi.tu uero ſupiore loci fortūa ad cylicię anguſtias gloriari ɔſine.Indus elephas culicē nō timet.nec uero tā difficile qcq̄ ē uel arduū.qd nō ptinax militū opa expugnet.uirt9 pfecto nihil īuiū habet

Sextiares Turco.

Oratores nr̄os ad Scācaſſanū ī theſiphōtē miſim9:q 5
appatu incredibili meſopotaniā īgreſſuſ:babilonē & carras magna ui oppugnare cōtēdit.ſyriā pterea omnē & egyptū ī pdam ſibi deſtīauit.nuſq̄ adeo inumerabiles copias tāq; ingētes exercitus in vnū coactoſ eſſe memoria proditū ē.ut Gſerſi:dariū:porrū: & alexandrū magnitudine viriu3 facile ſuperarit. accedūt his milia equitum ſexcenta ac etiam totidē peditum Apparatus vero belli magnificus & locuples.tentoria vero gemmis ac etiam vario lapillorum genere diſtincta:regiam ſuppellectilem oſtendunt. Pellices in contuberniis totidem: quae pueros ultra ſeptingentos adeſſe memorant: Eunuchi preterea cum

metatorib9 etc/ reuertere ad pag̃ 4.

opportune declaraſtis:nūc etiā cū op9 ſit celeritatem
oſtēdite. Duplex illis grā debet q in dando nō ſoluʒ
beneficio liberales:ſed etiā prōptiſſimi in exhibēdo
videant. Pergameni Turco.

53 Claſſe ingenti ad bellū proficiſcitur.vt vires nō ſoluʒ
tuas augeāus:ſʒ calcidēſes forti9 oppugnētur. illis ta
mē grę nequaq̄ habēde ſūt:q cū pcſſint qđ iure de-
bent liberaliter exhibeāt.

Turcus Mithelenis.

54 Fides veſtra mitheleni & ſi omni tēpore nobis per-
fecta eſt:nūc eā tamē maxīe omniū declaraſtis:quos
quidē vrbis portaſ hoſtib9 occluſiſſe audio.nōn enī
aliorum pfidiam libenter imitamini:qui nouis ſemp
rebus ſtudent.adeo pulchruʒ uobis eſt amicicię iura
ſimul tueri atq̧ armis patriam defendere.

Mithelent Turco.

55 Bithinei:quibus extincta omīno republica ſub tyrā
nide ppetuo agenduʒ eſt:ſati9 in poteſtate vni9 eſſe
duxerūt:q̄ multoꝝ regna expiri.fidē igit noſtraʒ in
hac re nō tā probare debes:quā admirari prudentiā
nō enī eos libenter imitamur:q morbo incurabili la
borantes:multos ſibi medicos adhibēt.nullā tamen
ad crebra remedia corporis valitudinem recipiunt.

Turcus Amazonis.

56 Si pro tuēda ciuiū libertate amazoni bellū aduerſus
me ſuſcepitis:nō tā vos ipſe hoſtes iudicarē q̄ egre-
gios ciues pro pr̄ia liberis:ac pentib9 arma ſumpſiſ
ſe Sʒ nulla qdē rōe pſuaderi valem9:eos nūc viroꝝ
impeuia



impia recuſare:quos olim regna foeminaꝝ tam diu
ptuliſſe audio. Amazonii Turco.

Amazonidū regna:quę nobis ad contumeliam obi- 57
cere videris:nos minime quidem aliis parere hortā
tur.turpiſſimū enim ducimus:uiros foeminarum uir
tute ſuperari.eos igitur inuictos armiſ & principatu
digniſſimos arbitrare:apud quos etiaʒ mulieres im-
pare didicerint. Turcus Illiricis.

Nec vrbem ueſtrā armis tueri:nec diutius obſidione 58
premi ſuſtinetis.aut igit uictis legeſ accipiendę ſunt:
aut arma tyranni propulſanda.dementiū ſane eſt om
nibus ſociorum auxiliis:atq̧ ope deſtitutis:cum rei-
publice detrimento bellum protrahere.

Illirici Turco.

Cum nobis ſemp animos ad retinendam libertatem 59
affuiſſe non ignores:ſpes adhuc noſtras libenter am
plectimur.neq̧ uero in deterius labi fortuna poteſt:
ubi afflictis rebus opem afferre nequeas.

Turcus Rhodiis.

Si vobiſ eadem Rhodii quę animi eſt virium quoq̧ 60
magnitudo par eſſet:uos longe quidem omnium in-
uictiſſimos ducerem.Sed cum viris [illegible] armis pe-
cuniis & cōmeatu bella parentur:veſtram magis for
tunam reſpicere oportet:quam nos temere in pugnā
laceſſere.minime enim par ratio uidetur:hoſtem poſ
ſe animis atq̧ eundem uiribus ſuperare.

Rhodii Turco.

Et vires nobis atq̧ animos ſemper affuiſſe: multia 61
ac

ac maximis tuorum cladibus non ignoras. omniaq
ad neceſſarios rerum uſus abunde comparauimuſ:ut
non minus domi rhodiorum prudentiam quam foriſ
in bello magnitudinem animi admirere. Nos uero
& ſi armis inferioreſ ſumuſ:a te profecto fortuna:nō
uirtute ſuperamur.

Turcus Rhodiis.

62 Audio uos Rhodii nūc foſſas urbis ingentes: ac tri
plici uallo muros circumduxiſſe. port9 uero geminoſ
ad mandrachium colloſſi ferreis artaſſe cathenis: ut
ciuitas ab incurſu hoſtium libera ſit:& nos ab oppu
gnatione ueſtra deterreamur. Res profecto memora-
tu digniſſima. Quid enim pulchrius:quam libertatē
patriaz:liberos ac parentes:ſeruata re publica:armis
defendere. Sed qui tamen uobis animus eſt per deos
īmortales tam ingenti apparatu noſtris uiribus terra
ac mari obſiſtere. Poſt enim Bizantium leſbon: pelo
poneſſum:& calcidem expugnatas:uos aliarum poti
us urbium fatum decet imitari:q̄ in exemplū cladis
prebere. nam qui uiribus maiora audent: temeritatis
quidem penas ſepe dederunt.

Rhodii Turco.

63 Gręcorum nobis captiuitatē non tā cōmemorare de
bes q̄z nos aliis in exemplum uirtutis referre. qui iu
ſtiore belli cauſa meliorem quoq rerum fidutiam ge
rimus. te uero ſemel ad coum:bis etiam armis ad ca
lymnum urbem uicimus. Soldani quoq Babilonio
rum regis uireſ & arma obſeſſi profligauim9. Egyp
tiis



tiis uero Syris & phenicibus nauarchae Rhodii bel
lum ſepe intulerunt. Noli igitur aduerſum innumeras
orbis gentes uictoribus fiduciam nobis exprobare:
qui aliorum potius aduerſum te animos uirtute no-
ſtra augeamus:quam ex captiuorum cōmemoratione
terreamur.

Turcus Epiris.

Dirachium: Apoloniam: atq omne illiricum latus 64
ab exercitu noſtro infeſtari:nuper ex legatis Moloſ
ſorum cognouimus:atq uiarum anguſtias latronib9
obſideri:nichilue intra Macedoniam tutū eſſe retu
lerūt. Nos uero Epiri iam pridem latis omnia cre-
didimus. ac ius in armis experimur. quamobrem pri
ſtinae uirtutis memores decere uos magis arbitror
acceptas ulciſci iniurias:quam de hiſ fruſtra per lega
tos uerba facere. Non enī oratione:ſed bello uis ho
ſtium propulſanda eſt.

Epiri Turco.

Si nobis id quidem armis licuiſſet:acceptaſ ab hoſte 65
iniurias ulciſci mallemus:quam de his tecum per le-
gatos agere. Sed cum nullis uiribus id aſſequi ualea
mus:ſatius quidem eſſe duximus pacem ab hoſtibus
petere:quam bellum fruſtra moliri. Nam recte omīa
conſilus prouidiſſe:non tam prudentiae debet quam
fortitudinis uideri. Turcus Dalmatis.

Tributa uobis imperauimus:quae cum ſero nimis 66
exhibeantur:id facere inuitos oſtenditis. Aut igitur
fidem ueſtram :cum opus ſit:re nobis comprobate:
aut

aut bello uos hoſtes declarabimus. minime quidem
decere uidetur:in amicicia ſimulatio.

Dalmatae Turco.

67 Tarditatem minime noſtraȝ accuſare: ſed inopiaȝ de
bes. nullo enim pacto exhibere tributa poſſunt: qui
nullam cogendi pecunias facultatē habēt. quamobrē
minime hoſtes iudicandi ſunt:qui fide tantū in ami
cos:liberalitate uero nulla ob inopiam utantur.

Turcus Appulis.

68 Brutiorum urbes atq; omnem late appuliam iure belli
repetimus:qui ut grecos armis ſubactoſ:noſtro adie
cimus impio:nūc eam quoq; italię oram armis inua
dere pamus:quę magna quondam gręcia uocitata ē.
vos igitur aborigenes uros pulcherrie imitati: dedi
tionem facite. turpe quidem uidetur egregiis ciuib9:
ab inſtituto maiorum :ac patrię legib9 deſciſcere.

Appuli Turco.

69 Qui omnia ex libidine agunt:iis ſibi quid eſt in ar
mis eſſe declarant. tu uero & ſi nos gręcoꝝ calamita
tem ſequi iubes:non tam nobis eoꝝ leges quam re
gnū ꝑſuadere niteriſ. ſed nullo pacto fieri pōt:ut tibi
cęteris ad gr̄am ꝓmptiores reddamur:qui captiuos:
oībus a te ſuppliciis affectos:inter uarios cruciatus
crudeliſſime enecaſti. facile enim clementia. liberalita
te:& iuſticia regna pari ſolent:difficilliē uero ſub ty
rānide armis retineri. Turc9 Brundiſinis

70 Portus nobiliſſimi ad nauiū receptacula: atq; vrbis
veſtrę ſitum:ex legatis Meſſapiorum cognouimus.

Vos



Vos idcirco cum hydruntinis belli ſocios nobis ad
arma pollicemur. Copias nāq; in Italiaȝ traicere pa
mus:quibus ingenti comparato exercitu: victoriam
cōſequamur. Minime igitur eum uos decet aſꝑerna
ri:quem ob iuſtitiam ſui diligere poſſint:atq; hoſtes
ob arma formidare.

Brunduſini Turco.

Non pudet eos te belli nefarii ſocios in arma euoca 71
re:quos ſemper hoſtes omnium acerrimos habuiſti.
Deteſtanda quidem arma tyranni ſunt:cui poſt vic
toriam inter crudelitateȝ ſcelera & libidines:captiuis
mox ſeruiendum eſt.

Turcus Syracuſanis.

Audio uos Syracuſani cum Agrigentinis: Meſſa 72
nis:& Cataneis aduerſum nos:pro reſtituenda grae
corum libertate:conſpiraſſe. Nos idcirco ex Pelopo
neſſo copias ingentes Syracuſas traicere paramuſ:ut
eos nunc hoſtes experiamini:quos pri9 ſocios nullo
iure contempſiſtis.

Syracuſani Turco.

Cum gerendi belli fiducia aduerſum te arma ſumpſe 73
rimus:nil temere profecto aggredi in hoſtem uide
mur. nam qui iuſtius de imperio certāt: promptiores
ad uictoriam redduntur.

Turcus Italiae magiſtratibus.

Germaniam:Gallias:& Hiſpaniaȝ aduerſum nos cō 74
citaſſe audio. voſq; illis ad bellum duces exhibuiſſe
Parum ſibi quidem conſulere uidētur:qui temere ho

ſtem

ſtem in pugnam nulla cauſa laceſcunt.

Italiae magiſtratus Turco.

75 Iuſtiſſima nobis tecum belli cauſa eſt: q ſeuiſſimi ty
ranni crudelitatem ac ſcelera deteſtantes: arma aduer
ſum te uelut publicū naturę hoſtē ſumpſimꝰ. nec ſo
lum cum Germanis Gallis Hiſpanis & uniuerſo oc
cidente conſpirauimus: Sed liberas ciuitates etiam p
legatos aduerſus Turcorū gentē undiq; ſollicitamꝰ.
Idcirco perſuaſi a nobis criſtianorum opulentiſſimi
Reges coactis ad bellum uiribꝰ populos in arma cō
citarunt. ut tot crudelitates tuas furorem cedes libi
dinem incendia & urbium direptiones ulciſcantur. ac
defenſa hominum libertate ſęuis ab iniuriiſ orbē uin
dicemus. Iuſtiſſima quidem arma ſunt: quibus pub
lica omnium ſalus contineatur.

Turcus Regi Ferdinando.

76 Egregias laudes tuas & inuicti animi magnitudinē
ac rerum geſtarum gloriam libentiſſime accipio, qui
cum totiens bello hoſtes profligaueris: ea ratione ui
ciſti: ut uictis poſſes ignoſcere: nec ut iuſtiſſimam ul
tionis iram hoſtis publicus: uerum animi clementiā
quiuis in re experiretur. & quod ſummū in principe
ducimus: fortuna quippe aduerſa te ſemper inuictum
praeſtitiſti: nec in ſecundis rebus elatum. Haec ideo
de te libenter cōmemorauimus: quoniam ſepe etiam
uirtus in hoſte laudatur.

Rex Ferdinandus Turco.

77 Et ſi pulcherrimum eſſe ducimus aliquo inſigni me
rito



rito ab hoſtibus laudari: q eorum uerius probamur
teſtimonio: & amicorum ſepe iudicio fallimur. Nos
tamen uerbis non tam glorię uoluptatem querimus:
quam ut propriam ex rebus geſtis laudem aſſequa
mur. Hęc uero libentiſſime complector: eum tibi me
uideri: quem ſimul hoſtes ob uirtutem admirari: & ci
ues ob iuſtitiam colere poſſint.

Turcus Siculis.

Cartaginenſium duces: quibus olim cum Romanis 78
de imperio orbis diu certatū ē: multiſ uos ſepe cladibꝰ
afflixere: q ptiū ſtudia ſecutos: egre in fidem retine
rent. Nūc uero ſubſidia Rhodiis ad halicarnaſſum
miſiſſe audio. & cōmeatus omnes ad belli uſū mani
bus onerariis comportaſſe. Vos igitur hoſtes publi
cos bello declarabimus: ut qui nos fruſtra leſerunt: te
meritatis penas luere cogantur. Non enim ſolum no
bis tutum eſt ab aliorum iniuriiſ uindicare: ſed hoſti
bus etiam formidoloſum.

Siculi Turco.

Nec cōtra te arma ſumpſimꝰ: quoſ nūc Rhodiis ſub 79
ſidia in halicarnaſſo miſiſſe arguis: nec quempiā affe
ciſſe iniuria uidemur: ſi crudeliſſimo tyranno ſociorū
auxilia fidemq; anteponimus. Noli igitur maiorum
pfidiam Siculis obiicere: qua quidem omnibus ipſe
fidem datam ac iuſiurandū ſemp violaueris. nec eos
minis pterrere debes: quibus promptiuſ eſt ad arma
iniurias quam ad uerba referre.

Turcus Alexandrinis.

Mercato

30 Mercatoribus veſtris Alexandrini pontum omnē
& Aſiā interdiximus. Nam cum Bitiniorum vrbes
ere alieno opprimerentur: legatos ad me Callipolis
queſtum miſere. Inſuper negotiatorum vſuras dete-
ſtantes: quibus ciuitatum pecuniae exhauriātur. Sanc
tius nobis igitur viſum eſt: ad multorum potius: q̄
ad paucorum vtilitatem reſpicere.

Alexandrini Turco.

31 Et ſi minime ad nos pertinere uideatur: tecū de pri
uatis rebus cognoſcere: ſi tamen eadem geſta fuerunt
aut tentata quae ſcribis: nec gratiam a nobis: nec odi
um in hac re promereris. Cuiq; enim pro arbitrio res
ſua agitur.

Turcus Tartaris.

32 Quod multis ſepe uſu euenit: ut uel metu aliquo aut
neceſſitate in alios plerumq; deteriores fiant. uobis
quippe natura loci tribuit omnium fore peſſimos: q
uelut incondita uulgi barbaries nullis legibus tene-
mini. Cum tamen ad nos pecunias nec in tempore le
gatos miſeritis: illas quidem exhibere nobis per uim
debere oſtenditis.

Tartari Turco.

33 Stultum eſt profecto te a nobis exigere: qui aliorum
ſpoliis ac rapto uiuamus: atq; ab his legationē fruſtra
expectas: q nō orandi ſtudiū: ſed belli gerendi curam
foris ſuſcipiūt. mores preterea noſtros iam admirari ne
quaquā debes: cum parum abſint a ritu ferarum. Nā
q maioꝝ īſtituto ius ipſum in armis habent: cedibus
preda

preda ac rapinis pro legibus utuntur.

Turcus Athenienſibus.

Gynnaſia ueſtra athenienſes: quibus florentiſſimam 34
rem publicam eximiaſq; philoſophię laudes aſſecuti
eſtis: nos maxime hortari uidentur: ut urbi veſtrę ig
noſceremus. cum propter maiorum ſapientiam ac di-
gnitatem: tum etiam ob ſtudia bonarum artium: q̄s
ſimul inuentas athenis ac perfectas accepimus. ſed cū
ueſtrū ſemp ī me odiū ipſe cōſidero: beneficiiſ quidē
uos potius irritare: q̄ ad grām promptioreſ mihi red
dere uideor. Idcirco agros eleuſinę incendio late de
populati: a pyreo ad megaras in p̄dam militū diuiſi
mus. mox vrbem etiam pari fato direpturi. hoſtis e
nim clementiam ſepe vincit delicti magnitudine.

Athenienſes Turco.

Non odio quidem aduerſum te nitimur. Quid enim 35
ſalua nobis libertate eſſe poteſt. ſed pro patria liberiſ
ac parentibus: quibus omnia debentur: arma ſumpſi-
mus. nec tecum hoſtiliter agere uidemur: ſi noſtra de
fendimus: cum tu aliena oppugnes. Sed qd te maxīe
deceat reſpicere oportet. nunquid ipſi deliquerimus.
Ignouit Sylla athenis biſ etiam Alexander uenia di
gnatus eſt. Quę uero tua dici uictoria poteſt: ſi nos
belli premium perdideris. debes igitur nos potiuſ in
exemplum pietatis ſeruare: quo tibi facile omnium a
nimos ad gratiam conciliabis: quam crudelitatem li-
bidinem & furorem in captiuos oſtendere: quibuſ grę
cos aduerſum te odio concitabis. Nos tamen quibus
nulla

nulla ulterius belli fiducia eſt: niſi uenia dignaberis
extrema fortiter audebimus. Quid enim pulchriuſ
eſt:aut in humanis unquam iucundiuſ eſſe poteſt:q̃3
egregios ciues atq; domeſticos pro ſalute omnium te
ſe intrepidos morti exponere.

Turcus Thebanis.

36 Direptionem Athenarum uos egre Thebani pertu
liſſe audio.quos & belli ſocios & conſiliorum in me
participes extitiſſe iam pridem perſuaſimus. Vobis
igitur:quibus ingens hoſtium metus inceſſit ide3 re-
rum exitus fata debentur:pareſq; athenienſibus cala-
mitates. Haec ideo ſignificauimus:ut metu prius &
ſcelerum conſcientia mox uero grauioribus ſupplicíſ
torqueamini.

Thebani Turco.

37 Deletis Athenienſibus non ſolum Thebaniſ anios:
uerum & graecis omnibus: quorum ſepe libertatis
auctores extitimus:uires ad bellum auxiſti: qui ar-
morum rabie uerſi in furorem:te quidem in tot ſcele
rum penas ultro repoſcant.Solet etenim plerumq; af
flictis rebus ultima fati neceſſitas cecam quoq; miſe
ris ſalutem polliceri.nec facile tyranno parere conſue
ſcunt.qui alíis imperare didicerint.

Turcus Lacedemoniis.

38 Exercitum Lacedemonii:quem ad ſpartam oppug-
nandam ſub Cleandro miſimus: formidare uos au-
dio.in quo peditum.M.xx.delecta comparauimus
Equitum uero leuis armaturae.viii. quorum etiam
virtus



virtus in bello eximia:ac fides non tam ſepe nobis
ſpectata eſt:quam hoſtibus formidoloſa.Vos igitur
tot fortunae calamitatibus affectos:ad rem publicã
ac ciuium ſalutem reſpicere oportet.ne ſi priſtina ma
iorum virtute bellum uobis ſupra vires aduerſu3 noſ
gerendum ſit:mox temeritatis penas luere cogamini
Pulchrum enim eſt gratiam in hiſ ab hoſte promere
ri:quae ſi facere recuſamus: ad ea mox tamen inuiti
compellimur.

Lacedemonii Turco.

Cleandro apud laconaſ cum vniuerſo exercitu noſtro 39
deditionem noſmet ſponte fecimus. Tutius enim La-
cedemonii eſſe duxerunt hoſtium conſilia admittere:
quom ſalubriora uiderentur:quam arma experiri.nec
viſa nobis potior victoria eſt:quam nullo reipublicę
detrimeuto patriam ab incendio belli ſeruaſſe.

Epiſtolę magni Turci finiũt:a Laudinio equite hie
roſolimitano editę.

De Hermofrodita per.d.An.Panormitanum.
Carmen decaſticon.

Cum mea me genitrix grauido geſtaret in aluo
  Quid pariat fertur conſuluiſſe deos
Mas ſibi phebus ait:mars foemina:iunoq; neutru3
  Cumq; forem natus hermofroditus eram
Querenti letum Iuno ait:occidet armis.
  Mars cruce phebus aquis ſors rata quaeq; tulit.

Arbor obumbrat aquis conſcendo decidit enſis
Quem tuleram caſu labor & ipſe ſuper
Pes heſit ramis ſubiit caput amne tuliq;
Foemina vir neutrum flumina tela crucem.

UNIVERSIDAD Y PROV.
BIBLIOTECA
DE ZARAGOZA